8 insti.de actio. quia non contrahitur constitutũ † nisi pręcedat efficax debitum.Quamuis igitur in casu nostro de numeratione constet ex confessione, & de mutuo p̃sumpto, vt dixi, quia tamen obst.exceptio non numeratæ pecuniæ, super tali mutuo,nõ cadit,nec valet constitutũ.l.3.§.1.ff.de constitu. pec. & ibi gl. exemplificat illum tex.propriè in terris istis,videlicet,qñ super confessione de recepto intra bienniũ apponĩ cõstitutũ, nã tunc non valet,vt ibi dr̃. Præterea vbi ẽt valeret, & ex eo oriretur actio adhuc tñ sequi non posset ꝯdennatio:quia in libello stipřo allegatur & deducitur. Si ergo stipřo non probatur, sed constitutum,intentio agentis nõ est fundata: quia vbi quis vnam cãm deducit,& aliam probat, obtinere non põt.l.hęcbat. in prin.de insti. & ꝑ Inn.in c.ex parte abbatissæ. de priuil.Bart. in l.j.in prin.de ede. & ꝑ Pau. de Ca. & Mod.in l.si is ad quẽ.de acqui.hær.& ꝑ Alex.in d.§.Chrysogonus.in 7. col. Nec cl'a illa
9 † super q̃bus omnibus & singulis,iuxta no.per Inn. & Doc. in ca.2.de ordi.cogni. quia tunc operatur, vt ferri sñia possit ẽm ea,quæ ꝓbata sunt,si libellus fuit generalis, & non sit oppositum de generalitate,nec aliqua cã sit specificata, vel specialiter deducta,sed vbi de nimia gñalitate est exceptum,vel aliqua specialis cã deducitur, tunc d.clausula nihil operatur, si alia cã ꝓbetur,ẽm Alex.in consi.121. 1. vol. qui hoc dicit ex mẽte doc. in d.c.2.Itẽ ẽm eum d. clausula non põt operari, nisi circa ea, quæ sunt narrata in libello.alleg.doc.in d.c.2. & p̃sertim Abb. in prin.vlt.char. Sed in casu nostro de cõstituto nõ fit mentio in libello,nec de ꝓmissione,ex qua introducatur, sed solùm de stipulatione: igitur circa constitutum nihil dr̃ esse cõclusum. Sed ẽt dato, ꝙ dictus Scipio ex sua ꝓmissione esset efficaciter obligatus, ꝓ parte tamen pecuniæ, quã D. Bartholomęus etiã recepit.l.reos.§.cũ in tabulis.de duob.reis,haberet beneficium exceptionis,quod cõpetit ei,qui obligauit se pro alio, ẽt tãquã principalis,secundùm gl.sing.in auth.de fideiuss.in prin. in vers. fideiuss.& Cy.Ray.& Sal.in auth.præsente.C. eo. & Spe. in tit. de renun.conclu.§.j.ver.sed si fideiussor.Guliel.Ang.& Pau.de Cast.in l.sed & Iulianus.§.j. aliàs est.§.itẽ si filius. ad Maced. & Bal.in l.pe.col.5.C.de execu.rei iudi.& Abb. in c. 2. de fideiuss. & est de mente Cy.Bal.Ang.& Sal.in l.dictantibus. C. de testamen.¶Nec ob. ꝙ quilibet in solidum teneatur ex mãdato.l. creditor.§.duobus.ff.manda. quia de mandato non constat, ut dixi,& quia ita demum in solidum tenentur mandatarij, si expressè cuilibet administratio sit in solidum cõcessa,secundũ glo.& Bar.in d.§.duobus. Similiter ẽt tanquã duo depositarij in solidum non tenentur ex eo capite, quia sint in dolo versati, & sic ex obligatione secũdaria.l.j.§.si apud duos. & in l.si duo. depo. iuxta no.ꝑ Bar.in l.4.§.Cato.in 6.opp.de verb.obl.& in l.eandem.in prin.in 2. q. de duob. reis. quia depositum non probatur,nec præsumitur,sed potius mutuum,vt est dictum. Itẽ nõ agitur actione secundaria ratione doli, q̃ cõpetit ad interesse, sed agitur actione primitiuã ad ipsam rem, q̃ est diuidua, vt in dictis locis,quamuis ẽt tanquam mandatarii, vel depositarij actione secundaria in solidum tenerentur,non tamen essent ꝓprie duo rei,& illis ẽt per ius Digestorũ cõpetere posset beneficium diuisionis,secundũ Bar.no.in l.in duobus.§. vbi duo.de duobus reis,in 2.q.Minus ẽt dici põt, ꝙ cõtra Scipionẽ agi possit in solidũ, ex eo, q̃a cõmodum ad illum in totũ peruenerit, iuxta.l.cũ plures.§.vestimenta.ff.loca.& ibi Bar. in l.vnde quæritur cõmoda.& per Bar.in d. §. vbi duo. quia prædicta procedunt,quando singuli tenerentur insolidum,& non qñ tenerentur pro parte, ꝓut in casu nr̃o tenenĩ, vt declarat Alex.ꝯ Rom. in l.si cũ dotẽ.§.transgrediamur.sol. mat. Alia rõne insuper nõ potest sequi cõdemnatio ex d.promissione, etiã si efficax fuisset, & actionem produceret, qui solus primus testis deponit, quòd scipio ꝓmisit restituere pecuniam, q nõ ꝓbat, quia vnicus.l.vbi numerus.de testibus.Alij verò tres deponunt de promissione de assecurando & nõ de soluendo, quæ promissio de
10 assecurando adimplẽ simplici † promissione de soluendo,ẽm gl.in l.si mãdato Titij.§.fi.ff.manda.& ꝑ Bar.in l.j.§.1.in fin.de solu.& ꝑ Doc.in l.1.ff.qui satisf.cog.cum concord.de q̃bus ibi per Ale.nec obst.ꝙ ipse post Ang. & alios dicat ꝙ d.obligatio nõ impediatur simplici promissione, qñ p̃cedebat obligatio ad soluendum:quia aliàs conuentio de assecurãdo esset superflua, quia d.rõ in casu nostro cessat, qm̃ nõ ꝯstat de alia obligatione Scipionis,nisi per confessionem, quæ non ꝓducit actionem.d. l.Publia.§.fi.Præterea vbi de pręcedenti obligatione constaret, solus Scipio ex ea nõ esset obligatus, sed pro parte solùm.& D. Bartholemus ꝓ alia parte.d.l.reos.§.cum in tabulis. iõ simplex promissio adimplere põt d.obligationem de assecurando, quæ non est superflua, immo vtilis & proficua. Et ideo cum agatur ad restitutionem pecuniæ,cuius occasione competit certi condictio,& probata sit obligatio de assecurando,quæ continet factum,ad quod datur actio ex stipulatu,insti.de uer.obl.in pri. mepta actio inuenitur p̃posita.Et ꝓ pea non põt sequi sñia condemnatoria. d. l. 1. si mensor falsum modum dixer. & ibi no. ¶ Quinimmo ubi per instr̃m cõstaret, quòd Scipio solus fuisset obligatus ad pecuniam, adhuc ex promissione de assecurando ineptè ageretur ad restitutionem pecuniæ quia non dicit Ang. & Doc.in d.l. j. qui satisd. cog. ꝙ isto casu promissor teneatur soluere,sed ꝙ tenetur dare fideiussores uel pignora, sicut ẽt qñ promisit idoneè cauere,ẽm gl.in d.§.fi.& ideo quantitatis pręstatio non est in obligatione,sed datio fideiussoris uel pignoris & sic factum, ad qđ non est actũ,nec agi potuit ad interesse occasione obligationis ad factũ, q̃a ad illud Scipio nunq̃ fuit interpellatus,& iõ non fuit in mora ꝯstitutus.l.qđ te.si cer.pet.l. si ex legati cã.de ver. obl. & ꝑ ꝯñs non potuit succedere obligatio ad interesse.l.stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. de verbo,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

ver.obl.nec ẽt ad illud in p̃ntiarũ agitur: & ista sunt in effectu, quæ parum intuenti & ꝯsideranti valde videbantur urgere ꝯtra d.D.camillã.¶Sed præmissis non obst.ꝯrium arbitror uerius,& in hanc sñiam trahor facilius, quia animaduerto & clarè conspitio,d. D. Camillam sui facilitate fuisse fraudulenter seductã ac deceptam.Et est in primis animaduertendum, ꝙ de numeratione facta D. Bartholomeo, & D. Scipioni manifestè constat ex eius ꝯfessione, de qua deponunt concorditer testes, & quæ ad eius præiudiciũ fidem facit.l.generaliter. C. de non nu. pec. l.cum de indebito.§.fi.de prob.Siue dicamus numerationẽ p̃dictis fuisse factã & tanq̃ mandatarij dictas possessiones emerãt nomine d.D.Camillæ,sicut ipsa allegat in libello,siue ꝙ ex quo d.cã allegata non ꝓbatur, causa mutui præsumatur, per no.in d.l.cum quid. Nec ẽt tunc d.Scipioni competere põt exceptio non numeratæ pecuniæ.Quia demum d.exc.oritur, quãdo numeratio sub spe futuræ numerationis facta reperitur,ꝯm Bart. in l.2.§.fi.ff.si cer.pet.& in l.si sub spẽ.C.de posthu.& not. in l. aduersus.C.de non nu.pecu.Sed in casu nr̃o spe futuræ numerationis non est facta dicta numeratio, ergo nõ habet locum d. exc.Nam dicti testes,& præsertim duo primi dicunt ꝯcorditer, ꝙ Scipio fuit confessus habuisse cum D. Bartholomæo dictas pecunias,de q̃b.dicit ẽt fuisse emptas dictas possessiones, ac ẽt cõfitetur dictas possessiones solus habere,& tenere. Cum ergo nõ ꝯfiteatur simpliciter habuisse & recepisse pecunias, sed ẽt dicat ex illis possessiones p̃dictas emptas esse, ex hoc vltimo declaratur ac demonstratur, ꝙ ꝯfessio de recepto non emanauit spe futuræ numerationis,ex quo allegant pecuniã numeratam fuisse consumptam ex cã emptionis dictarum possessionũ, & præsertim, cũ verificatur prædictas possessiones fuisse emptas, sicut asseritur,cui assertioni ẽt in dubio est standum: quia quantùm ad hoc statim ꝓbat,ꝯm gl.in d. l. aduersus.in fi. cũ qua alij

11 transeunt.nã ibi † dr̃,ꝙ si alia causa præcedentis debiti cõuertatur in causam mutui,ꝙ nõ obstat d.exc.sed solùm q̃ritur, an præcedens causa sit vera. Quæritur ergo gl.quis ꝓbet causam præcedentem: & respondet,ꝙ pro actore præsumitur,quia de illa fit mentio in cautione,& promissione,per l.generaliter. eo. tit.& sic uult d.gl.ꝙ d.causa allegata, quæ facit cessare dictam excep.præsumatur in dubio, ita igitur in proposito est certissimè dicendum, ꝙ cum Scipio confiteatur d.pecuniam simul cũ alio recepisse,& de illa possessiones ab eis emptas fuisse,ꝙ huic suæ assertioni de emptione dictarum possessionum sit standũ. d.l.generaliter.& p̃sertim cum illas teneat & possideat: & cõsequenter constat, ꝙ d.confessio de recepto non est facta spe futuræ numerationis,ex quo cõfitetur pecuniam receptã fuisse ẽt consumptam & expensam ex certo ꝯctu de præterito, qui, vt dictum est, ꝓbatur ex eius confessione,per no.in d.l. aduersus. Nam sicut quando aliis modis cõprobari põt, ꝙ sub spe futuræ numerationis non est facta confessio,sed ex aliis causis, cessat d.excep.vt declaratur in d.locis,quamuis ẽt de dictis aliis causis non possit apparere,nisi ex cõfitentis assertione, vt ꝑ gl. in d.l.aduersus.ita in casu nostro est dicẽdum, ex quo aliter verificatur,ꝙ sub d. spe futuræ numerationis confessio facta nõ dicatur,quia in locis prædictis hoc traditur ꝓ regula, quã non restringunt exempla,de quibus ibi,sed declarant.l.damni infecti stipulatio.de dam.infec.Quis ergo non capit, ꝙ Scipio, qui confitetur pecuniam cum alio recepisse, & de illa possessiones emisse,non facit hoc sub aliqua spe futuræ numerationis, cum affirmet d.pecunias conuertisse ad proprium commodum, & in emptionem prædiorum.Si.n.confiteretur recepisse,quia intendit emere,& sic ex causa de futuro, tunc præsumi posset, ꝙ spe numerationis faciẽdæ sic affirmasset: sed quia dicit ex pecunia iam emisse. & sic eandem distraxisse, & ex causa præteriti, & præcedentis ꝯctus,certè apertissimè liquet, ꝙ sub spe alicuius numerationis futuræ non est confessio facta,ex quo sequitur,ꝙ incontinenti cõfessio præiudicat & ꝓbat,quia d.except. non numeratæ pecuniæ cessat,vt habetur in locis alleg. non tamen dico,ꝙ ex d.confessione oriatur actio, sed solum ꝓbatio, d.l.Publia,§.fi.quia non est in scriptis redacta, sed ꝓbata per testes,ut dixi in præced.¶Postq̃ igitur est ostensum, ꝙ in præiudicium confitentis ꝓbatur numeratio, & quòd ei denegatur exceptio prædicta de pecunia non numerata,ꝑ hoc infero, quòd Scipio obligatur ex sua ꝓmissione facta D. Camillæ præsenti, & acceptanti,ẽt si d. ꝓmissio non sit stipulatio, sed nuda conuentio. Quia cum quantitas promissa esset prius debita a Scipione,& D.Bartholomæo,sicuti constat ex prædicta confessione,per pactum nudum obligari potuit Scipio,quia valuit,vt cõstitutũ producens actionẽ, q̃d cadit super propria obligatione & aliena.d.§.de constit. & ibi no.insti. de act. q̃d fit quibuscunque verbis aptis.l.qui aũt.§.fi.ff.de consti. pec.

12 ¶†Præterea quotiescunque ex inobseruantia pacti nudi quis patitur damnũ,passo damnũ actione de dolo succurrit,vt est tex.fin.in l.elegãter.§.seruus pactionis.ff.de dolo. & ibi no.Bart.q. dicit, ꝙ ex pacto nudo non datur aliqua actio, q̃n ex inobseruantia pacti quis lucrum amittit.& idem tenet Bald.in l.si cum mota. C. de transf.in 3.col.& Ang.in cons.1.& Ale.in d.l.iurisgentiũ. §. sed cum nulla.de pac.sed cũ cõstet pecuniam D. Camillæ fuisse numeratam,& ei non possit d.excep.non numeratæ pecuniæ opponi ex inobseruantia pacti,damnũ pateretur l.3.de dam. infe. ergo saltẽ actione de dolo sibi succurritur. De dicta aũt ꝓmissione Scipionis q̃uis oẽs non videantur deponere, duo tñ hoc est primus & vltimus,de illa explicitè testificantur,ꝙ sufficit.l. vbi numerus.de testib.c.in omni negotio.eo. tit. Nam primus postq̃ deposuit de prædicta confessione Scipionis, & qui asseruerat possessiones emptas ex d.pecunijs, subiungit ẽt illum dixisse.'Et mi vi prometto di restituire gli detti vostri denari &c. d.D.Camilla præsente.Similiter vltimus testis dicit Scipionem dixisse. Io vi ho ditto e fatto dire, che le vostre possessione de Vigatole, vi voglio fare segura,benche mi sappia, ch'io nõ son obligato, vi prometto mi del mio &c. Ex quib. verbis vltimis apparet de promissione per uerba de præsenti:& q̃uis ipse testis non videatur sicut primus exprimere de promissione pecuniæ, tñ d.promissio non potest intelligi de alia re. De dictis possessionibus non,quia d.possessiones supra ꝓximè appellauerat suas,s.ipsius D.Camillæ dum dixit; Delle vostre possessioni &c. ideo subiungendo. Io vi prometto mi del mio. De illis nõ põt loqui,sed de pecunia, de qua ẽt interrogatio p̃cesserat, vt statim dicã. Idẽ ẽt declaratur ex seq. in q̃bus declarauit Scipio ad instãtiã D.Camillæ quãtitatẽ d.pecuniæ,ꝙ nõ potuit fieri ad aliũ finem,nisi vt d. ꝓmissio præcedẽs redderet̃ certa,q̃ prius rõne q̃titatis erat incerta.Sed unũ magis vr̃ obstare: quia vltimus testis deponit,qualiter D.Camilla interrogauit Scipionem dicendo sic. Scipione a che siamo noi, cui Scipio,de che madonna?cui illa r̃ndit,delle mie possessioni da Vigatole, quali ha comperate Bartholomeo delli miei denari, mi uolete dare gli denari,o me le volete restituire,ꝙ sic patet, ꝙ p̃cessit interrogatio alternatiua,ad quam d.Scipio r̃ndit in hunc modũ.Io. uel ho ditto e fatto dire delle vostre possessioni da Vigatole ui voglio far segura a ben che mi sapia', ch'io non son obligato, iò ui prometto mi del mio.Quamuis ergo d.r̃nsio intelligatur de pecunia tñ,& nõ sit alternatiua sicut interrogatio, quo casu nõ solet valere stip̃lo.l.inter stipulãtem.§.si stipulãti. de ver. obl.hoc tñ casu vr̃ valere:q̃a r̃nsio fuit acceptata. d. l. 1. §.si q̃s simpl̃r.eo.tit.& in teris hoc firmat Bar.in §.fi.in fi.ea.l.iunctis proximè præcedentib.dum all,d.§. si stipulanti. Si ergo vltimus iste testis probat stipulationẽ, ergo cessat constitutum. d. §. de constituta.l.1.§.eum.de const.pec.Et sic primus,qui de constituto probat,est solus,& vltimus est vnicus quò ad stipulationẽ & sic sunt singulares,quia de diuersis ꝯctibus testificantur. Sed ad istud r̃ndetur optimè & dr̃, ꝙ illa interrogatio,de qua vltimus testis deponit,non p̃cessit aĩo stipulandi.q̃d cõstat ex eo, ꝙ dixit in plurali,mi volete dare li miei denari o me li volete restituere,qui sermo pluralis dirigit̃,nedũ ad Scipionẽ p̃ntem sed ẽt ad Bartholomeũ absentem, de quo ẽt mentionẽ fecerat. q̃d apertissimè constat:quia q̃n solum Scipionem alloquit̃, noiat illum in sing.& non in plur.vt constat ex d.eiusdem testis,dum paulò post narrat d. Camillam dixisse. Come mi poi tu fare segura &c. & etiã iterũ infra ibi,'tu sai Scipione &c. & rursus ibi, che a la Caterina tua mogliere &c.& ẽt ibi,quel che t'ẽ sta promesso &c.Ac sic ex depositione ẽt aliorũ testiũ probatur, ꝙ d. Scipionem semper alloquebatur in sing.& non in plu.Cum ergo d.sermo pluralis ẽt ad d. Bartholomæum absentem dirigatur,quò ad eum dici non põt,ꝙ habuit D.Camilla aĩum stipulandi.l.1.in prin.de verb.obl.ergo nec ẽt quò ad Scipionẽ præsentem eundem aĩum non habuit, quia illa verba pariter ad utrumque relata debent pariter determinari & intelligi.l.iã hoc iure.de vulg.& pup.l.quãuis.& l.hæreditatẽ.C.eod.& pro hoc accommo-

accommodatè adduco,qđ voluit Mathe.no. 28. vbi concludit, ꝙ si interrogo Titium de Sticho, & promittat Stichum & Pamphilum,ꝙ ꝓmisso de Pamphilo, de quo nō pcesſit interrogatio,non valebit,ēt vt pactum nudum,vt ꝓbatur in d.l.j.§.sed & si mihi.& hoc: quia ꝓmittens pſumitur voluisse obligari ꝑ stipulationem tm̄ in vno, sicut in alio, arg.d.l.iam hoc iure. & cū eo transeunt Moder.in d.§.sed & si mihi. Sicut ergo talis sit interpretatio quò ad res ꝓmissas, ita fieri dēt rōne personarum, ad quas dirigitur interrogatio,quia vtroque casu militat ea.rō. ¶Dicitur ergo præcessisse d.interrogationē eo ꝓposito, vt ipsa dña cognosceret aīum, & ꝓpositum vtriusque de quo poterat optimè informari a d. Scipione, cui verisimiliter erat nota ī hoc ēt intentio d.D. Bartholomei coniuncti sui, arg. l. octaui. vnde cogna.& l.de tutela.C.de in integ.resti.mino. non aūt interrogatio fuit facta, vt Scipio promitteret, & ista est ueritas sicut E-
13 uang. Nec † refert, ꝙ vnus ex d.testibus plus deponat in facto, & alter minus, qm̄ hoc non obst.probant in eo, in quo sunt cōcordes, ₰m gl.& D.Ant.in c.2.de regula.nec ēt eo, quòd testes adinuicem ꝯdicant in modico, reprobantur in alio, in quo concurrūt, ₰m gl.in c.cū ecclesia Sutrina.in ver.uacillasse.& ibi Do cto.de causa possessio.& propriè cum suis concor. Plus autem dico, quòd oēs testes, qui deponunt de ꝓmisione de assecurādo probant intentionem d.D.Camille, adeo, quòd ex tali promissione agi potest ad pecuniam, & sic ad dandum, quòd sic ꝓbatur notanter. Qui ꝓmittit securum facere, obligatus est promittere & per promissionem se obligare, ₰m gl.in d.l. si mandato Titij.§.fi.& per Bar.in d.l.j.§.j.in fi.de præt.stip. & docto.in d.l. j.qui satisf.cog.& sic perinde est, ac si ille promisisset se obli-
14 gaturū & promissurum, sed † ille qui promittit se obligaturū, & ille statim pōt conueniri, & contra eum ad decem agi secundum Io.And.sing.in addi.Spe.in tit.de obl.& sol.in prin.& hoc ratione circuitus euitandi, cum quo transit Alex.in l. cū fundū. §.seruum tuum imprudens.in prin.si cer. pet. pro quibus soleo aliud adducere. Nam si grauatur hr̄s liberare debitorem, statim debitori competit exceptio absque liberatione, ac si testator directò liberationem legasset, ₰m gl.in l.si nō sortē.§.adeo. de cond.ind. quæ locū ēt habet in contractibus, ₰m Arc.in cap. veniēs.de testib.& sic paria sunt, quòd qs teneatur liberare debitorem, vel quòd ille sit liberatus. Ergo qui promisit securum facere, statim conueniri pōt, vt soluat, quia uidetur ꝓmisisse se obligaturum, ut dixi. ¶Nec obstat glo.in d.l.si mandato.§.fin.& no.per Doc.in dictis locis, q a dupliciter responderi pōt. Et primò, quòd prædicti loquuntur eo casu, quo stipulator voluntariè a promittente recepit possessionem, quia per illam est in totum liberatus ab obligatione de assecurando, adeo quòd amplius ab illo peti non potest pignus, vel fideiussor, & sic prædicti solùm dicere intendūt, quòd vltra promissionē præstitā nō possit aliud exigi, sed nō negant quin statim possit ꝓmissor cōueniri ad dandū, stipulatore volente. At vbi ꝓmissionem sponte suscipit, ꝓcedit tunc, qđ prædicti dicunt. Quod.n. spōte possit d. ꝓmissionem recipere, non est dubium: quia aliud ꝓ alio volente creditore solui pōt, l.2.§.j.si cer. pe. ¶ Vel secundò pōt rñderi, ꝙ illud, quod doct.dnt, pōt verificari, qn̄ quis promisit securum facere de re post tps recipienda, puta si dicatur, facio te ex nunc securum, ꝙ post mensem hēbis talē rem. Nam hoc casu ante diem agi non poterit ad dandū.l.cedere diem. de verbo.sig.sed ad factum tm̄, vt.s.promissor caueat, quia promissio facti est pura, & sic ex his concluditur, ꝙ intētio D.Camillæ est concludēter probata & fundata. ¶ Superest ergo ad allegata in contrarium congruum dare rn̄sum. Nam, ut proximè dictū est, agitur solùm ex ꝓmisione, de qua fit mentio in narratione libelli, & in qua agens ēt vr̄ solùm se fundare, ut apparet ex verbis dicti libelli parum ante ꝯclusionem, vbi narratur, ꝙ D.Bartholomæus & Scipio non restituerunt dictas pecunias, & subijcit, & quas restituere & dare promisit d. Scipio &c. & sic præcipuè ponderatur dicta promissio, de qua ēt prius fuerat facta mentio. Fateor ergo, ꝙ actio mandati, depositi, vel mutui, aut alia non est proposita, vel deducta, sed solum illa, quæ descendit ex d. ꝓmissione Scipionis, & sic ēt est interpretandū, & in dubio
15 præsumendū, qa ēt qn̄ libellus pōt † ꝯprehendere duas vias, lunam cōpetentem, & alteram incompetentem, procedit adhuc libellus super cōpetēti, ₰m D.Ant.in c.examinata. circa mediū. de iudicijs, per ea quæ hn̄r in c.ad dissoluendū.de desponsa.impube.& dicit Inn.in d.c.examinata.in fi. ꝙ quomodocūque libellus, seu petitio sit tolerabilis, admitti dēt, quod ēt uoluit Bal. in l.2.col.3.C.qui accusare non possunt, in l.2.C. de formul.in l.fi.col.4.C.de edic.diui. Adri.tol.in l.ordinarij.C.de rei.ven.& Bar.in l.si ant.C.de his qui ex pub.rō. lib. 10. Conclusio ergo gn̄alis dicti libelli includit omne ius agentis, & sic ēt cōpetens ex dicta promissione, & præsertim cū de illa sit narratū, ac subijciatur illa clausula, super quibus oībus & singulis, vt ꝑ doct. in d.c.2.de ord.cog. Nec intelľr agens se restrinxisse ad probandum mandatum, vel alia non necessaria, vt cōstat ex illa cl̄a, nō tm̄ se astringens &c. secūdùm Bar.in l.circa.de prob. in l.diuus. de re iud.& Imo.in l.si cū nulla.eo.ti. ¶Non obst.ēt dum diceba tur, ꝙ agenti ex dicta promissione obstabat exceptio non nume.pec.quia ostensum est supra hoc esse falsum, qm̄ non fuit facta spe futuræ numerationis. ¶Item non obstat, ꝙ dicta ꝓmissio erat nuda, quæ actionem non producit. l. iurisgen. §. igitur nuda.de pac.quia nō habet locum, qn̄ prius debitum a se, vel ab alio ꝓmittitur per pactum: quia tunc est constitutū, & ex illo oritur actio. d.§.de consti.de act. ¶Præterea, quotiescunque ex inobseruantia pacti nudi quis patitur dānum: tunc damnū passo succurritur actione de dolo.d. l. eleganter. §. seruus pactionis.de dolo.& est dictum superius. Item non obstat, dum dicebatur, ꝙ non agebatur actione oriente ex cōstituto, vel facto, sed ex stipꝉone, q nō cōpetit, quia stipulatio nō ꝓbatur. Quia licet dicatur in libello, ꝙ Scipio promisit D.Camillæ pn̄ti stipulāti, & recipienti &c. satis tn̄ est probare cōstitutū & pactū nudum: quia verbum promisit, expressum, ēt pactū nudum significat. l.sciendum.§.dictū. de ædil.edic.& q̄uis subiungat stipulanti, & acceptanti, tn̄ qualitatē importatā per illud verbū stipulanti, probare non tenetur ꝑꝑ d.cl̄am, non se astringens, ₰m Bar. in d.l.diuus.& per docto.in c.2.de rescriptis, & maximè per moderniores. satis est ergo probare promissionē allegatā, & acceptationē absq; qualitate importata per uerbū stipulanti. Item ex alio satis est ꝓbare simplicē ꝓmissionē sine dicta qualitate. i.ꝑꝑ illam aliā cl̄am.s.saluo iure addendi, minuendi & mutādi &c.de qua in fine libelli, quæ operatur, ꝙ sic protestans non vr̄ agere connexim sed diuisim, & iō non videtur se astringere, ₰m Bar.in l.Nessennius.vlt.col.de neg.gest.alleg. Hostiensem in c. in pn̄tia.de probationib. & idē voluit in repetit. Padua.l.edita. in 3.col.C.de eden.in repet.Perusi.col.43.& per Mod.in d.ca. 2.& sic in casu nostro agens nō tm̄ videtur deduxisse stipulationem, sed ēt simplicē promissionē. Et ista est uera & optima responsio. ¶ Secundo rn̄deo, ꝙ dū dicitur, promisit D.Camillæ.
16 pn̄ti, stipulanti, & recipienti. &c. ꝙ illud verbum † stipulanti, pōt exponi.i.conuenienti, ita ꝙ illud uerbum significet oēm ꝯuentionem, & sic ēt cōstitutum & pactum, qđ est conuentio.l. j.ff.de pac.sicut ēt hoc modo exponitur uerbum stipulatus, per gl.in l.eādē.§.fi. aliàs est.l.cum duos reos.de duobus reis, & ibi dicit Are.illam gl.esse notabi. quia forte, ₰m eum posset saluari libellus, impropriādo verba, si narraretur, ꝙ promissio esset facta per stipulationem, & probaretur de alio ꝯctu: quia uerba libelli pn̄t impropriari: vt saluetur intentio libellantis.l.1.& ibi Bar.C.de usufru.& per eum in l.1. si serui. uendicetur.& sic in terminis loquitur Are.in loco pdicto, quod est no. ¶ Non obstat insuper, dum dicebatur, ꝙ Scipioni cōpetit exceptio excus-
17 sionis, per no.in auth.de fideiussorib.in prin.quia † si exceptio illa an̄ litem ꝯtest.non fuit apposita, sibi hoc prodesse non pōt, & iudiciū insolidum ꝯ eum procedit, ₰m Cy.in auth.pn̄te. C.de fideiu.Cy.Bal.& Sal.in l.except.C.de except.& Bar.in l.3.q.pe. de except.cum concor.de quibus per Ale.in l.fi.in fi. prin. ff. si cer.pet.Si verò fuit apposita, & adhuc nō obstat, quia Scipionis non interest, qm̄ de debito D.Bartholomei non constat nisi ꝑ cōfessionem d.Scipionis, quæ sibi soli nocet, & ꝯ eum probat, & non ꝯ D.Bartholomeum, & iō sua non interest, ꝙ D.Bartholomeus excutiatur, ex quo de eius debito constare non pōt. ¶Et
18 iō, quia † sua non interest, exceptio excusionis sibi non prodest, ₰m gl.& Ang.in l.nisi.ff.de pac. Ang. & Imo.in l. decē. de uer.obl. Ang.& Ale.in l.exitus.de acq.pos. ¶Item non obstat, ꝙ primus testis solùm probet de promissione: qa immo & vltimus de eadem deponit, ut fuit superius ostensum, & ēt agi potuit ex promissione de assecurando, de qua oēs deponunt, per notata per Io.And.& Ale.in locis superius allegatis, & ꝑpea ad alia oīa remanet sufficiēter rn̄sum. Et hæc sufficiant quantùm

ad pri

ad primam & princip. partem dicti libelli & petitionis, in qua oportuit plus insistere q̃ uoluissem. ¶ Quò uerò ad secundam partem videtur idem cõcludendum absq; multiloquio: quia & & primus & vltimus testis clarè deponũt, Scipionem promisisse facere restituere uestes & collanam, & sic factum proprium promisit, iõ ualet promissio. §. si quis aliũ. instit. de inuti. stipul. & oĩa, quæ ꝫ talem promissionem obijci pñt, tolluntur, per ea quæ dicta sunt in præced. Per alios ẽt testes probatur, ꝙ apud vxorem sunt vestes & collanæ, de quibus in fine petitionis, & sic probationes simul iunctæ cõcludunt de promissione certa, quæ uel quales sint uestes promissæ, & ꝑpea sequi dẽt ẽt condemnatio. ¶Sed in ꝯrium uidetur nõ parũ obstare: quia in libello narratur, ꝙ Scipio promisit restituere uestes & collanas & ad restitutionem dictarum rerum agitur ꝫ Scipionem: & tñ solus primus testis deponit de tali ꝓmissione, alij uerò dñt, ꝙ ꝓmisit facere, ꝙ sibi restituerunt, quæ promissio continet factũ proprium: d. §. si quis alium. ad qđ factum nõ agitur, & sic uidetur, ꝙ ineptè agatur. d. l. 1. si men. fal. mo. dixe. Ad istud aũt respondetur, ꝙ immo in libello deducitur non tm̃ promissio Scipionis de dando & restituendo dictas res, sed ẽt ꝓmissio facti. id est de faciendo, quòd restituerentur per vxorẽ, & hoc in ver. immediate præcedente cõclusionẽ dicti libelli, q̃ incipit, quòd que veritas fuit & est absq; eo, ꝙ dictus D. Bartholomeus &c. post principium, ubi sic dicitur, & absque eo, quòd d. D. Catherina, nec ipse Scipio dictas uestes, collanam, & alia bona, de q̃bus supra, & infra eidem Do. Camillæ restituerit, & consignauerit, ꝓut facere promisit ipse Scipio &c. Ecce, quòd narrat, dictam Catherinam non restituisse, nec Scipionem, & subiungit, prout facere ꝓmisit ipse Scipio &c. Ex quibus verbis relatis ad præcedentia asseritur, Scipionem promisisse, quòd Catherina, & quòd ipsemet restitueret dictas res & bona, & sic ẽt hoc loco fit mẽtio nõ tm̃ de promissione de restituendo per ipsum bona p̃dicta, sed ẽt de promissione de faciendo, quòd restituerentur per Catherinã, de qua primus & vltimus testis deponit clarè, q̃ sufficiunt: quamuis alij duo ita perfectè non probẽt. Cũ ergo de hac promissione pfectè probata in libello sit facta mẽtio, sub cõclusione generali cõprehenditur, & ex ea agi in dubio intelligitur, quia uiam competentem potius, quàm incompetentẽ agens ꝓsumitur elegisse, secundùm Do. Ant. in d. c. examinata, ut dixi supra, & istud magis est dicendum, si iudex procedit sola facti veritate inspecta, quia hoc casu potest condemnare in eo, quod reperitur probatum, ẽt si aliud sit deductum, ut consuluit Imo. quę refert & sequitur Alex. in d. §. Chrysogonus. & hoc quantũ ad secundam partem dicti libelli. ¶Circa autem tertiam partem in qua petitur, Sipionem condemnari ad reddendum rationẽ administrationis, certissimum est, quòd si administrauit, ꝙ rõnem reddere tenetur. l. 2. de neg. gest. §. sicut autem, institu. de oblig. q̃ ex quasi contra. l. cum tale §. j. de condi. & demon. & idem de procuratore. l. quædam. in prin. de edẽ. & p Alex. consi. 122. aliàs. 160. inci. Circa primum dubiũ &c. vlt. col. ubi alia alle. & subdit, ꝙ negotiorum gestor tenetur de culpa & negligentia, per l. socius socio. ff. pro soc. & dicit sic ẽt tenere Pet. de Anch. in quodam consilio, de quo ibi per eum, & librũ rõnum debet conficere & ostendere, aliàs est in dolo, & contra eum iuratur in litẽ. l. j. §. officio. de tute. & ratio. distra. & ibi per Bar. & probatur in l. tutor qui repertorium. in princ. de admini. tuto. in qua redditione rõnum continetur etiã præstatio reliquorum. l. si seruus. de condi. & demonstra. ex quibus breuiter constat, quòd rectè ad hoc agitur, & ꝙ Scipio ad id tenetur. Et propterea circa hoc non insisto vlterius. Laus Deo.

SUMMARIUM.

1 *Actio legis Aquiliæ transit contra hæredem etiam lite non contestata cum defuncto de iure canonico, quatenus vires hæreditatis patiuntur.*

2 *Hæres etiam in iudicio ecclesiastico propter defuncti iuramentũ conueniri potest.*

3 *Hæres compelli potest, animam defuncti exonerare.*

4 *Mora de iure canonico in foro iudiciali etiam in terris ecclesiæ semper purgari non potest.*

5 *Quando plures damnum dant, pro virili tantùm in foro pœnitentiali tenentur.*

6 *Hæres inuentarium non cõficiens in foro conscientiæ vltra hæreditatis vires non tenetur.*

CONSILIUM XX.

CONTRA Paulum, qui dicitur vnà cum alijs domũ diripuisse, cõpetijt actio legis Aquiliæ, vt est casus in l. si seruus. §. si quis ædificij. ad l. Aquil. & l. qui domum. eo. tit. & quilibet fuit obligatus insolidũ. l. ita vulneratus. in fi. eo. tit. & l. si plures. arbo. fur. cæs. & l. vulgaris. §. penul. de fur. & no. Bar. in l. si in rixa.
1 ad legẽ Cor. de sicarijs. & quamuis † dictus Paulus sit mortuus ante litẽ contestatã, cõtra eũ, & contra hæredem suum de iure ciuili nõ trãseat dicta actio l. inde Neratius. §. hanc actionẽ. ad legem Aquiliã. & idẽ in alia actione descẽdẽte ex delicto. l. j. C. ne ex delic. defun. & l. j. de priua. delic. & l. si eum. §. qui iniuriarũ. si quis cautio. nihilo minus de iure canonico tenetur, quatenus vires hæreditatis patiuntur, ẽt si nihil ad eũ ꝑuenit, quia tenetur hæres exonerare conscientiã defuncti. c. in literis. de rapt. & ibi gl. in hoc differentiã facit inter ius ciuile, & ius canonicũ, cũ qua transeunt cõiter doct. ſm Abb. ibi. & idem probatur in c. fi. de sepul. & in c. a nobis 2. de senten. exco. & idẽ ẽt tenet Barto. in d. l. 2. de priua. delict. qñ agitur solùm rõne damni, vt in casu nr̃o. Bal. d. l. j. C. ne ex delic. defunc. qui dicit ita tenẽdũ, quia est approbatum a bonis canonicis, & in l. iubemus. §. sanè. in fi. C. de sacrosanc. eccle. & in l. furti. C. de fur. qđ dicit ꝓcedere tã in for. iudiciali quã pœnitentiali, siue aliquid ꝑuenerit ad hæredem, siue non. & hanc opinionẽ sequitur Abb. in d. c. in literis. & in d. c. fi. & in d. c. a nobis. si delinquens ꝓmiserit in cõfessione de satisfaciendo, siue simpliciter sit confessus peccata, siue ẽt ostenderet signa contritionis, q̃uis nõ fueret cõfessus. Et idẽ ẽt vult Sal. in d. l. j. C. ne ex deli. defun. & Inn. in d. c. in literis. & vbi ẽt de p̃dictis nõ appareat, cõmunis opinio esse uidetur, ꝙ hæres omnino teneatur, vt fatetur Abb. in dictis locis, & expressius Are. qui illã ẽt isto casu sequitur in rub. de acq. hær. ¶Sed tamen his non obst. aliter puto concludendũ. Et primò dico, ꝙ hæres defuncti non potest, ad hoc conueniri ẽt de iure canonico & in terris ecclesiæ coram iudice sęculari, sed tm̃ coram iudice ecclesiastico, quia ad ecclesiam pertinet cogere hæredẽ, ut exoneret conscientiam defuncti, & ut illum liberet a peccato. & ita præsupponit Abb. in c. cũ sit generale. in antepe. col. de foro compe. vbi concludit, ꝙ ad pœnam transgressionis iuramenti agi põt coram iudice sęculari, & coram ecclesiastico. c. nouit. de iudic. iuncto. c. res debet. 23. q. 5. & si iuramentũ sit ualidũ, utroque iure datur actio & exceptio, & vterque iudex, & accumulatur forus foro. c. cũ. C. lacius. eo. tit. aut iuramentum non producit actionẽ, nec exceptionem de iure ciuili, ut in casibus, de quibus in l. si qui pro eo, de fideiusso. & certum est, ꝙ ecclesiasticus est iudex, cum agatur ex sola naturali obligatione, ca. j.
2 de pactis. Et p̃dicta procedunt † ſm Abb. inquantum agitur cõtra iurantem, sed contra eius hæredem ratione iuramenti non poterit agi corã iudice ecclesiastico, ſm Io. And. & An. de Butr. in d. c. fi. de sepul. quia licet obligatio transeat in eum non tamẽ poterit cõueniri ratione iuramenti, quia iuramentũ defuncti, vt merè ꝑsonale nõn transit ad hæredem. c. ueritati. de iureiur. ¶Sed istud Abb. nõ ꝓmutat indistinctè, verũ, quia sicut ecclesia compellit hæredem satisfacere, ut subleuet animam defuncti, c. fi. & d. c. a nobis. eadem rõne uidetur, ꝙ hæres possit conueniri rõne iuramenti coram iudice ecclesiastico, ut satisfaciat animæ defuncti. Vnde pro concordia, ſm eum est dicendum, ꝙ aut quis vult agere directè contra hæredem actione personali orta ex iuramento coram iudice ecclesiastico, & non potest, q̃a cessat ratio principalis tribuens iurisdictionem, cum ipsum iu-
3 ramentum non transiuerit ad hæredem, aut † vult agere indirectè contra hæredem implorando officium iudicis ecclesiastici, vt compellat hæredem ad satisfaciendum & exonerandũ animam defuncti, & potest, hoc enim spectat ad eius officium, vt in iuribus præalleg. & sic vult Abb. ꝙ in casu. d. c. fi. & d. c. a nobis. & c. in literis. qui ꝯcordat, non detur actio ex delicto cõtra hæredem, q̃ competebat ꝫ defunctum, sed ꝙ cogi possit officio iudicis ecclesiastici ad exonerandũ animam & ꝯscientiã defuncti, Si enim daretur actio contra hæredem, q̃ est remedium ordinarium, contra illũ non posset implorari officium iudicis, l. in causæ. in prin. de mino. & traditur plenè per Doct. in l. in ꝓuinciali,

uinciali.§.1.de ope.no.nũ.& idẽ ẽt tenet Abb.in d.c.fi.de sepul. in.ult.no.vbi circa iuramẽtum vtit dicta distinctione,& cõcludit,ꝙ potest officiũ iudicis ecclesiastici implorari, vt hæres cõpellat animæ defuncti satisfacere, ꝑ illũ tex.& d.c.a nobis,& sic præsupponit, ꝙ ad hunc effectũ iudex ecclesiasticus sit adeundus, ex quo agit ad exonerãdũ cõscientiã & vt defunctus a peccato liberet. Et clarè hoc ẽt probant dicta iura. & satis ẽt ꝓbatur in c.nouit.cum ibi nõ.de iudi.¶Et cõfirmatur,quia in dictis iuribus dicit,ꝙ hæres compellatur ad satisfaciendũ per censurã ecclesiasticam: ergo ex hoc tollitur,ꝙ iurisdictio spectat ad ecclesiasticum, quia excõicatio infligitur pp causam ecclesiæ subiectam.50.dist.si qua.&c.quicunque, & ut no.Io. And.in regula ea,q̃ fiunt a iudice,de reg.iur.in Mercuria. Et isto modo ẽt arguit & determinat Abb.in d.c.cum sit gñale,de fo.compe. in 2.col.& ex rõnib.ꝑmissis infertur,q̃ si idẽ sit, est hæres,conueniretur iure actionis,& ad cũ trahẽda esset actio, q̃ competebat contra defunctum.¶Secundò dici potest, ꝙ vbi non appareat de confessione Pauli,vel eius euidenti contritione, ꝙ eius hæres directe, nec per indirectũ cogi nõ possit ad satisfaciendum,ſm Inn.q̃ ita uoluit in d.c. in literis. quẽ ẽt ad hoc allegat Sal.in d.l.j.C.ne ex delic. defunc. & idem tenet Car. & Abb. in d.c.fi.& d.c.in literis.& in c.a nobis.ubi glo.idem sentit,quia iura ꝑdicta loquuntur dicto casu,vnde extra illum stãdũ est rigori iuris ciuilis, ex quo ab illo nõ reperitur recessũ de iure canonico.ꝑ ea q̃ habẽtur i c.j.de ope.no.nu. ꝑut in specie dicit Ale. in l.Põponius.§.cum quis.de acqui. hær. q̃ cõtra Dy. post alios concludit,ꝙ mala fides defuncti nocet hæredi, ẽt de iure canonico, ex quo a rigore iuris ciuilis in hoc nõ reperitur recessũ. & idẽ dicit Alex.in l.si insulã.de verb.obl. circa vlt. char. vbi refert,ꝙ Bal.in l.qui crimen.C.qui accu. vult, ꝙ de æquitate canonica possit semper mora purgari, Et per hoc limitat. l. si q̃s maior.C.de transactio. sed Alex.dicit hoc esse verũ in foro pe-
4 nitentiali,prout loquuntur iura allegata ꝑ Bal.in foro† autẽ iudiciali putat Alex.ꝙ seruaretur ꝯ̃rium ẽt in terris ecclesiæ, q̃a cum a iure ciuili & eius rigore nõ reperiatur recessum, illi est standũ in utroque foro.per no.in d.c.j.¶Sed stante ẽt opi. contraria videlicet, ꝙ hæres defuncti possit indistinctè cogi de iure canonico ad emendationẽ damni,puto tñ,ꝙ ita demum teneat in solidũ,si solus defunctis dedit damnũ,quo casu loquũtur iura ꝑdicta.Sed vbi fuerũt plures principales, q̃ damnũ dederunt,vt in casu nostro, puto ꝙ hæres vnius teneatur solũ ꝓ virili & non in solidũ,si alij sint soluẽdo. Nam ꝙ quilibet principalis delinquens teneatur in solidũ.d.l. ita vulneratus. ad leg. Aqui.in fi.est ſm rigorẽ iuris ciuilis.sed ſm æquitatẽ quis non dẽt teneri nisi in eo,& pro eo,in quo deliquit. l. rescriptum. de his quib.vt indig.& l. Paulus.ad leg.Falc.& ideo puto salua sem-
5 per † sñia theologorũ, ꝙ si plures damnũ dederunt, ꝙ in foro conscientiæ,& pœnitentiali nõ debet quilibet teneri in solidũ, sed ꝓ virili tm̃: secus autẽ in foro cõtentioso, etiam de iure canonico,quod in hoc non recedit a iure ciuili, sicut ẽt dicimus,
6 ꝙ † licet hæres,q̃ nõ cõfecit inuentarium,teneatur in solidum de iure ciuili & canonico in foro cõtentioso: tñ in foro cõsciẽtiæ non tenetur vltra vires hæreditatis,ſm Bart.in rub. de acq. hæred.& in l.gerit.in 1.col.eo.ti.& cũ eo transit Bal.& Ang. in d.rub.& est cõis opi.ut ibi per Alex.vnde eius hæres,qui obligatur ad emendationem damni de æquitate canonica cõtra rigorẽ iuris ciuilis & ad exonerandũ conscientiam defuncti, nõ debet in solidũ obligari, quamuis defunctus esset obligatus in solidũ in foro iudiciali,quia in foro aĩæ non tenebatur,nisi ꝓ rata.Cũ.n.ex æquitate canonica hæres obligetur ꝯ̃ rigorem iuris ciuilis ex delicto defuncti, pro hærede dẽt ẽt æquitas seruari, nec debet rigor attendi,vt ꝓbatur in d.c.in literis.inquantũ ibi dicitur,ꝙ hæres tenetur satisfacere iuxta facultates, qđ est intelligendum,ẽt si hæres non cõfecit inuentarium, ſm Fede.in consi.21. quia ex quo ius canonicum ex æquitate introduxit, ꝙ hæres teneatur ex delicto defuncti,ita in eius fauorẽ, & suadente æquitate ẽt statuitur,ꝙ vltra vires hæreditatis non obligaretur.Et idem tenet Abb.d.c.in literis.post Anto.de But.ibi, & in c.j.de solu.& Imo.in c.debitores.de iureiuran.& Bal.in l. furti.C.de fur.& ita cõsuluit Anto.de But.& Pet. de Ancha. ut refert & sequitur Dominic.in c.quãquam.de vsur.in 6.& Are. in dicta rubr.de acquiren.hæred.qui dicit, hanc opinionẽ esse cõmunem & verissimam,& iõ ex quo in libello dicitur.ꝙ Paulus cũ plurib.alijs domum destruxit,ut in puncto narratur, si non declaratur,qui & quot fuerint alij,incertum remanet,pro qua parte hæres Pauli teneatur & per consequens libellus tanquam incertus nõ ꝓcedit secundũ glo. in l.j.in prin. de edend. & l.Pomponius scribit,si frumẽtũ.§.fin.de rei vend. & in l.in actione.in princip.de furt.& ibi Bar.& vbi in libello facta est solum mentio de Paulo,poterit probari, ꝙ interuenerunt multi alij,& si sumus extra terminum probandi,põt peti restitutio ad probãdũ nomine minoris.l.minor.25.annis omissam. de minori. & ita concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Quando quid de alicuius voluntate factum videatur, qui, ne fieret, non prohibuerit.*
2 *Innocentia condemnati detecta, sententia annuente principe cõsulto reuocari potest.*
3 *Infamari quis non dicitur ab eo, qui stetit in genere maledicẽdi.*
4 *Contumacia procuratoris non facit, vt dominus teneatur, nisi in expensis & damnis parti aduersæ.*
5 *Iniuriarum actio per anni lapsum tollitur, item per mortẽ iniuriati ante litem contestatam expirat.*
6 *Iniuriarum actio contra successorem in beneficio non transit.*
7 *Successor an de prædecessoris delicto teneatur.*
8 *Pax per quæ signa probetur.*
9 *Cessio sine causa, & titulo facta non valet.*

CONSILIVM XXI.

REVERENDISSIME domine, dñe Col. ꝓximis diebus elapsis literas Reuerendissimæ do.V. suscepi cum summario quodam processuum ac actorum causæ & litis iamdiu versæ & adhuc uertentis inter Henricum Halsanthanier ex una, agẽtẽ, & reuerendissimũ Archiepiscopũ Salisburgen. ex altera se defendentem,ac me requirentẽ,ut eidem consulere velim, q̃ sint & esse debeant partes dominationis suæ in pronunciãdo & laudando inter dictas partes.Quare,ut illi morem geram,& ut honesto suo desiderio satisfaciã, & cui in omnibus satisfacere cupio,inquantum in me est,ad omnia diligenter animaduerti, & tandem prout inferius terminabitur, ꝓnunciandũ putaui. ¶In cã huiusmodi ꝓcedam compendiose resecando superflua, & circa ea,quæ ad ueritatẽ ꝑtinent insistendo. Erit itaque prius uidẽdum,vtrum actio iniuriarũ, vel alia sit ab initio orta contra dictũ reuerendissimũ Archiepiscopũ.Et iudicio meo dicendũ est,ꝙ non, quia nihil ꝓbari video, pp qđ dictus Archiepiscop. dicatur offendisse,& iniuriam intulisse Osbaldo,aut Bolfrango eius filio. Dicitur.n.& ꝓponitur, ꝙ dictus Osbaldus fuit per scribam,capitaneum & alios cõspiratores de plurib.delictis inculpatus,& ꝙ multi,vt illũ inculparent,fuerunt iniustè carcerati, torti & demum ad mortẽ cõdemnati. Et quãquã dicatur hoc factum ex cõmissione superioritatis, nullibi tñ constat de cõmissione huiusmodi, & ꝙ capitaneus ab Archiepisco-
1 po hoc habuerit in mandatis.¶Nec ob. † ꝙ debuit illum prohibere,qđ cum non fecerit uidetur sic factum de eius voluntate, c.constitutus.de testib.& l.flumina.§. quãquam,de dam. infec. & no.in l.stipulatio ista.in prin.& l.inter stipulantẽ. in prin.de verb.obl.& no.Barto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi ꝑtori.de ope. no.nun.in 10.q.quia illud ꝓcedere posset,qñ illud, qđ dicitur factum a capitaneo, concerneret cõmodum Archiepiscopi, & quòd fuisset sciens,& prohibere potuisset: quia nõ dicitur potuisse prohibere, nisi concurrente eius scientia. Et ita declarat Alex.& mod.in d.§.si quis ipsi prætori.super d. 10.q.Bar.arg.l. 2.cum seq.de noxa.& per no.per Spe.in tit.de leg.§.j. ver. quid si amici.&c.de qua scientia Archiepiscopi non apparet, qui factum sui capitanei præsumitur ignorasse.l.verius.C.de ꝓbatio. & in l.fi.cũ ibi no.pro suo.Et sicut dñs ignorare præsumitur factum ꝓcuratoris,vel serui,ſm glo.2.in l. si res obligata. de leg. 1.Et similiter non obstat, quòd capitaneus in rõnibus redditis computauerit expensas factas pro dictis carceratis, & quòd illas Archiepiscopus acceptauerit, qui ex hoc non potest argui, quòd Archiepiscopus sciuerit,quòd capitaneus iniustè processerit,& quòd iniustitiam fecerit. Ex acceptatione igitur expensarum sequitur simpliciter approbatio facti,& non quòd sit approba-

probatum tanquam iniustè factum, quia quòd ꝓcesserit iniustè præsumitur Archiepiscopus ignoraſſe, & erat præsumēdū, quòd iustè, & rectè fuerit ꝓceſſum, quia ꝓ iudice præsumitur. l. 2. C. de offi. ciui. iudic. & c. audientiam. de pſcr. Et similiter ex hoc patet aliud non obstare, videlicet, quòd dictus Archiepiscopus receperit dictum capitaneū in terris suis, illi benefaciendo, & in oībus fauēdo, quia (vt dictum est) sic facere potuit, & fecisse præsumitur: quia credidit illum iustè ꝓceſſiſſe, & iustitiā administraſſe, & vbi ēt dictus capitaneus & alij de mandato superioritatis talia fecissent, & de hoc cōstaret, ꝑ hoc tñ non apparet, quòd mandatum fuerit iniustum: quia quis carcerati, & condemnati ēt fuissent innocentes indicia tñ poterāt adeo esse vrgentia, quòd iustè potuerunt torqueri. Et quia cōfeſſi sunt, potuerunt cōdemnari, licet† si postea eorum innocētia fuisset

2 detecta ante eorū mortē, potuisset sñia retractari, cōsultò tamen prius & annuēte principe, & nō aliter. l. 1. §. fi. de q. vbi hæc oīa quasi sunt expreſſa. Nā cum ꝓceſſus ꝯ dictos carceratores nō sint ꝓducti, iudicari, & intelligi nō pōt, vtrum iustè, vel iniustè ꝯ eos fuerit ꝓceſſum: sed (vt dixi) de tali mādato nō cōstat, nisi ex literis dicti capitanei ad cōmissarios Cæsareos, cui nō creditur, quia tractat de se exonerando, ꝑ no. ꝑ Bart. in l. deferre. §. idē decreuerunt. de iure fis. & quia deposuit sine iurō, & parte nō citata. l. iurisiu. & l. si qñ. C. de testi. & licet ēt dicti cōmissarij in relatione facta Cæsari affirmarēt de commissione superioritatis ꝑdicta fuisse cōmiſſa, hoc tñ non ꝓbaret ꝯ Archiepiscopum, ꝯtra quem corā dictis cōmissarijs lis nō erat, prout ex scripturis mihi trāsmissis ꝑcipere potui. l. sæpe. de re iud. & C. res inter alios acta. in rubro & nigro. ¶Præterea, ꝙ ꝑdicti carcerati fuerint iniustè inquisiti & carcerati ēt de mādato superioritatis, ad rem non ꝑtinet, qa ex hoc Osbaldo & suis nulla fuit illata iniuria, cū essent extranei. Et si dicatur, ꝙ Osbaldum nominauerunt, vel consociū, & participē delicti, & ꝙ dicti conspiratores postmodū illū infamarunt de huiusmodi delicto, etiā apud Cæsarē. rñdetur, ꝙ talis diffamatio nō ꝓceſſit ab Archiepiscopo, neque de eius mandato, quod constet. Et iō ipse nō tenetur actione iniuriarū ꝓ facto dicti sui capitanei, ꝑ ea quæ superius dicta sunt. ¶Nec ēt obst. ꝙ Archieps ꝑ suas literas insteterit apud maiestatem Cæsaream ꝓ reuocatione saluiconductus cōceſſi d. Osbaldo & in illis asserēdo, ꝙ de multis malis imputabatur. Quia licet d. saluusconductus esset ſm iustitiam, cū ex illo redderetur tutus a violentia, & non a iure, nihilominus non cōstat, ꝙ Archieps sciret tenorem saluiconductus, & credere potuit, ꝙ illius vigore ꝯ Osbaldū ꝓcedi nō posset, vel saltē, ꝙ capi & detineri nō debuisset. Et dato ꝙ oīa sibi essent nota, non tñ ꝑsumitur, ꝙ ad reuocationem instaret aīo iniuriandi, nec istud ꝑsumitur in dubio, sed potius, vt facilius iustitia locum posset habere, & liberius administrari, ſm Barto. in l. iniuriarū. §. idem Labeo. de iniu. vbi hoc dicit clarè. Et casu ēt, quo hoc factū fuisset aīo iniuriandi, si tñ reuocatio saluiconductus non fuit sequuta, iniuriarū actio nō hēt locū, ex quo conatus nō habuit effectum, vt est casus in l. item apud Labeonē. §. si curauerit. de iu. iur. Et minus iniuria dicitur illata ex eo, ꝙ asseruerit Archieps in suis literis, ꝙ Osbaldus imputabatur de multis malis, qa non dicit assertiuē, ꝙ multa mala cōmiserit, sed ꝙ imputabatur, sed an imputatio esset vera, nō affirmauit. Et dato

3 ēt † ꝙ sic affirmasset, & scripsisset, ꝙ multa mala cōmisisset adhuc tñ iniurarū actione nō teneretur, quia stetit in gñale malè dicendi, ſm Bar. Bal. & Ang. in l. turpia. in prin. de leg. 1. ubi dicunt, ꝙ qs non dicitur infamari de maleficio per illū, qui stetit in gñe malè dicendi, vt quia dixit, talē esse impium & pessimū hoīem, & sīlia, sed oportet, ꝙ dicat fecisse homicidium, vel furtū, & similia, de quo ēt ꝑ doc. in l. 3. in prin. de lib. & posth. ¶Et insuper non obst. ꝙ ꝓcuratores Archiepiscopi fuerint contumaces in comparendo coram D. de regimine Inspurgæ delega

4 tis Cæsaris, quia ꝯtumacia † dictorū ꝓcuratorū non nocuit domino Archiepō, ut agi posit ꝯ eum, ſm Bar. & Doc. in l. 1. §. si ꝓcurator. si quis ius dicenti non obtemp. & doct. in c. 1. vt lite non contest. Et dato, quòd cōtumacia ꝑdictorū nocere potuisset dño, nō tñ teneretur actione iniuriarum, nec ad eius ęstimationē, nec ēt ad totale interesse totius cāæ, sed solū ad expensas litis versæ coram dictis D de regimine factas in aduocatis, ꝓcuratorib. & in alijs simi. & ad damna, q̄ actor fuisset passus in reb. suis ex hac cā: quia illi nō cōparuissent. d. l. 1. §. fi. iuncta gl. in hoc cōiter approbata, & debuissent dicta dāna, & expensę ꝑeti corā eisdem iudicib. §. fi. ¶Sed dato, quòd actio iniuriarū orta fuisset, q̄ ab initio cōpetere cępisset, videndū est, vtrum compe-

5 tere desierit. & est † cōclusiuè dicendū quòd sic. Et primò per lapsum anni, quia dicta actio tollitur anno cōtinuo rſr. l. si nō conuicij. C. de iniu. & ibi per gl. cōiter approbatē, & in l. si cū exceptione. §. 1. quod met. cā. ¶Secūdò expirauit per mortem Osbaldi superuenientē ante litem contestatam ꝯ dñm Archiepm, quia ad hæredes non transmittitur. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cautionibus. & ibi not. oēs, & l. iniuriarū actio. l. vltima. & ibi not. de iniur. & per Bar. in l. cum emancipati. §. emancipatus, de colla. bon. Et iō eius filius tanquā hæres patris agere nō potuit, neque ēt ut filius noīe suo, ex quo ꝑ mortem pater fuit exclusus, vt a fortiori ꝓbatur in l. sed si vnius. §. filio. de iniu. Itē

6 non † trāsiuit ꝯ successorem in beneficio, & iō mortuo Federico, qui erat Archieps tpe, quo Osbaldus fuit inculpatus ex delicto, Leonardus eius successor non fuit obligatus. & sīr mortuo Leonardo ex eius facto, & delicto nō tenetur Reuerendissimus modernus Archieps eius successor, ēt si lis fuisset contestata ꝯtra eum, secundùm Bar. in l. 1. ff. de priua. delict. vbi quærit, an actio pœnalis detur ꝯ successorem prælati. Et concludit

7 † quòd si prælatus tenebatur ex delicto suo noīe, & non dignitatis noīe, vel prælationis, vt in casu nostro, & successor non tenetur, nisi quantum ad eum peruenit, & quatenus locupletata est eius ꝑlatura, alleg. l. licet. §. si ex cā. de pecu. sed si ꝑlatus tenebatur noīe dignitatis, tūc successor tenebitur in solidū, quia est eadem dignitas. & ita intelligitur, secundùm eum, qđ no. Inno. in c. cum dilectus. de ord. cog. & isto mō distinguit ēt Abb. in d. c. cum dilect. in fin. licet de Bar. mentionē non faciat. & dicit D. Ant. de But. ibi, quòd dictum Inn. ibi, qui vult, successorem in dignitate in solidum teneri, quia dignitas non moritur. c. si gratiosè, de rescr. in 6. debet restringi, qñ tota vniuersitas cum capite deliquit, per nota. ibi ꝑ glo. aliàs secus: quia successor in dignitate, qui non est hrs, non succedit in uitium defuncti, iux. no. in c. cura. de iu. pat. & in c. quarta. de pſcr. & alia rōne si cōpetijsset actio ꝯ Archiepiscopum desijsset competere, quia (ut in puncto narratur) ad instantiam Osbaldi & eius filij ac priuigni cā ꝯ alios participes fuit commissa Archiepiscopis ꝑdi-

9 fra demõstrabit. s. dũ ibi probat e cõuerso, ꝙ † qui possidet ꝑ uim alium tanq̃ seruum, nõ releuatur ab onere probandi. Ad hoc nõ obs. quia loquitur tex. qñ detẽtus ꝑ vim erat prius in quasi possessione libertatis, iõ p̃sumit esse in eo statu, in quo reperit, sic liber, ₰m Bal. ibi, illa ergo possessio violẽta nõ releuat, quia est damnata a iure, & ei ius resistit: quia homo liber a sciẽte uel ab eo qui scire præsumit, possideri nõ põt. l. cũ hæredes. §. itẽ quæro. & l. qui vniuersas. §. 1. de acq. poss. sicut dr̃ de illo, qui in aliena diœcesi est in quasi possessione decimandi. Nã talis possessio: quia ei ius resistit, & quia est a iure damnata, nõ releuat. c. ad decimas, de restit. spol. in 6. & ita ẽt declarat Bal. in d. l. vis eius. in fi. & idẽ ẽt tenet Sal. in prin. illius legis, vel verius, ille qui vim intulit nullo mõ possidebat, quia detentus possideri non poterat: cũ liber p̃sumeretur, vt dixi, & de facto detinebatur & de iure non possidebatur, procedit ergo ille tex. in possessione violenta personarũ, & non habet locum in tali possessione rerũ, quæ possideri pñt, ẽt ₰m eundẽ Bal. ibi. ¶ Tertius casus principalis est, qñ vnus possidet ciuiliter & alter possidet naturaliter, vi, clam, vel ꝑcario ab aduersario: & tunc ciuiliter & iustè possidẽs dẽt ĩ hoc iudicio obtinere, sicut & ĩ interdicto uti possidetis. l. si duo. in prin. ff. uti possid. ¶Applicãdo igitur prædi

10 cta ad casum nr̃m, dico, ꝙ hoĩes † Nagi & Turbularũ debẽt cõstitui actores & eis ꝑcipi & mandari, ꝙ interim nõ turbent, nec molestent cõe & hoĩes Archi in possessione Linfani. Qm̃ ipsi soli reperiuntur possidere, & in possessione dicti loci esse, & ꝙ ita sit demonstrat. Nã saltẽ ꝑ instr̃a publica probat, ꝙ de anno præterito sindici cõis Archi coadunatis & conuocatis multis alijs hominib. ad hoc nomine cõis Archi acceperunt corporalẽ possessionẽ dicti Linfani in absentia illorũ de Nago & Turbularũ, quæ possessio quæsita fuit & q̃ri potuit ꝑ dictos sindicos dicto cõi. l. 2. de acq. poss. Et non solũ ꝑ dictũ ingressum fuit q̃sita naturalis possessio. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acq. pos. Sed ẽt ciuilis; quia prædicti de Nago & Turbularum suspicati sunt se posse repelli. d. §. fi. cũ l. seq. & l. si id quod. §. fi. eo. tit. vt plenè constat & probatur ꝑ testes, qui deponũt, ꝙ ꝑdicti videntes illos de Archo stare & morari in loco Linfani, nõ fuerunt ausi accedere ad dictũ locũ, ₰m ꝙ stãtes vltra flumen cum scopletis solũ iactabant & balottas proijciebant, illis de Archo non curantibus. Et ꝑꝑ hoc de loco nõ decedentibus, prout ẽt in instr̃o dr̃ & continetur. Et idem probatur ꝑ textũ, vbi, vr̃ casus in l. quod meo. §. fi. de acq. poss. vbi dr̃, ꝙ quis amittit possessionem tam ciuilem, quàm naturalẽ partis fundi, quam exercitus intrauit & occupauit cũ magna vi. & vtráque exercitus acquirit, ₰m oẽs ibi. Sic ergo & in casu nr̃o, in quo ꝑdicti de Archo,

cho, qui ingressi sunt dictum locũ cũ magna vi, vt ꝑ instr̃a ac
ẽt ꝑ testes probatur, acquisiuerunt vtrãque possessionẽ totius
loci Linfani, ex quo alij non erant tunc in illo loco: & ex quo,
vt dixi, timuerunt se posse repelli: qđ constat ex eo, ꝙ non sunt
ausi reuerti & venire ad eundẽ locũ eo tpe, quo illi de Archo,
vt supra congregati erant in loco prædicto, vt probat̃ ex no. ꝑ
Iac. de Are. & Mod. maximè Alex. in l. qđ meo. §. fi. vbi dicũt, ꝙ
si exercitus cũ magna vi ingressus est partem fundi, & antiquus
possessor exeat sponte de alia parte, ꝙ ẽt illius partis amittit v-
tramque possessionẽ: quia per hoc probat̃ illũ suspicari se pos-
se repelli. Eadẽ ergo rõne & fortius in casu nr̃o, in quo dicti de
Archo cũ magna vi totum locum occupauerũt videntib. illis de
Nago, & nõ audẽtib. ad dictum locũ venire, nec curo ad quem
effectũ ibi positum fuerit territorium; quia satis ꝯstat de acquisi
tione possessionis ꝑ ingressum in loco cũ animo possidẽdi. l. 3.
in prin. de acq. poss. Nec refert, si dicat, ꝙ ex post illi de Nago
ad dictũ locũ accesserunt, & ꝙ multos actus possessorios fece-
runt: quia satis quantum ad effectũ amittendi ẽt ciuilem pos-
sessionem, ꝙ nõ fuerint ausi accedere eo tpe, quo p̃dicti de An
cho cũ magna vi erant in loco, vt in iurib. p̃alle. ¶Et istud ẽt cla-
rius probat ex no. ꝑ Bar. in l. si de eo. §. si forte. de acq. poss. vbi
vult, ꝙ si quis sciat possessionẽ ab alio occupatam, ꝙ illã perdit,
si intra modicum tẽpus ad locũ non accedit: quia per hoc ostẽ
dit & ꝓbat, ꝙ ille suspicatus est, se posse repelli, ꝑ d. l. qđ meo.
§. fi. & l. si quis. eo. ti. & cũ eo trãsit Ang. ibi, & Bal. in l. j. in vlt. col.
C. de ser. fug. & Ale. in d. §. si forte. qñ sciens verisimiliter timere
debuit. & Imo. in d. §. fi. Quinimmo ẽt qñ cũ magna vi quis in-
gredit̃, antiquus possessor ẽt statim & ignorãs ammittit posses-
sionem, ſm Raph. & Ale. in d. l. quod meo. §. fi. per l. 3. §. Labeo.
& l. qui vniuersas. §. ꝙ si mari. de. acq. pos. vbi idem dr̃, qñ alio
mõ nõ põt fundus per antiquum possessorem pedib. calcari, pu
ta quia est inundatus, & est ratio; quia q̃uis non suspicet̃ quis se
posse repelli, si tñ suspicari verisimiliter debuit, amittit quis pos
sessionem: quia paria sunt suspicari posse repelli, & suspicari de-
bere. l. clam possidere. in prin. cum gl. eo. ti. & per Pau. de Cas. &
Alex. in d. §. fi. Cum ergo illi de Nago vel timuerint, vel saltem
timere debuerint repelli posse per illos de Archo, qui cum ma-
gna vi ingressi sunt Linfanũ ꝙ qui sunt potẽtiores, ꝑꝑea ho-
mines de Nago desierũt ex toto possidere, siue fuerint sciẽtes,
siue ignorantes, & possessio tam naturalis q̃ ciuilis quæsita fuit
hominib. & cõi Archi, vt per prædicta clarè probatur. ¶Nec
11 obstat † ꝙ ista possessio tanq̃ iniusta nõ potuit per sindicos q̃
ri dicto cõi. l. qđ seruus. de acq. pos. sed iusta solùm, de qua loq̃-
tur d. l. 2. q̃a & si sit iniusta, ex eo ꝙ illi de Nago & Turbulis pri⁹
& longo tpe possedissent, d. ca. licet cãm. de probati. nihilomi-
nus dicto cõi fuit q̃sita, & q̃ri potuit, q̃a apprehensionem dicti
loci eius noĩe factã habuit ratã. quod ex eo declaratur et osten-
ditur, quòd dictum cõe Archi in præsenti iudicio allegat se pos
sidere, vigore etiam dictæ apprehensionis, quam ẽt produxit. l.
Paulus non tantum verbo. ff. rem rat. hab. & arg. cap. cum vene-
rabilis. de except. & per Barto. in l. Publia. §. fi. ff. depositi. qua
ratihabitione mediante potuit dicto Cõi possessio acquiri. l. cõ
munis seruus. §. fi. de acq. poss. & l. 1. §. sed & si cũ quis. de vi &
vi arm. ¶Et sĩr non obstat, ꝙ in instr̃o dicatur, dictos sindicos
fuisse ingressos aĩo continuandi in possessione, & non aĩo ac-
quirendi illam de nouo, quia animus in continuãdo in posses-
sione inducit acquisitionem de nouo, ſm Bar. & doct. cõiter in
l. 3. in princ. de acqu. pos. Cum igitur soli hoĩes de Archo inue-
niantur possidere, tam ciuiliter, q̃ naturaliter, debent in hoc iu-
dicio obtinere, quãuis ẽt vi vel clam possideatur ab altera parte,
ꝑ ea quæ superius dixi in vltima parte secundi casus principalis.
12 ¶Nec obstat † l. 1. §. fi. ff. vti possid. quia, vt ẽr dictum fuit, loqui
tur ille tex. qñ ille, qui ab aduersario vi, clam, vel p̃cario possi-
det, ageret, & libellum in interdicto vti possidetis obtulisset. Nã
tunc actor succũbit, non quidẽ ad effectũ, vt sua possessione pri
uet̃, vel vt illi accessus ad locũ possessum inhibeatur, sed ad finẽ
tñ vt reus absoluat̃. Sed in casu nr̃o nullus agit, nec aliquis vult,
aut agere intendit, quo casũ de possessione vtriusque cognosci-
tur ad finẽ vt alteri accessus prohibeat̃, & vt alius possessor cõ-
stituatur, & pro possessore quò ad iuris effectũ habeatur, ideo
hoc mandari vel præcipi non põt possessori ẽt iniustè possiden
ti ab aduersario: quia sua possessione priuari non põt nedum a
parte, d. l. si quis ad se fundum, sed nec ẽt a iudice. l. prohibitum.
C. de iure fis. lib. 10. & l. meminerint. C. vnde vi. sed dẽt potius
aduersarius prohiberi, ne ad locũ accedat, qui non possidet, q̃-
uis ad dictũ locũ aliqñ clam accesserit, posteaq̃ desijt possside-
re: quia per hoc aliq̃ possessionem ẽt naturalem non acquisiuit.
quod probatur: quia hoĩes de Archo q̃uis essent extra locũ, tñ
ciuilem, de qua non dubitatur, nedũ aĩo retinuerunt, sed ẽt na-
turalem, q̃ non amittitur, qñ quis exit fundũ, si sit de proximo,
& cito põt ingredi, ſm gl. notab. cũ qua oẽs transeunt in l. 1. in
prin. de acq. pos. in verbo, naturaliter. vers. sed quid si non est in
conspectu &c. Si ergo prędicti de Archo, qui sunt de proximo,
& facile habeant ingressum ad Linfanum, retinuerunt naturalẽ
existẽtes ẽt extra locum, ergo illi de Nago per ingressum in eo-
dem loco non potuerunt naturalem quærere, quæ non põt in-
solidũ apud duos esse. l. 3. §. ex contrario. de acq. pos. sed dñr po
tius hoĩes Archi in sua possessione turbare. l. vim facit. de vi &
vi arm. Et per prędicta colligitur ẽt rñsio ad d. l. si duo. & ad no.
per Bar. ibi, vti possid. quia loquitur textus, qñ vterque, vnus. s.
ciuiliter & iustè, & alter naturaliter & ĩiustè ab aduersario pos-
sidet. Et Bar. qñ vterq; probauit se possidere, & probatio vnius
præponderat probationi alterius & illam superat & vincit, sed
in casu nr̃o probatũ est, ꝙ cõe & hoĩes Archi solũ possident, tã
ciuiliter q̃ naturaliter, quo casu quò ad effectũ, de quo agitur,
indistinctè debet alius, qui contendit se possidere actor consti-
tui, vt ex præmissis declaratur. ¶Et confirmatur adhuc effica-
cius. Nam quãuis isti de Archo per vim priuauerint partem ad-
uersam, tñ illa prius possidebat, ẽt vi ab illis de Archo, vt ĩferius
clarè demonstrabitur. Quantùm ergo ad effectũ probationis,
de quo nunc agitur, secunda violentia non absorbet primam,
qñ primo compulsus præsumitur dñs. i. secunda violentia non
facit, quin primus possessor violentus subleuetur ab onere ꝓ-
bandi, vt est casus, & ibi no. Bal. & Sal. in l. vis eius. C. de probat.
Nam ibi quis tanq̃ dñs per vim cępit possidere illum, qui prius
erat in possessione libertatis: & sic qui præsumebatur dñs. i. li-
13 ber, & ille deinde aufugit. † Nam hæc secunda violentia non
absorbet primam quantum ad effectũ, vt primus possessor vio-
lentus liberetur ab onere probandi: q̃a primò oppressus præsu
mitur dñs. ſm Bal. & põt intelligi ſm eum, ẽt ille textus in iudi-
cio præparatorio, de quo agitur in casu nr̃o, quò aũt ad inter-
dictum, vnde vi, ſm eum, est verum, ꝙ secunda violentia absor-
bet primam, si sit sequuta ex interuallo, & non incõtinenti. l. 3.
§. eum igitur. de vi & vi arm. Ergo cum, vt dixi, illi de Nago vi
prius possiderent ab illis de Archo, & nedum præsumatur, sed
etiam probatum sit, ꝙ prædicti de Archo sunt domini, vt etiam
inferius clarè demonstrabitur, secunda possessio eorum violen
ta non absorbet primam violẽtiam ad effectum, vt illi de Nago
liberentur ab onere probandi, vel ad effectum vt constituantur
rei, immo debent̃ probare, & actoris partes subire: vt est casus
cũ ibi no. per Bar. in d. l. vis eius. Et ex hoc, iudicio meo, res red-
ditur clara. ¶Secũdo idem efficacissimè ac verissimè confirmat̃.
Nam per partem ꝯriam capitulatũ est, ꝙ locus Linfani diuisus
est inter hoĩes dictorũ locorũ, & ꝙ a dictis hoĩbus, vt singulis
fuit tentus & possessus, & hoc est ẽt ꝑ multos testes probatũ:
qui dñt fuisse p̃ntes diuisioni, & vidisse illos noĩe ꝓprio cole-
re, & possidere diuisim dictũ locũ & partem illius. Ex quo seq̃-
tur; ꝙ a tpe dictæ diuisionis dictus locus non fuit possessus a di
cto cõi, nec ab hoĩb. dictorũ locorũ, vt vniuersis, qui differunt
a singulis possessorib. eiusdẽ cõis. l. in tm̃. §. uniuersitatis. de rer.
diuis. & l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius voc. Et q̃uis ẽt
talis diuisio nõ valuisset, de qua ad præsens non expedit quære
14 re, tñ ex inutili illa diuisione, & ex quolibet alio † ꝯctũ nullo trã
sfertur possessio. l. 1. §. si uir. de acq. poss. ¶Et si forte dicatur, ꝙ
ex inutili ꝯctu non transfertur possessio ab illo qui prohibetur
alienare, sicut est pupillus, & ecclesia, ſm Bar. & Doct. in d. §. si
vir. ꝑ l. iubemus nullam. C. de sacros. eccl. ergo idem in qualibet
vniuersitate, puta villa vel castro. l. fi. C. de vendẽ. reb. ciuit. lib.
11. Et quis loquat̃ in ciuitate, tñ ẽt locũ vr̃ hr̃e in castro, uel vil
la, ꝑ ea quæ hñr & not. in l. fi. C. de sacros. eccl. & per Alex. post
Rom. in l. si finita. §. si de vectigalib. de dam. infec. ¶Ad istud tñ
duob. modis rñdetur, Et primò, ꝙ ex quo iam decem annis ela-
psis & ultra facta fuit diuisio prædicta, & abinde citra hoĩes di-
ctorum locorũ tenuerunt vt singuli locũ Linfani diuisim & se-
paratim, ꝙ saltem ex cursu istius tpis, intra qđ cõe eorũdem lo
corum non accesit, nec alius eius noĩe, uel de mandato illius ad
par-

partes diuisas dictū cōe amisit possessionē, s̄m Bar. & Doct. in l. si de eo. §. si forte. de acq. pos. ¶ Secundò rn̄detur, quod ex inutili ꝯtu non transfertur possessio p minorem, & alios prædictos, qn̄ res tradita est propria eorū, secus si sit aliena, vt præsupponit clarè Bart. in l. si alienā. vlt. col. sol. mat. dū allegat. l. magis puto. §. j. de reb. eorū & prout ēt declarant nouissimi in d. §. si vir. in fi. ita intelligentes Bar. in l. indebiti. §. sed si nummi. de cōdict. inde. sed locus Linfani nō erat nec est illorum de Nago, & Turbularum, sed alienus, vt probabitur inferius: ergo p eos potuit transferri possessio ex inutili diuisione, subsequuta traditione. d. §. si vir. ¶ Nec præmissis obstat, quod aliqui testes dicant, quod quædam pars remansit indiuisa: quia nec de loco, nec de quota deponunt testes, ideo ex hoc probatur, quod dictum cōe possideat ēt pro parte. l. 3. §. incertam. de acqu. pos. & ibi per Bar. & alios. Si igitur possessio fuit apud singulos, & non apud cōe, antequā illi de Archo apprehenderent possessionem Linfani, ergo illam non habent vi, clā, vel præcario à cōi & hoībus vt vniuersis Nagi & Turbularum, sed ab alijs. j. a dictis hominib. vt singulis, & per consequens debent obtinere homines Archi in p̄senti iudicio ꝯ homines Nagi & Turbularum, qui cōtendūt, & sunt in iudicio, non vt singuli, sed vt vniuersi, & quod, vt dixi tanquā tales nō possident, nec possederūt ante illos de Archo, sicut ēt obtinerēt agendo illi de Archo interdicto vti possidetis cōtra cōe dictorū locorum, ex quo, vt dixi, non possident ab illo vi, clam. vel precariò, sed a singulis, qui differūt ab vniuersis, vt est casus in l. 2. ff. vti possi. Et dixi ēt supra in secūdo casu principali. Iusta. enim. reputatur possessio, quū ad alium, qui non possidet, qn̄ ab alio & non ab aduersario quis possidet iniustè, & istud mihi vr̄ ēt tutissimum fundamentum & ineuitabile. ¶ Tertiò adhuc idē cōprobat̄. Quāuis enim ante ingressum & nouam apprehensionē possessionis hoīum de Archo, illi de Nago & Turbulis possedissent ciuiliter & naturaliter, ēt vt vniuersi, tn̄ possidebāt vi ab illis de Archo, quos cū auxilio Venetorū spoliauerāt possessione Linfani prius ab eis possessi, vt ex testib. antiq̄s euidēter pbat̄ iuncta ēt depositione aliorū testiū in hoc iudicio receptorū, & ex plurib. alijs adminiculis. ¶ Nec ob. dū dicitur† quod illi testes antiq. tanquā inter alios examinati & pducti nō pbet: quia immo in factis de antiquo & excedētib. tp̄s cētū annorū plenè pbāt, qd̄ sic demōstrat & pbat̄. Nā licet fama regulariter probet tm̄ semiplenè, vt notatur in l. 2. §. eiusdem. de testib. & per doct. in l. admonēdi. de iureiur. cū cōcor. de quib. ibi plenè: tn̄ in factis de antiquo probat plenè, s̄m glo. & Ang. in l. at qui natura. §. cū me absente. de nego. gest. & Bal. in l. cōuenticulam. C. de epis. & cler. in auth. quas actiones. in fi. de sacros. eccle. Inno. & Anto. But. in c. quid p nouale. de verb. sig. & in c. veniens. eo. ti. & Ro. in l. j. §. item Labeo. de aqua plu. arcen. & moder. in l. cū aliquis. C. de iure delib. & facit ēt, qd̄ ibi notat Bal. & sic patet, quod in antiquis illa probatio est plena, quæ esset semiplena, si factū non esset antiquum. Ergo eodem mō testes antiquitus recepti ēt inter alios, & de antiquo deponentes, debent plenè probare: quia inter alios recepti ēt de nouo faciūt semiplenam pbationē sicut fama probat semiplenè, s̄m Bar. notabiliter in d. l. admonēdi. circa vltimā char. vers. quid si dicta testiū &c. dūmō, s̄m eū, nō poterint de nouo examinari: & cum eo transeūt alij, & Do. Ant. & Abb. in c. fi. eo. tit. Iō quò ad factū de antiquo non debēt minus probare quā fama. Qd̄ ēt cōfirmat̄: qm̄ testes de auditu, quod nihil aut parum probant ēt inter easdem personas, vt no. in l. testium. C. de testibus: probant tn̄ plenè in antiquis, s̄m Inno. & alios in c. tam lr̄is: de testib. & not. in l. si arbiter. de probat. & in d. l. j. §. item Labeo. ergo testes, qui inter alios recepti ēt de nouo probant semiplenè, si nō potuerunt rursus examinari, debēt in his, quæ sunt de antiquo plenè probare, & ex quo fuerunt examinati iam sunt anni centum, & lōgè antea præsumuntur
16 † rectè & rite recepti, & p̄sumunt̄ quò ad eos omnia solenniter acta, p no. p Hos. Io. And. & alios in c. Albericus. de testib. & præsertim, quia vt ex tp̄e apparet, & ex personis, inter quas deponunt, credēdū est, quod fuerint examinati in iudicio, in quo fuit lata sententia super possessorio in fauorem cōis Archi p Orponem & Olurandinum, ex qua ēt probat̄, illos fuisse & tunc esse in possessione Linfani: quia cū inter illos, & hoīes de Ripa esset motum iudiciū possessorium retinendæ, declarauerunt homines Archi esse potiores in possessione: & quamuis non enunccientur solennitates necessariæ ad validitatem sn̄iæ, tn̄ p̄sumitur rite & rectè lata, cū sit diffinitiua, vt probatur in c. bonæ. de elec. & ibi no. Inn. & Io. And. & Compost. in c. in p̄ntia. de renunc. & Ant. de But. in c. qm̄ cōtra. de probat. & Do. Alex. in l. sciendū. de verb. obli. Et ista est cōis opin. vt ēt dn̄t moder. in d. c. qm̄ cōtra quicquid dicant alii superius in cōtrariū allegati. Et hoc nō tm̄ hēt locū in sn̄ia antiqua sed ēt in illa quæ de nouo fuit lata, s̄m prædictos & alios allegatos in dictis locis. Et quæ ēt sn̄ia, quamuis inter alios lata, tn̄ plenè probat in fauorem cōis Archi cū sit antiquissima: qm̄ lata ēt de nouo probat semiplenè, s̄m Bar. in l. admonendi. in uersic. præallegato, & alios de quibus supra, & Alex. in l. sæpe. de re iud. col. 37. Ergo ratione antiq̄tatis debet plenè probare: sicut (vt dixi) fama, quæ solet inducere solum probationem semiplenam, facit plenam fidem in factis de antiquo, & per alia præallegata. Et ex hoc ēt sequit̄, qd̄ dn̄ium Linfani probatur esse communis Archi: quia per tres sententias antiquissimas pronunciatur spectare iure dn̄ij ad dictum cōe, quarum duæ latæ reperiuntur ab ordinario, & vltima a delegatis Cæsareis ea ratione, vt sepe dictū est: quia dominiū probaret̄ semiplenè per sententiam latam de nouo inter alios, per famam. Ergo sicut probatur plenè in factis de antiquo per famam, s̄m gl. & Ang. in d. §. cū me absente. ita eo casu debet pbari plenè per sententiam inter alios prolatam: quia sicut in his q̄ non sunt de antiquo non probat minus quā fama, ita & in factis antiquis non debet probare: quia vtroq; casu est eadem rō. Cū ergo de antiquiori possessione plenè cōstet cōis Archi, vt ex prædictis colligitur, præsumitur possedisse vsquequo illi de Nago cū auxilio Venetorum spoliarūt dictum cōe: quia qui semel possedit, p̄sumitur semper in futurū possedisse, donec pbetur amissa possessio, vt no. in l. siue possidetis. C. de probat. & in l. non ignorabit. C. de exhibē. & doct. in c. cū ad sedem. de resti. spol. cū cōcor. de quib. per Alex. in consi. 133. j. vol. & per ꝯñs illi de Nago & Turbulis, qui vi expulerunt, cum auxilio & brachio Venetorum prædictos de Archo, dn̄r ab eis vi possedisse. Quamuis igitur homines Archi, qui postremò ingresi sunt Linfanū aīo possidendi, acquisiuissent solùm naturalem possessionem, iuxta d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nihilo minus illi essent in hoc iudicio præferendi: quia eorum possessio naturalis esset iustior quā ciuilis partis aduersæ; quia (vt dixi) ciuilis predicta est violenta, & illam dn̄r vi habere ab hominib. Archi: possessio vero naturalis hominum Archi est iusta: quia eis licuit ēt ex interuallo turbare partem aduersam possidentē vi ab eis, s̄m gl. in d. l. j. §. fi. & ibi Bar. ff. vti posid. & in l. j. C. eo. Bar. in l. j. in prin. in 7. q. de ope. no. nun. & ꝯñter dictam naturalem possessionem apprehendere, per quam aduersarij dn̄r in ciuili sua turbari, s̄m gl. & doc. in d. §. qui ad nundinas. & in l. naturaliter. §. nihil cōe. eo. tit. Et ideo dicta naturalis reputatur ista saltem quò ad remedium iuris quantùm ad aduersariū possidentem vi, mō prædicto, ex quo turbatur iure permittēte. Et
17 dato quod † ēt vitiosa sit dicta possessio clandestina, tn̄ violenta possessio aduersarii est magis vitiosa. s̄m gl. in d. §. fi. & in d. l. j. & notatur ī l. si quis in tantam. C. vnde vi. quia igitur est minus vitiosa, debet vincere, qui gn̄aliter possidet, d. l. si duo. in princ. ¶ Nec prædictis obstat, quod probetur ēt possessio illorū de Nago per testes antiquos, & antiquitus examinatos: quia testes cōis Archi deponūt de tp̄e antiquiori. Item de possessione cōstat p sententiam, vt dixi, ideo ista reputatur iustior & efficacior, d. l. licet cām. Et tanto magis, quia ēt per sententiam, vt dixi, cōstat de dn̄io Archensium: p pea etiam in pari causa ipsi deberēt obtinere, s̄m docto. in d. l. si de eo. §. fi. & per Bar. in d. l. si duo. & doct. in d. c. licet causam, quinimo vbi ēt de possessione melius probassent illi de Nago, ex quo tm̄ per dictas sententias probat̄ dn̄ium cōis Archi, vr̄ quod pars aduersa excludatur & excludi debeat exceptione dn̄ij, sicut excluderetur, si ageret interdicto vti possidetis: quia (vt dixi) præsens iudicium dr̄ etiam retinendæ, s̄m Bal. in l. quisquis. C. quorum appel. non recipiantur. Et
18 † quamuis variæ sint & contrariæ opiniones, an agēti interdicto vti possidetis obstet exceptio dominij, quia glo. & Bart. & multi alij in d. l. si de eo. §. fi. tenuerunt quod non, & Dy. in c. qui ad agendum. de reg. iu. in 6. tenet quod sic, si offeratur probatio dn̄ij incontinēti, quē etiam sequitur Cyn. in l. 2. C. de edict. di. Adri. tol. & Rayner. Ang. & Pa. de Cas. in d. §. fi. tn̄ dn̄s Ant. in c. lr̄is. de restit. spol. & in c. cum dilectus. de causa posses. concordādo opin. distinguit, quod aut ille, qui agit, nihil petit sibi restitui, sed solùm

lũm condemnari aduersarium simplr, vt a molestatione desistat, & procedit prima opinio: qa tunc cessat regula illa, dolo facis petere &c. quia nihil petit dari: aut petit sibi dari aliquid, sicut quando quis turbat per retẽtionem naturalis iuxta ea, quę hñr in d.§.qui ad nundinas. & in d.§.nihil cõe. & tũc locum habet contraria opinio: quia tunc procedit illa regula, dolo facis &c. Et ideo hoc casu debet obstare qua ratione agẽti interdicto adipiscendæ, vt notatur per glo. Doct. in l.si de vi.de iudic. & in d.l.2.C.de edic.diui Adr.to.& cum hac concordia transit etiam Alex.in d.§.nihil cõe. Et iste non est casus noster; quia agit de naturali possessione auferenda ab illis de Archo, qui ad minus naturaliter posident. Et tanto magis exceptio dñi prodesse debet istis de Arco posidentibus, ex quo præcedens possessio illorũ de Nago erat violenta & iniusta quò ad cõe & homines Archi, quo casu, vt dixi, secunda violentia non absorbet primam ad effectum, de quo agitur, si primò expressus præsumitur, vel sit dñs, d.l.vis eius. C.de probati. ¶ Nec prædictis obstat, ꝙ prædictæ sententiæ fuerint per quendam delegatum Cæsaris ĩ causa appellationis reuocatæ, tam respectu proprietatis quã possessionis: quia talis sententia reuocatoria ex duob. præsertim reddit

19 nulla. Et primò: quia negatur † delegatio & mandatũ, de quo non constat, nec præsumitur, nisi per partem aduersam probet, c.cum in iure peritus.de off.del.& maximè.quia sententia fuit ĩ absentem, & cõtra non comparentem lata, vt in ipsa asserta sententia declaratur, secundum Inn. & oẽs in d.c.& Bal.in l.gesta. in fi.C.de re iudic. Nec quò ad hunc effectum aliquid operatur diuturnitas alicuius temporis: qa ex ea quantumcunq; maxima, mandatum non præsumitur, secundũ Bal.& Sal.in l.1.C.de reb. alie.non alien.& Bald.in l.2.C.si ex fal.instr.ibi, vsq; ad mille annos &c. Alex.in l.sciendũ.de verb.obliga. & in l.qui in aliena.in prĩ. de acq. hære. & in consi.1. in 4.vol. Nec est uerum, ꝙ aliter dicat Inno. & alij in d.c.cum in iure peritus. vt dicunt moderni in c.sicut.de re iud. immo omnes dicũt absolutè & sine distinctione, ꝙ non præsumitur, qñ sententia lata est cõtra absentem et contumacem: quia (vt dicit dñs Abb.) si negatur iurisdictio, negatur ẽt contumacia. Et dicũt prædicti moderni, ꝙ fertur dñm Io.Petru.in l.si per errorem.de iurisdict.om.iud.& ĩ auth. si quis in aliquo.C.de edend. tenuisse, ꝙ dicto casu non præsumatur delegatio ex aliqua temporis diuturnitate. Et ꝓ ista opinione facit: quia quãuis contra tres sentẽtias conformes non posit opponi de nullitate, & si ex hoc oriatur præsumptio iuris & de iure pro validitate sñiæ clem.1.de re iudic. tñ qñ allegatur nullitas, quæ surgit ex defectu iurisdictionis, dicta præsumptio cessat, & onus probandi trãsfertur in illum, qui ex sñia nititur, ẜm glo. in clem.1.de sequest.posses.& fructuum.& Ang.in l.4. §.fi.de dam.infec.& l.si expresim.in princ.ff.de appella. & Pau. de Ca.in l.4.§. condemnatum.de re iud.& Ang.& Alex.in l. de pupillo.§.qui opus de oper. no. nunci. Sicut ergo isto casu non inducitur pręsumptio delegationis ex pluralitate sententiarum, quamuis operetur quò ad nullitatẽ ex alia causa, sic etiam licet ex diuturnitate temporis rñr præsumatur omnia solẽniter acta, vt in locis præallegatis, non tñ induci debet præsumptio delegationis, nec inter eam & aliud mandatum potest ratio diuersitatis asignari. Et cõfirmatur: quia sicut qñ ɔxpresè nullitas reiicitur a lege, vel statuto, non intelligitur reiecta nullitas prædicta surgẽs ex defectu iurisdictionis, ẜm gl.in d.clemen.1.& Angel. & Alexan.in leg.non crit.§.dato. de iureiurando & in d.§. condemnatum. sic etiam non debet intelligi reiecta ex aliqua tẽporis diuturnitate, per quam nullitas tollitur tacitè & reiicitur d. leg. qui in aliena. & in l. si filius.C.de petitio.hær. ¶ Nec obs. vt

20 dicunt prædicti moder.in d.c.sicut, ꝙ vbi agitur † de actu, pro quo præsumatur, si reperitur factus, præsumuntur oĩa solenniter acta, per ea quæ hñr in d. l.sciendum. & in c.qñ ꝯ. de proba. qñ verum est, qñ constat, ꝙ persona, quæ gesit actum, est talis pro qua præsumatur, puta ꝙ sit iudex.l.1.de offi.ciuil. iud.& l. Hærennius.§.Caia.de euict. quia tunc præsumendum est, ꝙ solennitas necessaria ad sententiam, uel ad alium similem actum a iudice factũ, non fuerit omissa, vt dr in dictis locis. sed vbi negatur, & non probatur, ꝙ ille, a quo actus reperitur gestus, sit talis pro quo præsumatur, sicut contingit, qñ defectus iurisdictionis allegatur: tunc pro actu non præsumitur, antequam probetur, ꝙ ille sit iudex; quia vbi negatur iurisdictio, negatur ẽt, ꝙ pro illo actu oriatur iuris præsumptio: sicut in simili dicit Abb. in d.c. cum in iure peritus. & retuli supra proximè. facit, quod notat Bar.in l.1.§.& parui.quod vi aut clam, & gl.Ang.& moderni in d.l.nõ erit.§.dato.& Bar.in l.2.§.prætor.qui satisd.co. ¶Secũdò

21 dr, ꝙ sñia asserti delegati ex alio est nulla, quia † sicut ex processu eius apparet, ꝙ citata fuit pars ad audiendum sñiam pro certa die, & tñ non fuit lata ea die, nec sequenti, sed alio, ideo non valet tanq̃ lata parte non citata.l.aut qui aliter.§.1.& l.fi.quod vi aut clam.& ibi notat Bart.licet, vt dictũ est, ex diuturnitate tpis

22 † talis solennitas citationis vel similis soleat præsumi, nihilo minus, ꝙ fuerit omissa, põt probari, & probatur ista negatiua per ostẽsionem & productionem processus, in quo non inuenitur, vt colligitur ex no. ꝑ Bar.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appe.& ĩ specie, ꝙ diuturnitas tps nihil tunc operetur, voluit Pa. de Cas. in consi.48.In causa quę vertitur &c.allegat Inn.in c.proposuisti. de proba.& idem vult Alex.in d.consi.1.4.uol.& Are.in c.qñ ꝯ in fi.de proba.¶Postremò non obstant sententiæ latæ per magistratus Venetos: quia sunt nullæ ex defectu iurisdictionis; quia cum res, de qua contenditur sit de territorio Archensi, vt probatur per testes, & per dictas sñias, & per multa alia, ac ẽt personæ de Archo non sint de iurisdictione eorum, sñia nõ potest valere.l.fi.de iurisd.om.iud.c.vt animarum.§.fi.de cõstit. lib. 6. & l. 2.C. de iurisdic. om. iudi. Item sunt nullæ dictæ sententiæ; quia sunt latæ sine libello, litis contestatione, & alia solennitate.l.pro latam.C.de senten.& quę etiam adhiberi debent, quando agitur possessorio.c.2.vt lite non contest.& per Bar.in l.naturaliter.§. nihil commune.de acq.pos.in 3.q. Et ex alijs causis quoque detegitur nullitas dictarum sententiarum, prout prosequitur plenè primus dñs consultor, ad quem me remitto, & demum ɔcludo, ꝙ illi de Nago & Turbulis debent actores constitui, & eis interim accessum ad Linfanum inhiberi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio probatur per confessionem, & intelligitur de valida.*

2 *Diuisio probatur ex diuturnitate temporis, ex quo fratres separatim bona possederunt.*

3 *Actoris intentio ambigua per ipsum declaratur.*

4 *Ex diuturnitate temporis non præsumuntur solennia, quando de actu verè non constat, sed præsumptiuè.*

CONSILIVM XXVI.

POstquam fundata dr intentio Geminiani & fratrum de Calegarijs, maximè ex confessione partis ꝯriæ ad positiones, per quam constat de possessione antiquori actorum & partis eorũ, & de possessionẽ aduersarij, & de alijs ad rem pertinentibus, solum superest videre, vtrum obstent ea, quæ in ꝯrium allegantur, & quæ ex parte rei obijciuntur. ¶ Et prima facie plurimùm illud vr obstare, videlicet ꝙ domus, de qua agitur, obuenerit in partem Ioani, mediante diuisione inter fratres facta, de qua constare vr ex confessione agentium. ¶Nec obs. videtur, ꝙ diuisio valere nõ potuerit tam de iure cõi q̃ ex forma statuti: cũ fratres dicti Io. essent minores.l.si pupillorum. in prin.de rebus eo

1 rum. & † quia in ea non interuenit solennitas statuti: quia ex quo prædicti confitentur diuisionem fuisse factam, confesio intelligitur de diuisione solenni & valida, & in diuisione inualida nõ potest verificari: quia illa non põt dici diuisio.l.4.§.condemnatum.de re iud.l.non putauit.§.nõ quæuis.de bon.poss.contra tab.vñ per talem confessionem probatur, diuisionem fuisse solẽniter factã, & seruatis seruandis.l.Publia.§.fi.ff.depo .& l. gñaliter.C.de nõ nu.pec. & per Bar. in l.cum falsa.C.de iur. & fac. igno. Et hoc decidi vr ex no.per Bar.in l.1.in prin.ff.de edẽ.col. 2.versi.sed circa hoc aduertẽdum &c.vbi cõcludit, ꝙ nõ est necesse, ꝙ in libello exprimatur causa cum omnibus suis qualitatibus, sed sufficit dicere, peto centum: quia mihi relicta sunt in testamento, nec habeo necesse dicere testibus subsignato: quia cum dicitur testamẽtum, intelligitur rite factum, d.l.nõ putauit §.nõ quæuis, & quod notatur. C.de iur.& fac.ign.l.post diuisionem. allegat etiam Inn. in c.3.de libel.obla.dicẽtem, ꝙ si peterẽ cẽtum a monasterio, quæ sibi mutuaui, nõ habeo necesse in libello dicere, ꝙ sit cõuersum in vtilitatem monasterij: quia dicẽdo, mutuaui, intelligitur de mutuo valido. Idẽ ergo dicẽdũ est de dicta cõfessione, vt.s. intelligatur de diuisione valida. ¶ Secũ-

2 do de dicta diuisione vr † constare ex temporis diuturnitate. Nã per

per decem annos & ultra prædicti fratres tenuerunt & possederunt bona paterna diuisim & separatim per decem annos & vltra, & quilibet de bonis per eum possessis alienauit tanquã pro pria, vt ex eorum cõfessione apparet, vñ ex prædictis probatur, diuisionem præcessisse, ꝭm glo. no. & Doct. in l. pe. C. commu. diuid. & Bar. in l. qui in aliena. in princ. de acq. hær. & in disputa. incip. Mulier habẽs amplum patrimonium &c. cõcordãt. Quia ergo dicta domus per dictum tps fuit tẽta per Ioãnem, & habẽtem causam ab illo, præsumitur ad illum ex diuisione peruenisse atq; ex cursu dicti temporis præsumũtur omnia solẽniter acta, d. l. qui in aliena. & ibi per Doc. de acq. hær. & l. si filius. C. de petitio. hære. plenè per Doct. in l. sciẽdum. de verb. obl. & in c. cum inter. de re iud. Idcirco talis diuisio probata dicto modo, præsumitur ẽt solẽnis & solẽnitet facta, de qua etiam per testes vr̃ apparere. ¶ Sed nihilo minus puto esse verius, ꝙ prædicta diuisio non probatur. Quantùm enim ad Petrum Antonium hoc videtur clarum: quia confitetur solum diuisisse partẽ bonorũ, & sic ex tali cõfessione nõ infert̃, quòd domus ista fuerit diuisa, & sic quò ad eã talis ꝓbõ nõ concludit de necessitate, prout dẽt concludere. c. in pñtia. de prob. l. non hoc. C. vñ cognati. & idẽ quò ad alios alia rõne. Nam ponitur, ꝙ Geminianus & consortes sciunt, item credunt &c. Dum ergo hoc loco fit mẽtio de consortibus, intelliguntur de illis fratrib. Geminiani, qui sunt consortes eiusdẽ litis, non aũt sub illo verbo includitur Io. tum quia ei non fit positio, nec est lis cũ eo, nec ab illo petit̃, nec exigatur rñsio. Iõ præsertim illa verba, itẽ credunt &c. ad illũ referri non pñt, & ẽt quia Ioan. iam erat mortuus. Vñ quia in dictis positionib. iunctis sequentibus ponit̃, ꝙ diuiserunt inter se oĩa bona sua mobilia & immobilia, cõtinetur, ꝙ diuisio dictorũ bonorũ est solùm facta inter D. Geminianũ & cõsortes suos eiusdẽ litis. Quamuis ergo fateantur, ꝙ in positionib. continetur, fateri dñr, ꝙ inter eos litis consortes facta fuit diuisio dictorũ bonorũ, non aũt cõfitentur, ꝙ diuisio prædicta facta fuerit cũ Io. q̃ a de illo in positionib. quib. fuit rñsum, non fuit aliqua mẽtio facta: & sic per talẽ cõfessionẽ nõ probatur, ꝙ diuiserint cũ Io. obuenerit in diuisione. Qualiter aũt inter prædictos facta fuerit, & quæ bona vni obuenerint vel alteri, ex positionib. nec ex rñsionibus aliter declarat̃, & per cõsequens quõ fuerit diuisa domus ista, & cui obuenerit in totũ vel ꝓ parte, non põt constare, sed quò ad propositũ satis est, ꝙ per talẽ cõfessionẽ non probatur, ꝙ Io. obuenerit in partẽ. Et ista est clara rñsio, iudicio meo. ¶ Secũdo ẽt rñdet̃, ꝙ licet ẽt probaretur, ꝙ diuisio fuisset facta cũ Io. tñ intentio partis contrariæ per hoc nõ esset fundata: q̃ a licet per confessionem de diuisione simplici constaret, non per illam probatur, vt dictũ est, ꝙ Ioanni tota domus, aut ꝓ parte fuerit assignata: potuit. n. alteri sicut Io. in totũ assignari, vel oĩbus alijs pars dictę domus potuit obuenire, & Ioãni nihil, cui in alia re vel in pecunia potuit satisfieri. instit. de off. iud. §. si familiæ. cum seq. Et ꝑ pea probatio, quæ resultat ex tali confessione remanet ambigua, iõ non releuat. d. c. in pñtia. Et istud no.

3 decidit Bar. in l. si quis intentione. de iudic. in fi. vbi dicit † ꝙ si intentio actoris sit ambigua, ꝙ ipse põt eã interpretari, vt vult, & reus suam rñsionẽ, vt vult. Non erit ergo, ꝭm Bar. cõfessata intẽtio actoris, secundum suã interpretationẽ. Et dicit de hoc esse ibi casum, & esse no. & cũ eo transit ibi Bal. & Ale. in l. inter stipulantẽ. §. j. de ver. obl. ¶ Non obstat, dũ secundò dr̃, ꝙ diuisio probat̃ ex eo, quòd d. fratres diu possederũt & separatim bona cõia, per no. in l. pen. C. cõmu. diui. quia p̃sumptio diuisionis hẽt locũ inter illos, qui pñt liberè ad diuisionẽ peruenire, non aũt quò ad minores vel lites, quorũ diuisio valere nõ põt absq; solẽnitate introducta de iure cõi, vel ex forma stat. q̃ a ergo dic. solẽnitate cessante, nõ põt diuisio valere, iõ tunc non p̃sumitur facta. & vbi p̃sumeretur aĩus diuidendi, nõ valeret talis diuisio tacita, sicut nec expressa. l. cũ quid. si cert. pet. Et quamuis ex diuturnitate temporis præsumat̃ oĩa solẽniter acta, vt dictũ est, illud verum est quantùm ad actum expressum & verũ, sicut quan

4 do † filius exprẽssè fecit actũ, qui citra ius & nomẽ hr̃dis fieri nõ põt vt quia hr̃ditatẽ sibi delatam retinuit. Nã si retentio fuit diuturna, p̃sumit̃, ꝙ hoc fecerit iussu p̃ris. d. l. si filius. C. de peti. hered. & idem in similibus: sed vbi de actu non constat uerè, sed p̃sumptiuè, sicut in casu nr̃o, in quo verè nõ cõstat de diuisione, sed titulus diuisionis præsumit̃ ex diuturnitate temporis, & tũc non p̃sumunt̃ oĩa solẽniter acta. Et est rõ: quia concurrerẽt duę præsumptiones & improprietates, q̃ a p̃sumeret̃ dictus diuisionis titulus ex cursu d. temporis: & ex eo tempore p̃sumeret̃ solẽnitas extrinseca circa titulum p̃sumptũ, contra l. 1. cum ibi no. C. de dot. promis. & no. in l. cum post. §. gener. de iure dot. q̃ rõ cessat in casu præcedẽ. Et istud probatur ex no. per Bar. in l. iurisg. §. quinimmo. de pactis. vbi cõcludit, ꝙ l. si quis argentũ. C. de donat. quæ vult, ꝙ ex pacto nudo donationis oriatur actio, nõ habet locũ in donatione tacita & p̃sumpta, sed tñ ĩ expressa, & ea rõne: quia concurrerẽt duo specialia. s. ꝙ præsumatur donatio contra l. cũ de indebito. de probationi. & ꝙ pactũ nudũ producat actionem, contra d. l. iurisgentiũ. §. igitur nuda. & idẽ tenet Rayn. Bal. Ang. Pau. de Ca. & Alex. in §. sed cum nulla. in ea. lege. cũ concord. de quibus ibi per Alex. plenè. & confirmatur per l. seruum filij. §. fi. de leg. j. ubi ꝭm Bar. hr̃, ꝙ ex tacito legato & præsumpto nõ transfertur ipso iure dñium. licet trãsferatur ex exp̃sso. l. a Titio. de furt. Et facit ẽt quod no. Bar. & alij cõiter in l. si rẽ aliquam. de acq. pos. ubi dr̃, ꝙ ex ficto seu præsumpto ti. & ex ficta traditione non transfertur dñium, per d. l. j. C. de dot. promis. Sic igitur & in casu nostro non põt concurrere præsumptio tituli & solẽnitatis ex cursu dicti t pis. ¶ De diuisione ẽt per testes non constat: quia nihil probant, prout declaratur in allegationib. aliorũ, & quia istud est clarũ, aliter circa hoc non puto insistendum. Et ꝑpea concluditur, quòd non obstat diuisio, de qua obijcitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in iudicijs ordinarijs potest etiam post conclusum in causa partem ex officio interrogare.*

2 *Cautela ad materiam. c. fraternitatis. de test. vt in causa appellationis per iudicem testes recipiantur.*

3 *Iudex põt repetere testes ẽt ad instãtiã partis, licet nõ cogatur.*

4 *Princeps, cui fit relatio, non dat nouam dilationem, nec coram eo fiunt nouæ probationes.*

5 *Et idem quando princeps delegat causam reseruata sibi sentẽtia.*

6 *Iudex subrogatus loco mortui vel remoti debet dare aliam dilationem etiam probatoriam.*

7 *Iudex mutuatus per viam recessus non iudicat ex eisdẽ actis ordinatorys, sed bene probatorijs, & admittit nouas probationes etiam post conclusum in causa coram prædecessore. & nu. 10.*

8 *Substantialia iudicij non possunt omitti de consensu partium.*

9 *Princeps non præsumitur dispensare, nec vti plenitudine potestatis, sed iure communi & ordinario.*

10 *Positiones ante litem contestatam non sunt admittendæ de eo, quod post ipsam venit probandum.*

CONSILIVM XXX.

PRO uera cognitione eius, de quo quærit̃. s. vtrũ Reuerendiss. & Illustriss. D. Eps Tridẽtinus admittere debeat positiones de nouo ex parte actoris productas: Considerandi sunt aliqui casus. ¶ Primus est, an iudex post conclusum in causa possit partẽ interrogare. Et ꝭm veras & cões conclusiones dicẽdum est, ꝙ in iudicijs ordinarijs possit ex suo offõ interrogare partem ẽt ad nouã intentionem fundandam, ꝭm Ant. de But. in c. cum causam. de iur. cal. cum quo trãseũt Imo. ibi. & Ant. de de Butr. & Imo. in c. j. de iudic. per l. vbicunq; . cum ibi no. de interrog. actio. & idem tenere vr̃ Io. Andr. in c. j. de iur. cal. in 6. in nouel. & Bal. in l. si accusatorib. C. de accus. & in l. j. in fi. C. sent. rescin. non posse. & in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. & Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pactis, & est de mẽte Bar. in l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. de dam. infec. dũ dicit, ꝙ iudex põt supplere interrogãdo partem q̃ñcunq; sibi videbit, per d. l. vbicũq; & l. Offidius. de lega. 3. Et ibi hanc partem sequitur Alexa. qui rñdet ad quædam allegata in contrarium per Roma. Pro hoc ẽt facit: quia quamuis ad instãtiam partis non possit iudex repetere testes obscurè loquentes, ex offõ tñ potest eos repetere ꝭm gl. in §. illud aliàs in § q̃ a verò multi. in auth. de testi. & de quo per Bar. in l. repeti. de q̃õ. & Bald. in authen. qui semel. C. de prob. & per Can. in c. præterea. de testib. cogendis. Et confirmatur etiam hoc ex notatis in l. ubi pactum. C. de transf. vbi probatur, ꝭm lecturam Azo. ꝙ licet reus non possit excipere, vel aliquid allegare, poterit tñ iudex ex officio actorem sine actione agentem repellere. Facit etiam, quod not. Inno. & alij in c. cum olim.

olim.de testib.& Bar. in l.post legatum.in princ. de his quib. vt indig. dum dicũt, ꝙ licet pars,quæ impugnauit instrumentũ, non possit ex eo se fundare,iudex tamen ad commodum partis impugnantis poterit ex officio ex illo se fundare.Ex quibus om nibus constat, quòd licet pars sit exclusa, non tamen sequitur, quin iudex ad commodum illius partis possit supplere & officium suum exercere. ¶ Et ideo uidetur,quod si post conclusum in causa,pars det in scriptis iudici,super q̃b. velit alteram partẽ interrogari,ꝙ iudex ex offõ super illis dictã partem poterit interrogare,per ea quæ no.voluit Bal.in l. ampliorẽ.C.de appell. dicens, ꝙ licet post didicita testificata non possint per partẽ testes de nouo produci in cã appellationis, cle. testib.de testi.cau
1 tela † tñ est,quòd pars det iudici in scriptis nomina testiũ,quos ipse vellet recipi & examinari,cũ plenè non probasset in cã pri. & postea se absentet. Nã iudex in quo cessat timor subornationis.c. cũ clamor.de testi. poterit tunc recipere illos testes pro illo,q̃ in cã appell. se absentauit,per d.l.ampliorẽ.& cũ Bal.transit ẽt Alex.in d.§.hoc aũt iudiciũ. Et ꝑ istud dicit ẽt plus Pau.de Cas. in consil. 369.incip. In casu,de quo quæritur &c. ꝙ etiam
2 † ad instantiam partis põt iudex repetere testes. Nec ſm eũ obstat gl. in d.§.illud in auth.de testib. & no. ꝑ Inn. in d.c. cũ clamor. quia verum est, ꝙ iudex parte instante cogi nõ põt. Et ita loquuntur ꝓdicti,sed tñ si vult hoc facere põt, quasi ꝙ dicatur potius hoc ex officio facere,quam ad partis instantiam, ex quo voluntariè hoc facit,& non coactè. Nam ſm eũ,ex hoc ꝙ pars petierit, nõ dẽt sua larga ptãs impediri,arg. de arbi. ne in ptãte. & de iurisd. om.iud.l.si idẽ cũ eodẽ.ibi,ne in ptãte.Ex quo sequi vr̃,ꝙ possit iudex ẽt post cõclusum in cã,parte ẽt instãte,interrogare alterã partẽ,q̃uis ad hoc cogi nõ possit. ¶ In summarijs verò põt ac ẽt dẽt ad partis instantiã, ẽt post cõclusionẽ in causa interrogare,ſm gl.in cle. sepe.de ver. signa. & Moder. in d.§. hoc aũt iudiciũ.& iste non est casus nr̃: quia pars non interrogatur a iudice, nec ex eius officio, sed interrogatio fit a parte ꝓducente positiones post cõclusum in cã,quib. petit r̃nderi, & q̃ positiones in hoc differunt ab interrogatione, ſm gl. in c. 1. de confes. in 6. ¶ Secundus casus est, q̃n fit relatio principi, & per
4 iudicẽ princeps consulitur, & isto † casu princeps nõ dat nouam dilationẽ, nec corã eo fieri pñt nouę ꝓbationes. l. cum a nobis. & ibi per doct.C.de dilationi.& ea rõne: q̃a iudex non dẽt mittere processum ad principẽ,nisi sit completus, & cõclusum in cã.l.nec cãs.cũ gl.C.de appell.& in l.j.C.de relat.& iõ impeditur noua probatio, ſm Bal. in d.l.nec cãs. non quidẽ quia noua probatio fieri non possit corã principe,sed quia d.casu cõclusum est in cã.Et põt ẽt rõ esse,ꝙ princeps tunc non aditur tãquam iudex,sed tanquã consultor. Et iõ ille nõ iudicat, sed primus iudex de eius consilio. Et propterea a tali sñia ẽt lata ex consilio principis appellat,a qua nõ appellaretur,si lata fuisset a prin.l.1.in prin. q̃n appell. sit.& l.1.in prin.a quib.appella.non licet,& l. j.§.q̃sitũ.de appel. & ibi plenè per Bar. Et sir iste nõ est casus noster:quia ab arbitris est recessum, & ad ordinarium de cõi consensu partes redierunt,vt ipse iudicet,non vt arbitros cõsulat,imò per hoc cõpromissum est solutum.l.si. quis rem.ff. de arb. ¶ Tertius casus est,q̃n princeps remittit,vel delegat cãm reseruata sibi sñia,& quia † tunc processus dẽt remitti ad princi
5 pẽ instructus, non datur a principe noua dilatio,nec coram eo fieri põt noua probatio.d.l.nec cãs. C. de appel.& ibi per Bal.& Saly. Et similiter iste non est casus nr̃,vt de se patet. ¶ Quartus casus est,q̃n fit mutatio iudicis per uiam subrogationis,puta q̃a alius succedit loco iudicis mortui vel remoti ad idẽ tribunal. Et quia dr̃ idem iudex l. proponebatur.de iud.& l. vbi cæptũ.& ibi not.co. ti.adhuc durat eadẽ instantia,& sic acta ordinatoria & probatoria non pereunt,sed iudicat successor ex eisdẽ actis.leg. sed si restituatur.§.ædiũ.de iud.& ibi no. Ang.& probat ex no. per Bar.in l.cũ apud. iud,solui.& ẽst text. & ibi no.in c.fi.de ꝓbatio.vbi ẽt hr̃,maximè in gl.2.ꝙ successor poterit recipere cõfessiones,& instr̃a,ac ẽt testes super capitulis, super quibus nõ fuerunt recepti & publicati. Et vbi etiam omnes termini probatorii fuissent elapsi,iuxta ea quæ hñr in l.fi.de feriis. † adhuc isto casu iudex dare dẽt nouã dilationem,nedum expectatoriã, sed etiam probatoriã,vt est de mente gl.in l.dictum. de iudici. dum allegat.l.oratione.de feriis,& ibi eam ad hoc no.Bar.quod tñ est intelligendum,secundum Ang.ibi,si via probandi non sit oĩno præclusa,aliàs secus puta, dicit ipse si ꝓcessus sit publica-

tus: quia plus non põt successor,quam potuit prædecessor. all. Dy. in regula,si quis in ius.de reg.iur.in 6. Et idem si coram primo iudice fuisset in cã conclusum,ſ Alex.in d.l.edictum, in addit.ꝑ no.ꝑ Dy.in d. r̃ła.Nec ẽt iste est casus nr̃: quia iudex ordinarius,ad quem partes redire voluerunt, non hẽt idẽ tribunal sed diuersum. Et iõ non reputa͂t per omnia & simpliciter idẽ iudex. ¶ Quintus est ẽt casus,q̃n fit mutatio iudicis per viã appellationis,& q̃ casus nihil hẽt cõe cũ nr̃o:& tunc an coram eo fieri possit & admitti dẽat noua probatio, dicẽdũ est,vt per Bar. & doct.in l.ampliorem.C.de appell.& in c.fraternitatis.& in c. cũ venissent.de testib.& in c.cũ Ioãnes.de fi.instru. ¶ Sextus &
7 vlt. est casus, † q̃n fit mutatio iudicis per viam recessus: vt quia receditur a primo iudice, & recurritur ad alium iudicẽ diuersi trib. Et isto casu omnia acta ordinatoria iudicii pereunt, & pro batoria remanent salua, & ꝑ cõsequẽs ex eadẽ instantia iudex nouus non iudicat, sed corã eo dẽt lis inchoari,vt probatur in l. 3.in prin.iudicatum solui, & ex not.per Bart. in d.l.cum apud. eo.ti.maximè in dist. Et istud ẽt voluit Abb. in c. cãm quæ.el.j. de testib.in prin.est verum, ꝙ vnico cõtextu,eo. tꝑe de cõsensu partium & iudicis pñt oĩa acta renouari,iuxta l.mutari. cum ibi no. per Bar.de procuratoribus.no.idem Bar.in l.si ante, penul. col.iudica. solui, & Ang.in auth. si tñ.C.de temp. appel. Anto. de But.& Imol. in c.venerabilis. de iudi. & ẽt corã eo acta probatoria primi iudicii facient fidem, dummodo producantur,ſm Inno.in c. significauit.de testib.& Bar.in l.fi.C.co.ti.Bal. Angel. & Pau.de Cast.in l.properandum.§.fi.C.de iud. & poterunt etiam fieri nouæ probationes, & produci noui testes super diuersis capitulis,ẽt si sit conclusum in cã: sicut ẽt fieri põt in causã appellationis,d.c.fraternitatis.& d.c.cũ venissent. de testib. & d.c. cũ Ioann.de fide instr. Et hoc quia coràm hoc nouo iudice inchoari debet noua instantia,& renouari debent omnia acta ordinatoria: quia hmõi acta facta coram priori iudice perempta sunt quò ad effectus,qui respiciunt instantiam, siue sint perfecti, siue sint perficiendi: ex quo recessum est a prima instantia per recessum a primo iudice.l. cum lite mortua,& ibi per Bart. iudic. solui, per Bart.& Doct. in l.2.C. de eden.Et propterea conclusio in causa facta in priori instantia, in hac noua nihil operatur & hr̃ pro non facta, sicut in causa appellationis ẽt non nocet. Et ideo sicut hoc vltimo casu conceditur noua dilatio probatoria, & fieri põt noua probatio ẽt per testes, dummodo non recipiantur super eisdem capitulis, vel directò ꝯrijs, clem.2 de testib. & in locis proximè alleg. Eo. modo in hoc casu ea. rõne debet fieri posse & admitti noua probatio. ¶ Et ad istum vltimum casum adaptari põt casus nr̃, in quo partes recesserunt ab arbitris, & ad ordinarium redierunt,& ad illum litẽ remiserũt. Quia ergo causa remissa est ad iudicem diuersi tribunalis, acta, quæ respiciunt ordinationẽ litis factæ coram arbitris, perierũt, & corã ordinario lis dẽt inchoari de nouo, vel instantia renouari eo modo,quo dictum est, ſm Inno. & oẽs in terminis in cap. pñtata. de testib. quia non põt super illis fundari sñia ferẽda a iudice: quia non sunt acta iudicialia.l.j.C.de arb. & ẽt ꝑꝑ mutationẽ tribunalis, per no.per Bar.in l.cũ apud.iud. solui. & hoc iudicio meo satis clarè probatur in l.si quis rẽ.ff. de arbi.in fi.ibi, lite apud iudicem suo ordine peragẽda: & probatur ẽt in l.cum antea,in fi. C.eod. tit.dum ibi dr̃, ꝙ solùm acta probatoria conseruãtur facta corã arbitro:secus ergo quò ad ea quæ respiciũt litis ordinationẽ & hoc verum, nisi princeps,puta Papa, mãdasset,ꝙ ex eisdem actis iudicaretur.d.c. pñtata. quod isto casu loquitur ſm doc. ibi. Quinimmo et de consensu partiũ nõ posset iudex procedere lite de nouo non contestata, & omisis
8 alijs actis † substantialib. de quib. per gl. in c. de causis. de officio del. & in l. prolatam.C.de sent. ſm Abb. in d.c.pñtata. quia sicut non pñt partes illis renunciare, vt not.in d. locis, ita ista, quæ expirant per accessum ad aliud tribunal,non poterunt hr̃i pro renouatis partium consensu. Et isto casu, ſm eum, non põt hr̃e locũ,qđ dicit ibi Inn. & alij, dum uoluut,ꝙ cõsensu partiũ pñt acta ordinatoria coram iudice valere absq; alia renouatione: quia (vt dixi) hoc non põt ꝓcedere in actis substantialib. iudicii. Et cum eo transeunt ẽt Moder.ibi & Ale. in l.2.C. de edẽ. in pen. col. ¶ Nec obstat, quòd in casu nostro ordinarius, ad quem causa transmittitur, sit princeps in loco, qui potuerit cõcedere, ꝙ ex eisdẽ actis iudicetur, & qui cõcessisse hoc vr̃, acceptando transmissionem ad eum factã: quia dictã transmissionẽ

causæ

causæ in dubio videtur potius acceptasse, & in ea cōsensisset tā quam iudex ordinarius, ex quo aditur tanquam princeps, per
& ꝙ ꝯfessio diceretur facta coram eo tanquam coram arbitratore. Sed ꝑdictis non obstantibus contrariũ arbitror verius. Et præmitto, ꝙ frumentũ, de quo agiẽ, recepit Antonius in naui, q̃ totã nauem lokauerat D. Stephano & socijs seu agentib. ꝓ eo. Alexander igitur & Pirrhus, qui clare deponunt de rapina Ioãnis Ambrosij, sunt testes integri, & ideo plene ꝓbant. ¶ Nec obstant, quæ in contrariũ contra eos obijciunẽ. Et primo, ꝙ tractant de se exonerando, quia hoc verũ nõ est. Qm̃ ad restitutionẽ frumenti repositi in naui conducta nõ tenent ipsi, nisi quatenus apparet & constat ad eos peruenisse. Sed ad restitutionẽ tenetur nauta. & nisi probet, ꝙ illud restituerit prædictis, quib. solum erat data commissio uendendi & distrahendi dictum frumẽtũ, teneẽ nauta, nõ aũt Alexander & Pirrhus, ut est casus in l. 3. §. sed si tota, naut. caupo. stabul. ubi dr̃ ad literã, ꝙ ex conducto agi põt ꝑ eũ, qui conduxit totam nauem pro rebus, quæ desunt. Et subdit tex. inferius, ꝙ nauta, qui recepit, de omni culpa teneẽ, nisi si quid dãno fatali contigerit. Et subdit tex. inde Labeo scribit, si quid nanfragio, aut per uim piratarũ perierit, nõ esse iniquũ, exceptionẽ ei dari, &c. Depositio ergo dictorũ testium de rapina piratæ nõ tẽdit ad exonerationẽ eorũ, sed nautæ, qui excusatur a restitutione ꝑꝑ dictã rapinã, quæ reputatur casus fortuitus. Et quo casu vel alio simili non probato, teneretur nauta ad restitutionem frumenti pro ea parte, quæ reperiẽ deesse. d. §. sed tota. & l. nauta. eo. ti. ubi diciẽ, ꝙ licet nauta non recipiat mercedem pro custodia, sed ꝓ naui & opera, tñ de custodia teneẽ. Nõ tenerẽt ergo dicti testes, quia custodiã frumẽti, dũ esset in naui, in se nõ susceperũt, nec ad illã ꝓ ipso nauta se obligauerunt, & a qua nauta nõ liberatur, nisi protestetur expresse, & unusquisq. vectorũ res suas seruet, & ꝙ damnũ nõ est præstaturum, & præstationi ꝯsentiant vectores. l. fi. §. item si ꝑdixerit, nautę, caupones, stabula. Sed solum ad custodiã dicti testes erat obligati, postq̃ frumentũ fuisset de naui extractum, & illis ꝑ nautam restitutũ. Et ꝑꝑea cum non appereat de restitutione & consignatione frumenti eis facta ꝑ nautam, non dñr se exonerare, sed nautam potius exonerant, dũ deponunt, ꝙ frumentum adhuc existens in naui fuit per vim ablatum. Et si dicaẽ, ꝙ alia rõne non probant, s. quia deponũt fuisse iniuste tormentatos per Ioãnem Ambrosium, quasi ꝙ ex hoc declaretur eos esse inimicos Ioannis Ambrosij propter iniuriã grauissimã & atrocem ab eo illatam. l. prætor ait. §. pe. de iniur. & insti. eo. tit. §. atrocem. & no. Bar. in l. 3. §. fi. de adm. leg. Et propterea ꝙ debent repelli a testimonio. l. 3. in prin. de testi. & in aut. eo. tit. §. si uero odiosus. Ad istud duobus modis r̃ndetur. Et primo, ꝙ Ioannes Ambrosius negat se de dictis testib. q̃onem habuisse, & sic id, ex quo inimicitia oriri posset impugnat, iõ in eo, ꝙ impugnat se non potest fundare. l. Papinian. §. meminisse. de inoffi. testa. & in regula, ex eo. de reg. iuris in 6. & in proposito not. in c. ꝑñtium. de testib & sicut dicimus, ꝙ quis non potest se fundare ex instrumento, quod nixus est impugnare. c. cũ olim. & ibi ꝑ Doc. de censi. & per Bar. in l. post legatum, in princ. de his quib. vt indig. ergo nec in dicto testis impugnato dẽt se posse fundare. l. in exercẽdis. C. de fide instr. Secundo r̃ndeẽ, ꝙ si Io. Ambrosius tempore iuramenti delati testib. non sit protestatus, ꝙ intẽdit repellere istos testes tanquam non idoneos, vel contra eos nihil tunc opposuit, maxime ꝙ essent inimici, non potest postmodum eos repellere quamuis ex dicto eorum appareat de inimicitia, ut decidit Sali. in l. si quis testib⁹. in 7. q. C. de testib. vbi concludit, ꝙ si ille contra quem producunẽ testes, dictã protestationẽ omittat, & testis deinde interrogatus dicat, se eẽ odiosum parti, uel aliud simile, per quod de iure repelliẽ a testimonio, ꝙ non poterit repelli etiam officio iudicis per illam legẽ, & c. ꝑñtiũ, quia imputandũ est parti, quæ non excepit de inhabilite, qñ potuit & debuit, ut ibi latius per eum. Et tanto magis ꝓbatur rapina Ioannis Ambrosij, & ꝙ frumentũ habuit, ex quo hoc confessus est, & non negauit. l. j. C. de confes. & c. fi. eo. ti. & l. gñaliter. C. de non nun. pec. & hoc dubiũ nõ hẽt, q̃ cõfessio facta fuit parte p̃ñte, & ubi ẽt facta sit absente parte in casu nr̃o, idẽ vr̃, quia de iure canonico talis confessio facta parte absente inducit plenam probationem, secundũ An. de Bu. Car. & Imo. in c. si cautio de fide instr. ꝑ no. per gl. j. q. 7. c. quoties. & Mode. ẽt ibi sequuntur istam opi. quã dñt esse cõem, & eã tenet Dñic. in §. de his, ad fin. 3. q. 9. & hoc propter ęquitatem iuris canonici, quæ etiam multo magis debet attendi per arbitros, qui de æquitate procedũt & cognoscunt, iuxta no. in c. Quintauallis. de iureiur. & in l. si societatẽ §. arbitrorum. ꝓ soc. & quia ẽt sumus in his, quæ sunt gesta in mari, quæ sunt difficilis probationis, & in quibus probationes leuiores sufficiũt. l. quoties. C. de naufrag. & ibi no. Bar. lib. 11. & l. ꝯsensu. C. de repud. & ꝑ Bart. in l. de ver. obl. cum concord. de quib. ibi plenè ꝑ Mod. iõ ẽt de iure ciuili talis cõfessio dẽt sufficere ad plenã probationẽ, ꝯcurrẽtibus præsertim alijs multis adminiculis, uidelicet testimonio de auditu, quod inducit aliq̃ præsumptionẽ, ẜm Arch. in c. hoc iure. 23. q. 5. & Rom. in l. si vero. §. de viro. so. matr. & ẽt cõfessio adiuuatur testimonio Alexandri & Pirrhi, qui etiam si non essent de iure idonei & integri, tamen inducunt etiam aliquã præsumptionem, immo dici potest, ꝙ hoc casu oĩno probent stãte tali confessione facta parte ẽt absente, quia sicut ꝓpter numerũ testium fides inhabilium augetur & inhabilitas remoueẽ, ut no. gl. & expressius Ia. de Bu. in l. 3. post prin. de testi. & sicut magna legalitas unius testis supplet pro alio minus idoneo, secundũ Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. sic & in casu nr̃o dicta confessio partis, quæ concordat cum depositione testiũ contra eã productorum, dẽt eorũ fidẽ augere, adeo ꝙ simul cũ cõfessione probent plene, & reuera tot concurrunt & tanta, q̃ iudicẽ, & facilius arbitros inducere dẽnt ad plenã credulitatẽ, iuxta no. per Bar. in l. admonendi. de iurei. Nec dici põt, ꝙ talis ablatio uideatur vel ꝑ̃sumatur facta ex aliqua iusta cã, ẽt si illã Io. Ambrosius alleget, quia immo iuris præsumptio est ꝯ̃ eum, & ꝙ frumentum abstulerit aĩo furandi uel rapiendi, ẜm Bar. in terminis in l. inter oẽs. §. recte. de fur. & gl. in §. placuit. insti. eo. vbi concludit, ꝙ si quis ad sui excusationem dicat rem abstulisse, quia credebat dñm permissurum, ꝙ non excusatur, quia præsumptio iuris est contra eum, cum nemo præsumatur suum iactare. l. qui vas. §. vetare. de fur. iõ de furto teneẽ. Et similiter nõ excusatur Io. Ambrosius ex eo, ꝙ Alexander & alii, ad quos distributio frumenti pertinebat, sunt confessi, ꝙ pars frumẽti ablati erat Florentinorum, inter quos & Ianuenses erat tunc bellum, propter quod licuit illud capere. Qm̃ talis confessio Ioan. Ambrosiũ non excusat, quia illam extorsit per metum & ꝑ vim tormentorum, nullis indiciis præcedentibus, qđ fieri nõ potuit iõ non probat ẽt in præiudicium confitentis. l. pe. & ibi per glo. & Bar. de q̃onibus, & Sal. in l. 2. de custo. reo. & Ang. Imo. Pau. de Ca. & Ale. in l. qui in alie. §. Celsus. de acq. hære. cũ alijs concor. de quibus ibi per Ale. & per eum in cons. 5. 1. vol. & in cõs. 1. 3. vol. multo igitur minus probat & excusat in præiudiciũ tertij, ut in casu nostro. Et tanto etiam minus excusatur, quia fuit tortura illata, non quidem a iudice, sed a priuato, qui etiam pręcedentibus indiciis torquere non potuit, immo deliquit & iniuriarum tenetur. l. apud Labeonẽ. §. prætor ait. iuncto. §. q̃onem & §. seq. de iureiu. quinimmo talis confessio nullius esset momenti etiam si tormenta non præcessissent, & sic confessio Alexandri nihil operatur, licet non fuerit tortus, ex quo facta fuit in carcere priuato, qui est prohibitus. l. j. & per totum, C. de priua. carce. & per Bar. l. capite 5. ĩ prin. de adult. Quia ergo confessio facta est a capto & incarcerato iniuste & indebite, per metũ facta intelligitur, & nullius est momenti, l. qui in carcerem. & ibi Bar. post antiquos. ff. quod met. cau. ¶ Nec ob. ꝙ fuerit ratificata confessio & de nouo facta, postquam prædicti erãt ad pristinam libertatem restituti. Quia immo illi recusabant, & confiteri tunc nolebãt, & ꝑꝑ hoc rursus fuit captus & de nouo incarceratus Petrus Paulus, quẽ Io. Ambrosius dimittere noluit, anteq̃ d. confessionem habuerit, & iõ quia non potuit absq; d. cõfessione liberari, ꝑ metũ facta dr̃, perinde ac si oẽs fuissent incarcerati, ꝑ no. ꝑ Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi p̃tori. de ope. no. nũ. dũ dicit, ꝙ iustus metus probatur, si iudex solebat incarcerare coniunctos ipsius appellantis, per l. si hr̃s meus. §. fi. de ꝯdi. & dem. & per cle. j. de exces. pla. & l. isti quidẽ. §. fi. quod met. cau. Idem ergo qñ socius vel amicus fuit incarceratus iniuste, & eo prætextu, q̃a ille cũ aliis nolebat cõfiteri, qm̃ dr̃ ea cã metus durare, propterea nõ dr̃ cõfessio spõtanea, ẜm Ang. & ꝑ̃dictos, in d. §. Celsus. & Bar. in d. l. pe. & alios allegatos per Ale. in dictis locis, & faciũt no. in l. 2. C. quod met. cau. Nec ob. dũ dr̃. ꝙ isti, q̃ sunt cõfessi, nõ probant incarceratione uel tormẽta, q̃ per hoc se exonerãt, quia ipsi mediante tali cõfessione fuissent causa damni, & sic tenerẽtur, q̃a ex quo de cõfessione illorũ nõ constat aliter q̃ ex eorũ dicto & testimonio, nõ potest. Io. Ambrosius

brosius in confessione, de qua ipsi deponunt, se fundare, nisi et acceptet contra se id, qd dnt prædicti de tenuta, & de incarceratione quis et ista sint diuersa & separata: quia ex quo in vno, i. in hoc ꝙ de tormentis & de carceribus deponunt, impugnant in eo, qd facit pro Io. Ambrosio, non probant dicti testes, nec in eo pot se fundare. d. l. Papinianus. §. meminisse. de inof. test. & plene no. ꝑ gl. & Doct. in d. c. pñtium. de testi. & ibi Abb. circa fi. dicit hoc procedere, qñ capitula sunt diuersa & separata, per no. per Inn. in c. cum olim, de censib. qui idē dicit in instro. s. ꝙ ille qui impugnauit vnum capitulum instrumenti, non potest se fundare in alio capitulo separato eiusdem instrumēti. Et quāuis D. Ant. Imo. & Are. in d. c. pñtiū. velle videant esse hoc verum, qñ quis impugnat testes ante examinationem & publicationem: secus si eos impugnat post examinationē, quia tunc ₰m eos cessat, ratione ibi assignata, per glo. nihilo minus in casu nro non hēt locū dicta distinctio, sed procedit solū, qñ quis impugnat personā testis & non dictum. Vbi vero impugnat dicta testiū et post depositionē & publicationē, tunc non pōt in eo, qd testis pro eo deponit, se fundare: ꝙ manifesta rōne probatur. Nam improābdo & impugnando aliquod dictū testis, dicit in hoc testē falsū deposuisse, & periurasse: & per ɔ̄ns stante dicta impugnatione & reprobatione in totū reprobat, & in aliquo non probat: quia testis, qui in vno de falso conuincitur, in totū reprobatur: quia eius periuriū detegitur, ₰m Doc. cōiter in c. fraternitatis de testib. & Bal. & Mod. in l. si ex falsis. C. de transf. & iō Bar. in d. l. post legatum. in princ. de his quibus vt indign. dicit, ꝙ ille qui impugnat instr̄m, non pōt ex eo. instrumento se fundare: quia est sibi contrarius quæ ratio militat in casu nro. ¶Si ergo Io. Ambrosius vult se fundare in confessione, de qua prædicti testes deponūt, est et necesse, ꝙ dictum eorum recipiat ꝯ se, inquantum dnt, ꝙ fuit extorta per vim & metum tormētorum. Sed quāuis et dicta confessio fuisset spontanea, adhuc tñ ex duobus nō excusaretur Io. Ambrosius. Et primò quia de aliquo bello iusto inter Florentinos & Ianuenses non constat, nec est fides facta, prout fieri debuit, quia facta non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. de capti. Nec excusatur quod cęperit frumentum tanquam esset Florentinorum & nō tanquam Senensium, quia propter hoc non minus tenetur illis, ad quos dictum frumentum pertinebat, quamuis et nō fuisset rapturus, si sciuisset frumētū fuisse Senēsiū & nō Florētinorū. Quia exquo de aliquo iusto bello ꝯ Florentinos nō ɔ̄stat, vt dixi, Ioan. Ambrosius ab initio habuit animum delinquendi cōtra Florentinos. cum iure permittente bona illorum nō potuerit rapere. Quamuis igitur nō habuerit animum delinquendi contra Senensem: quia tñ contra illum deliquit ₰m veritatem, magis attenditur veritas q̄ animus vel opinio: & sic Senēsi competit actio furti, vel vi bonorum raptorum, ac si habuisset ab initio propositum delinquendi ꝯ eum, vt probatur in l. aut qui aliter. §. si quis dum putat. ff. quod vi aut clam. vbi dicitur, ꝙ si quis aliquid fecit cælandi tui, non mei causa, dum putat locum esse tuum: cum esset meus, mihi interdictum competit, & sic datur actio ei, cui nocuit ₰m veritatem, quamuis nō habuerit animum nocendi illi sed alteri. Et idem in furto ₰m glo. ibi per l. cū quærebatur. C. vnde vi. & sic glo. in terminis decidit casum nostrum, dum vult, ꝙ si furatus sim rem, quam putabā esse Titij, cū esset Mæuij, ꝙ furtum committitur, & datur actio furti Męuio, attenta veritate & nō opinione. Et probatur hoc etiam ex no. per Barto. in l. diuus. ad leg. Cor. de sicar. ubi concludit ad propositū, ꝙ si quis habuit ab initio animnm delinquendi, sed non delinquit circa personā, in quam delinquere cogitabat sed circa aliam, & tunc aut vtraque personam offendit, ut cum vellet percutere vnum, percussit duos, & de vtroq; tenetur. l. sciētiam. §. qui cum aliter. ad leg. Aqui. & q̄uis Bar. nō dicat, idē ea. rōne qñ tangit rem, quę est alterius, vel illi nocet, prout in casu nro: quo casu loquitur. d. §. si quis dū putat. cū gl. de quo Bart. mentionē nō facit. si verò, dicit ipse, nō offendat aliū tangendo eum, subaudi nec rē illius, sed per quandā ɔ̄ñtiam, vt puta faciēdo iniuriam filio uel uxori, quo casu per ɔ̄ñtiam facit iniuriam patri uel marito: & tunc inspicitur aīus potius quā euentus, ₰m quod dicitur in l. eum q. nocentē. §. pe. & fi. de iniur. & isto casu propriè loquitur tex. in l. item apud Labeonem. §. interdū. de iniur. qui allegatur in contrarium. Præterea delictum ibi non remanet impunitū: quia, ut ibi gl. declarat, agi potest iniuriarum pro iniuria illata: sed vbi impunitū remaneret delictū, si attenderetur aīus & non veritas: tunc veritas præualet ₰m glo. & iō dēt et veritas attendi isto casu: quia si actio furti, vel vi bonorū raptorum non daretur illi, ad quem frumentum raptum pertinebat, non concederet̄ et alicui Florentino, cuius non interest, & sic delictum istud remaneret impunitū, & iō quia furtū dr̄ cōmissum attenta veritate, & actione furti, vel vi bonorū tenet̄ Io. Ambrosius, sequitur, ꝙ fuit & est in dolo: quia furtū præsupponit dolū, nec esse pōt sine dolo. l. 1. de fur. & declarat Bar. in l. 1. §. non aūt. si q̄s testa. liber esse iussus fuer. & idem de rapina, quia illa est furtū, & quidē improbū. l. 2. § dāni. vers. cæterum. vi bono. rapto. l. 1. eo. tit. & insti. eo. in prin. & l. si vendidero. §. cum raptor. de fur. & ideo illa cā alleg. per Ioannem Ambrosium. s. quia dicti negotiorum gestores fuerunt confessi partem frumenti ablati esse Florentinorum, non est talis, quæ excuset à dolo: quia cum non constet de aliquo bello ꝯ Florentinos, apparet ex hoc, ꝙ ab initio Io. Ambrosius habuit animū delinquendi, & consequenter ꝙ fuit in dolo. Nam vt quis ex cā iniusta excusetur à dolo, non sufficit post factum allegare aliq̄ cām iniustam & dicere, ꝙ fuerit motus ex illa cā, sed oportet, ꝙ illa fuerit cā, & hoc constet, ꝑ ꝑ quam tunc motus fuerit. l. qui cōmeatus. in princ. de re mili. & declarat Ang. & expressius Raph. in l. ex consensu. §. fi. de appel. q̄uis autem Io. Ambrosius non probasset bellum iustum præcessisse, sed ꝙ audiuit dicere bellum præcedere, quamuis id verū non esset, sic & cā esset iniusta: quia nimium fuisset credulus, forte tunc a dolo excusari potuisset. Sed quia nec bellum probat, nec aliud ꝑ ꝑ quod appareat illum putare vel credere, ꝙ bellum præcederet, licet nunc dictam cām alleget, a dolo non excusatur. Et ita declarat Alex. in cons. 103. col. antep. vel seq. 1. vol. ¶Secundò princ. d. confessio Alexādri & aliorum non excusat Ioan. Ambrosium, et si fuisset spontanea, & ęt si bellum iustum probaretur fuisse inter Ianuenses & Florentinos: quia ita demum bona hostiū licitè capi possunt, si in territorio eius, cui indictum est bellum vel indicentis capiantur: si verò inueniantur in alieno territorio, vt in casu nro, capi non possunt: quia territorium alienum præstat securitatem, prout nota. vult Angel. etiam in fortiorib. terminis in disp. inc. Exorta guerra &c. vers. circa prædicta &c. vbi quærit, quid si prædam capientes ab hostib. in eorum territorio illam traduxerunt in aliud territorium, vt illam forte ibi diuiderent, & ibi insultati ab hostibus dictā prędam amiserunt, an efficiatur recuperantium. & dicit ꝙ non: quia non licuit eis alienum territoriam intrare. l. præsenti. & l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. vnde non est capta iure belli, ideo restituenda est eis, qui nouiter violentiam sunt passi, ₰m eum, per l. inuasor. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. vnde ex hac doct. Ang. Soc. in l. 1. in princ. de acquir. pos. in 2. notab. cōcludit post multa, ꝙ bona hostium in alieno territorio capere non licet: quia illud præstat securitatem, sicut in ecclesia, vt in iuribus all. per Ang. & rñdet ad oīa quæ prima facie pñt in ɔ̄rium allegari, quē aliter nō refero, & dicit et se ita cōsuluisse. Nec dici pōt, ꝙ Io. Ambrosius excusetur a dolo, tamquā errauerit in iure: quia talis error nō præsumitur, ₰m Bar. in l. sed si lege, §. scire. de pet. hær. & in l. non fatetur. in princ. de confes. vbi et declarat, qualiter talis error probari debeat & possit, qui in casu nro eo modo, nec alio probatus est: quinimo nec et allegatus, prout esset allegandus, vt et præsumeretur, aliàs nihil prodesset. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. Quia igitur, vt ex præmissis colligitur, constat, ꝙ Io. Ambrosius frumentum accepit seu rapuit, & ꝙ illicitè & dolosè hoc fecit. Item ꝙ d. frumentum ad D. Stephanum & ad socios à quibus habuit iura cessa pertinebat, sequitur ꝙ a D. Stephano, vel ab eius hærede potuit conueniri, & ꝙ tenetur actione vi bonorum raptorum, et si dñium non sit probatum: quia non est necesse, ꝙ res rapta sit in bonis, hoc est in dñio, sed est satis, ꝙ sit ex bonis, & quod intersit. l. 3. §. in hac. vi bonō. rapto. Item tenetur actione furti, vt est casus, qui propriè loquitur de eo, qui aliquam partem frumenti de naui onerata abstulit, in l. vulgaris. §. sed si de naui. de furt. quæ actio datur etiā non dño, dummodo intersit. l. cuius interfuit. cum seq. & seq. de fur. ¶Et ex hoc et sequtur, cū sit fur & raptor Ioan. Ambrosius, ꝙ est in mora, & plusquam frustrator & morosus. l. pe. de vi, & vi arma. & l. in re furtiua. de cond. fur. & per ɔ̄ns, ꝙ etiam tenetur quanti plurimi fuerit, vt est ca-

sus in d.l.in re furtiua.& plenè no.in l. vinum.si cert. pet. & ꝙ ēt tenetur ad interesse lucri cessantis, ex quo D. Stephanus & eius hrs solitus est mercari.l.3.§.fi.de eo quod cert.loco.& ibi no.& ꝑ Bar.& Doc.in l.1.C.de sentē. q̄ pro eo qđ interest. cū ꝯcord.& ꝓut ēt latius deducit in alio ꝯsi. Et per pdicta data est rñsio quasi ad oīa,de quibus quæritur per primum.d. consulto rē vltra per eum allegata, qui diligenter ad omnia animaduertit & accuratè insistit:& idcirco in eius sñiam concurro,& ꝓut ex præmissis colligitur,concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta testis non dicitur idoneus super contractu, nisi deponat vtraque parte volente &c. vel pro matrimonio.nu.4.et 7.*
2 *Testis infamis ex quo condemnatus est ad mortem, etiam ex inquisitione non est idoneus.num.8.*
3 *Testis verisimile non deponens non est idoneus.*
4 *Testis etiam aliàs inhabilis pro matrimonio admittitur.*
5 *Proxeneta est idoneus testis ad probandam dotem.*
6 *Testis singularis in dicto coadiuuat personam alterius testis.*
7 *Exceptiones extendūtur ad alios casus ex identitate rationis.*
8 *Testis deponens simpliciter quòd fuit condemnatus, in dubio debet intelligi propter absentiam & contumaciam.*
Condemnatus in absentia non efficitur infamis.
9 *Gabella tunc solui debet, quando potest agi.*

CONSILIVM XXV.

Reuocatur in dubium, vtrum testes recepti pro parte actoris probent quantitatem dotis mille librarum,& dicitur quòd non :quia primus testis,qui
1 †fuit mediator,non solum quo ad matrimonium sed quo ad dotem constituendam nō est idoneus testis,nisi deponat vtraque parte volente, secundum gl.in cap. Rom.in ver.testē.de testi.in 6.quē refert Host.& Im.ita tenere: & idē tenet Bar.in l.in oīb.C.de testi.& in l.deferre.§.idē decreuerunt.de iure fis.& Ant.de But.& Im.in c.cū a nobis,de testi. ꝙ ēt hēt locum,si nullū cōmodū sentiat, ſm Io. And. Ant. de Bu.& Imn.i ca. dilect. de testi. cog. ēt si sponte velit testificari, ſm prædictos,q̃uis gl. in §.q̄m verò.in auth.de testi. aīr videatur velle.& Bal.in d.l.in oīb.q̄n vult sponte testificari: quia cum repellatur rōne affectionis,ſm glo. magnā in d. §. illa ēt locum hēt d.casib.& hanc partem tenet ēt gl.in auth.de instr.cau.& fi. §.in his.& Imol.in l.si cui leget.§.si Titio.de leg. 1. & in c.ex literis.de transac.post alios ibi,& Ale.in consil. 19. in his quæ in themate &c.4.uol.qui ēt dicit istam opi.esse magis cōem,& me
2 lioribus rōnib. munitā. ¶ Secundo dictus † testis non uidetur idoneus : q̄a fuit de furto dānatus ad mortē in pecunia,ut ipse confitetur, & perꝯñs est infamis.l. 1. de his qui notan.infa.iō repellitur a testimonio.c.testimoniū.de testib. & l.3. in prin.ff. eo.ꝙ ēt procedit,si ex inquisitione sit damnatus, ſm Bart.in l. infamē. de pu. iu. cum quo transit Ang. & idem tenere uř Spe. post Alb.Papi.in tit.de sent.§.1.uersic. q̃d de istis.& idem ēt tenerunt Old. & An. de Pi. ut refert Bar. in loco pall.& Nell. in
3 trac.bā.in 1.par. in 59.q.secūdi t̃pis.Itē dictus† testis & ēt eius uxor non deponit verisīle, vt colľr ex positionibus confessatis per actorem,in quibus continetur, ꝙ dos fuit denunciata officiali gabellæ pro libris quingentis.Si. n. fuisset maioris q̃titatis uerisīlr fuisset denunciatū.l.merito.pro soc. q̄a igit super non verisīli deponunt dicti testes, non sunt idonei.c.q̄a uerisīle. de p̃sump.& ibi no. Doc. maximè Car. ¶ Quibus non obst.ꝯrium puto uerius.Nā quilibet reputatur testis idoneus, qui non reperitur reprobatus.l. 1. de testib. Sola igitur uis est in rñdendo ad ea quæ obiiciunt contra d.testes.Non obst.igitur, dū dř, ꝙ primus testis nō est idoneus : q̄a fuit mediator ēt ad cōstitutio
4 nē dotis,q̄a † saltem hoc casu dēt admitti, & idoneus reputari. Et primò ad probandum mr̄imoniū,qđ probatur per testes,q̄ aliàs repelluntur rōne affectionis. Nam etiam ad probandum cōtractū mr̄imonij admittitur filius pro patre, & pr̄ uel mr̄ ꝓ filio,q̄uis aliàs & in aliis cōtractibus testimoniū talis personæ nō recipiat rōne affectionis, ut hæc oīa probātur in ca.vř,qui matrimo.acc.pos.& ibi ꝑ Doc.cōiter,& in ca.super eo.de testi. & istud ſm Do.procedit fauore matrimonij: multo magis igitur dēt ꝓxeneta admitti ꝓ matrimonio, q̄ minorē affectionē hēt ad contractum, maximè q̄n nullum consequitur commodum, q̄ habeat pater, & mater, qui magis ratione coniunctionis,& amicitiæ afficiuntur erga filium.l.isti quidem.quod met. cau.Præterea,vt dicunt doct.pr̄,& alius coniunctus fauore matrimonij admittitur ad probandum parētelam,q̄a magis in hoc nouit veritatē, q̄ rō ēt militat in proxeneta, q̄ melius est informatus de veritate. Nec quo ad eū affectio,quā dř hēre ad ꝯtū, debet considerari fauore matrimonij, sicut non attenditur affectio, quæ oritur ex consanguinitate, quæ (vt dixi) est maior. Et silr dř, ꝙ proxeneta est idoneus testis ad probādum dotem,
5 & hoc fauore dotis. Nam quamuis in instr̄o † puta diuisionis quis confiteatur recepisse certā quātitatē mutuo a tertio, puta Titio pro cōi vtilitate, ex hoc nō probatur mutuum in fauorē Titij absentis,ſm Bar.in l.admonēdi,de iureiur.circa med.versi. item quæro, quid si instr̄m &c. per l.fi. de interroga.actio.& l. certū.§.si quis absente.de cōfes. Nihilo minus si in dicto instr̄o contineretur & narraretur, ꝙ certam quantitatem ex cā dotis recepisset alio absente fauore dotis ꝓ illo instr̄m faceret plenā fidem,vt not.voluit Bart.in cons.incip. Factum sic se habet &c. & ea rōne in proposito : quia verba enunciatiua probant fauore dotis,quæ aliàs non probarent.l.2. C.de dotis promis.& per hanc rationem præcipuè cum Bart. etiā transit Pau. de Cast. in cons.84.Iuri.de Belais &c.& Alex.in d.l.admonendi. qua ergo rōne fauore dotis dicta probatio tanquā plena admittitur,quæ aliàs nō reciperetur ratione absentiæ, eadem ratione debet admitti testimonium proxenetæ; quia alia ratione solet repelli,& quia cum sit idoneus testis pro matrimonio, vt dixi, debet etiā idoneus reputari super dote,quę venit accessorie ad matrimonium,de quo.ipse deposuit,& quæ pendet ab illo, arg.clem.dispendiosam.de iudi.& tanto magis, quia cum isto teste concurrit alius testis idoneus,hoc est, vxor sua, quæ circa dotem se nō interposuit, & quæ coadiuuat dictum mariti, per no.per Bald. & Mod.in l.si quis ex argentariis.§.j. ff.de eden.ac etiam de dicta quantitate dotis deponat vltimus testis, & licet sit singula-
6 ris rōne loci & t̃pis,tñ ad † integrandam personam mediatoris debet operari, quamuis ꝓp singularitatem non coadiuuet dictum, per not.in d. §.j.sicut numerus supplet defectū personę. d.l.3.§.j.de testi.cum ibi no.per glo.& clarius per Iac.Butr.Nec prædictis obst.tex.in c.j.de testib.in 6.vbi specialiter in crimine simoniæ mediator est testis idoneus, si ex hoc non habet commodum, quasi quòd exprimendo solùm istum casum, videatur
7 repelli omnibus aliis casibus; quia ēt † casus excepti extēdūtur ad alios casus ex identitate rationis, ſm glo. notab. in l.j. C. de cond.indeb.quam ēt ad hoc allegat Abb.in c.q̄m frequenter.vt lite non contest.& in c.cum oēs.de consti. & per hoc allegat.c. cum dilect.de confir.vtil.vel inutil. & idem dicit in c.pastoralis. in princ.de rescript.& Alex in cons.130. in 4.vol. sicut ergo in odium criminis simoniæ admittitur mediator. d. c.j. ita debet admitti fauore matrimonij & dotis : quia plus non debet operari odium criminis quam fauor matrimonij & dotis, cui plurimùm fauetur in mō probandi, vt probatur ex præmissis, immo facilius sic debet fieri : quia in casu illo ampliatur odium, contra l.cū quidam.de lib.& posthu. & dictis casibus ampliatur fauor,quòd est concessum.d.l.cum quidam.Non obst.dum
8 dř,ꝙ rōne † infamiæ repellitur; quia simplr̄ deponit,ꝙ fuit semel condemnatus pro furto; & non dicit qūo.s.per inquisitionem vel accusationē, & an in pñtia, vel in absentia, debet ergo, si aliter non apparet,qūo res se habeat,fieri interpretatio ꝯ illū, qui se fundat in hoc dicto istius testis. c.in pñtia. de proba. & sic ꝙ fuerit absens & contumax cōdēnatus, præcedente inquisitione,quo casu non efficitur quis infamis,ſm glo.in l.3.§.præterea.de suspec.tut.quæ vult,ꝙ dānatus per inquisitionem non sit infamis. & ibi idem tenet Dy. qui ēt ita consuluit & glos. & Cy.in l.fi.C.de suspec.tut.& quāuis Bar.in d.l.infamem.& quidam alij dicant aliter, tñ loquuntur, q̄n inquisitus cōparuit, & defensionem suscepit: sed q̄n absens & in contumaciā fuit condēnatus,tūc nō infamat, prout voluit & probat Bart.in l.ictus fustium.de his qui notan.infa. & in l.non solum.§.fi.de procu. & Bal.in l.j. C.de hær.insti.& in l.ēt. C.de fur.& idem ēt voluit Bar.in cons.inci.Quærit & in dubiū reuocat,an Frāchinus &c. & ea præsertim rōne, quia grauat vltra legē, cū ex sola ꝯtumacia habeat ꝓ cōfesso, dř cū infamia dispēsatū.l.q̃d ergo.§ pęna grauior.de his q̄ notan.infa.nec solū dicto casu dř dispēsatū circa ꝓcessum,sed ēt circa ꝓbationē, & ꝑ ꝯñs circa ꝯdēnationē, secundum

ſm Bar. & licet Iac. But. in quadã diſpu. voluerit, ꝙ ẽt tũc cõ-
dẽnatus efficiatur infamis,cũ quo videtur Bal.tranſire in l.cum
mulier,ſol.mat.tñ ꝑcedẽs opinio Bar. eſt verior.& eſt commu-
nior:quã ẽt indiſtinctè tenet gl.in locis ꝑalleg.& in l.j.C.de mõ
mulcta.& Bal.in d.l.j.C.de hær.inſti.& in d.l.ẽt.C.de fur.& in l.
j.C.de calum. ubi dicit,hanc opi.eſſe cõem.nec ꝑdictę rõni re-
perit datũ congruũ rñſum,quæ multo magis procedit, qñ non
ſolùm grauatur circa ꝓbationem,ſed ẽt expreſsè circa condem
nationem,vt quia per ſtatutum ẽt dicto caſu augetur pęna iuris
cõis,ſicut fit in caſu nr̃o: nam tunc vr̃ eſſe clarum, ꝙ dicatur
cum infamia diſpenſatum,per d.§.pœna grauior. Et hãc opi. vr̃
ẽt tenere Specu.in d.§.j.verſi. quid de iſtis &c.in 4. caſu. vbi cõ
cludit, ꝙ ſi iudex cauſa cognita auxit pœnam iuris cõis,vt in ca-
ſu noſtro,ꝙ tunc ceſſat infamia:per d.§.pœna grauior.Nec iſto
caſu cõcurrẽtibus omnibus prædictis, reperio ꝙ aliquis teneat
9 contrarium.¶Nõ obſtat,quod dr̃ de gabella,quia † non debuit
denunciari,neque ſolui,niſi pro libris quingentis debitis purè,
& non pro alijs debitis poſt mortem; quia ſolui debet gabella
eo tp̃e, quo agi poteſt cum effectu ex legato vel contractu, ſm
Alex. in l. lege Falcidia non deletũ. ff. ad leg. Falc. & ita expreſ-
sè deciditur ex no. per Bart.in l.cum Titio. eod.tit. vbi dicit, ꝙ
ſi de legato ſit ſoluenda gabella, & fiat legatum annum, quòd
pro primò anno tm̃ debet ſtatim ſolui gabella, & pro annis fu-
turis ſoluetur in futurum, ꝓut dies ceſſerit. Et cum eo tranſit
Raph. Imo. & Alex. per l. lex Falcidia ſi interueniat. eod. tit.
Præterea negatur in ipſis poſitionibus, ꝙ dicta denunciatio fa-
cta fuerit per magiſtrum Fantinum, aut eo præſente,vel de eius
mandato. Quamuis igitur facta fuerit per eius ſocerum,& hoc
probetur ex confeſsione partis, tamen hoc nõ nocuit, nec no-
cere potuit dicto magiſtro Fantino, aut eius ſucceſſori,ſicut di-
cimus, quòd liber æſtimi non probat dominium, neq; poſſeſ-
ſionem in fauorem illius, ad cuius onera bona ſunt deſcripta,
& ad præiudicium tertij, qui non conſenſit huic deſcriptioni.
l. ſi pater. & ibi not. Bal. C.de actio. emp. & probatur in l.cen
ſuales.C.de dona. & hoc,quia non debet ad ſui commodum,&
ad tertij præiudicium fides adhiberi ei, ad cuius inſtantiam fuit
res poſita in æſtimo tertij, vt declarat Are. poſt Bal. & Ang. in
l.decem. de ver. obl. eadem ergo ratione nec ſtandum eſt denũ
ciationi ſoceri in præiudicium magr̃i Fantini abſentis & non cõ
ſentientis: vnde ex his remanet reſponſum ad ea quæ obijciun-
tur contra perſonas & dicta teſtium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumẽtũ per duos teſtes oĩ exceptione maiores reprobatur,niſi adiuuetur a teſtibus; contra quos alij non extent reprobatorij.*
2 *Tempus facile excidit de memoria teſtis: & ita præſumitur,niſi teſtis habeat relationem ad caſum memorabilem.*
3 *Teſtes ſi a iudice moniti fuerint, quo præſente iurarent omnia alia præſumuntur ſolenniter acta.*
4 *Examen nõ annullatur ex eo,quòd teſtes nõ fuerũt examinati ſuper interrogatorijs,etiam ſi interuenerit culpa examinationis.*
5 *Clerici teſtes poßunt ſponte iurare in manibus laici.*
6 *Teſtes ſingulares ſufficiunt, quando agitur de probando aliquem fuiße in loco generali, puta ciuitate.*
7 *Teſtis deponens de viſu probat ſemiplenè.*
8 *Teſtis deponens de ſcriptura alicuius & rationẽ reddens; quia vidit eum ſæpe ſcribere: quia habeo practicam & notitiam de literis illius, probat ſemiplenè.*
9 *Falſi ſuſpicio habetur ꝓ falſo,niſi ab accuſato veritas probetur.*
10 *Falſitatis ſuſpicio oritur ex perſona notarij, qui aliquando commiſit falſum. Item ex alijs coniecturis, vt nu. ſeq.*
11 *Falſitatis expreßio iuncta cum magni patrimonij renunciatione dolum arguit.*
12 *Criminoſus de iure canonico repellitur a teſtimonio.*
13 *Infamia facti in cauſis etiam ciuilibus magnis repellit teſtem.*
14 *Spurius non poteſt obtinere dignitates, nec eſſe notarius.*
15 *Teſtes non dicuntur coadiuuare inſtrumentum, niſi præciſè deponant de tempore inſtrumenti, & directò contradicant teſtibus reprobatorijs.*
16 *Teſtes de tempore deponentes, qui poßunt eſſe conteſtes & ẽt ſingulares,in dubio ꝓſumũtur ſingulares, ſecus eſt in alijs actibus.*
17 *Speciale eſt in crimine falſi, vt ſi illud etiam incidenter deducatur, ſit ſuper eo pronunciandum.*

CONSILIVM XXXV.

IN hac cauſa magnificorum de Seſſo ſequar ordi-
nem,quem in voce ſeruaui,proſequendo triplicẽ
ſpeciem probationis ad detegendam falſitatem in
ſtrumenti.Præmittendum eſt igitur,ꝙ inſtr̃m,in
1 quo ẽt † deſcripti ſunt teſtes vltra duos,reprobatᷣ
ꝑ duos teſtes oĩ except. maiores, ſi aliter nõ iuuetur a teſtibus,
& vbi a teſtibus iuuaretur, tot alij reprobatorij ſunt neceſſarij,
quot ſunt cõprobantes inſtr̃m,vt no.Inno.Io.And.An.de But.
Car.Imo.& d.Abb.in c.cũ Ioãnes.de fi.inſtr.& Ant.in cap.cum
a nobis.de teſtib.& in c.tertio loco.& ibi etiam d.Abb.de prob.
& Cy.& Sal.in l.in exercẽdis de fi.inſtr.& Imol.io l.1.§. ſi quis
neget.quẽadmo teſtam.aper. & per Barto. in l.hr̃des palam. in
prin.de teſta.q̃uis in d.§.ſi quis neget. alr̃ dixerit. & idem tenet
Pet.de Anch.in conſ.76.inci.Viſa limitata cõceſsione &c.In ca
ſu nr̃o nedum duo,ſed xiiij.teſtes & vltra cõtradicunt per indi-
rectum ipſi inſtr̃o,iuxta.l.optimam.C.de ꝯhen·& commit.ſtip.
& in §.item uerb.inſtit. de inutili ſtipul. Igitur ex præmiſsis cõ-
funditur inſtr̃m.¶Primus.n.teſtis eſt Iac. de Coito examinatus
Nuualariæ per Poteſtatem ibi, & quamuis opponatur, ꝙ non
fuit interrogatus per examinatorem partis aduerſæ, tñ hoc cõ-
tigit eius defectu, quæ ſuum examinatorem in termino a iu-
dicibus præfixo non pñtauit, iõ in eius contumaciam iudex ibi
proceſsit ad examen,in quo proceſsit exactiſsimè non omitten-
do interrogatoria per aduerſam partẽ tranſmiſſa. Et quamuis
iterum fuerit ordinatum per examinatorem partis contrariæ
debere repeti, tamen vt ex literis dicti officialis conſtat, ꝙ talr̃
ſe voluit in examine habere, ꝙ non debuit admitti. Recuſabat.
n.exprimere diem & locum, ac tenorem inſtrumenti, ad quod
capitula ſe referebant, & ſine qua expreſsione potuiſſet ipſe te-
ſtis ſub inuolucro verborum decipi. Et licet ipſe examinator ꝑ
literas ſe excuſet, tñ ex eis facile percipi poteſt affectio eius ad
partem aduerſam,& tãto magis cũ ex lectura examinis d. teſtis
apertiſsimè detegatur legalitas illius Poteſtatis, & æqualis affe-
ctio ad vtrãque partem, q adeo proceſsit accuratè, vt verè oĩs
repetitio foret ſuperflua. Is ergo teſtis apertè deponit, ꝙ añ
mortem D.Franciſci de Porto per octo dies ſingulis diebus vi-
dit D.Palmerium Vicentiæ in eius domo,cum quo ſingulis prę
dictis diebus eſt pranſus, & ſic deponit de die 24. Octob. cum
per plures alios teſtes probetur,prædictum D. Franciſcum de-
ceſsiſſe die 26.eiuſdem menſis.Item deponit de graui infirmita
te D. Palmerij, adeo ꝙ cũ maxima difficultate potuiſſet equita
re,de qua infirmate omnes deponunt, & in ea cõcordant & cõ-
ueniunt,iõ de ea amplius non repetam. ¶Presbyter Leonardus
2.teſtis deponit, ꝙ per duos aut tres dies añ 25. diem uidit D.
Palmerium Vicentiæ,& quamuis de 24. die præciſè non depo-
nat,tamen de vicinitate temporis deponit,adeo ꝙ attenta infir
mitate & ſenectute D.Palmerij,veriſilr̃e nõ eſt,ꝙ tam breui tp̃e
ierit & redierit.¶Presbyter Petrus de Verona præciſè deponit,
ꝙ tota hebdomada,in qua deceſsit D.Franciſc. d. Palmer.inter
fuiſſet miſſæ celebratæ per ipſum teſtem:qua finita eum aſſocia
bat ad domũ,a quo ſingula die pro eleæmoſina percipiebat vnũ
marcellũ. Et quamuis dicatur,ꝙ iſte teſtis loquatur de auditu:
tñ hoc eſt ſomnium;quia de auditu tm̃ loquitur reſpectu mor-
tis.d.Franciſci:ſed certitudinaliter loquitur,ꝙ hebdomada,qua
ille mortuus eſt, ſingulis diebus uidit D. Palme. Opponitur ẽt
huic teſti, dum dicit, quòd marcellum percipiebat ab Hugone
Scartotio,etiam ille examinatus,reſpondit ſe de hoc nihil ſcire:
ſed hæc etiam eſt friuola exceptio: quia ex eo quòd teſtis dicat,
ſe neſcire, uel non recordari de eo, quod alter deponit, ex hoc
non reprobatur dictum primi:ſicut non vacillat fides inſtrumẽ
ti, quamuis teſtes in eo deſcripti dicant non recordari de con-
tentis in eo:ut no. Doc. in d.§. ſi quis neget.& in locis ſupra in
prin.alleg. ¶Petrus Auguſtinus quartus teſtis clarè ẽt affirmat,
ꝙ 24.die erat Vicentiæ D. Palme.cum quo tunc moram trahe-
bat,& traxit vſque ad principium Nouembris illius anni, dicitᷣ
aũt ꝯ hunc teſtem, ꝙ eſt famulus, cuius contrarium ipſe affir-
mat. Sed an oppoſita exceptio ſit probata, dicetur inferius: ubi
ẽt dicetur de quibuſdã alijs exceptionib. gñaliter oppoſitis ad
teſtes.Nunc. n. proſequar exceptiones particulares. ¶Quintus
teſtis eſt magiſter Gaſpar Barbitonſor, qui optimè deponit, &
per optimas rõnes concludit, ꝙ 24. die Octo.uidit eum in do-

mo sua, quem ēt omnibus diebus illius anni, postquã ipse testis rediJt a nundinis, ꝙ fuit die 4. Octob. tanquam ille, qui ꝓbebat medelam infirmitati D. Palmer. & die Iouis præcente mortem D. Frãcisci monuit magistrũ Ioannem de Barbarano Physicũ nomine filiæ D. Palme. ne idem nunciaret infirmitatem Domini Francisci. Dictum autem istius testis confirmatur ex depositione Francisci Asolæ nobilis Vicentini, qui examinatus dicit, quòd die Sabbati præcedente mortem D. Franci. quæ fuit dies 20. mensis, & Sabbato sequen. quæ fuit dies 27. eiusdem mensis Octobris perq̃siuit a dic. magistro Gaspare, an Dominus Palmerius timeret propter infirmitatem & mortem D. Frãcisci, cui dicit rñdisse ꝙ sic ¶ Hoc idem comprobat magister Io. de Barbarano Physicus excellens & nobilis Vicentinus, qui affirmat fuisse monitum a d cto magistro Gaspare, vt supra nomine filiæ D. Palmæ & ꝙ die 23. 24. 25. & 26. Oct. D. magister Gaspar consuluit ipsum testem de infirmitate ipsius D. Palme. ex quibus præsumptionib. indubitanter confirmatur fides ipsius Mag. Gasparis, adeo ꝙ ex oĩbus prædictis inducitur plus q̃ semiplena probatio, ut ꝓbatur in c. cum dilectus. de suc. ab intest. & quod ꝑ illum tex. no. Bal in auth. rogati. C. de testi. & in l. si ex cautione, C. de non nu. pec. & in l. 2. §. fi. si cer. per. ¶ Petrus Taschinus. 6. testis. Non. n. sequor in referendo dicta istorum testium ordinem processus sed testes de eodem actu deponentes simul refero, quamuis alio ordine in processu reperiantur descripti. deponit ipse, qualiter per duos dies añ mortem D. Francisci, & sic die 24. do. Palme. existens Vicentiæ misit ipsum testem Lonigũ pro pecunijs exigendis, & cũ ibi stetisset ꝑ diem, alia die in palatio audiuit de morte D. Francis. & istius testis fides est approbata per partẽ aduersam: quia illũ noĩauit in suis schedulis: iõ personæ eius nihil põt opponi. l. si qs testib. C. de testib. ¶ Hugo Scartotius 7. testis, cuius ēt fides est approbata: qa fuit per partem aduersam examinatus, dicit, ꝙ die 23. Octo. vidit D. Palmę. Francisco Marangono numerare sol. 45. pro eius mercede, & hoc meminit: quia de dicta solutione fecit ipse testis notam super libro D. Palme. de cuius nota apparet super libro viridi, cuius etiam dictum comprobatur: quia d. Fran. Marangonus examinatus affirmat d. quantitatem fuisse solutam eo tempore, quo D. Franc. de Porto erat infirmus. Ex testimonio aũt ipsius, quia partita reperitur scripta super d. libro, per quam ꝑparet die 23. fuisse solutã d. quantitatem, absq; dubio suppletur fides istius testis vsq; ad semiplenã probationem, & fit oĩ except. maior, quãuis aliàs non esset talis. Et subdit iste testis, ꝙ D. Palme. die 24. 25. & 26. eiusdem mensis fuit Vicentiæ, & uidit eum: qa cum eo stabat, & cũ eo in cadẽ camera dormiebat. ¶ Presbyter Batholomeus. 8. testis dicit, ꝙ die 23. Octob. uenit Vicentiam, & inuenit D. Palme. in eius domo, cum quo pransus est die seq. & sic die 24. & licet dicatur, ꝙ iste testis non sit omni except. maior: quia solitus erat multum conuersari, & comedere in domo D. Palme. & q̃ erat exactor eius: tñ ex his non reperitur reprobatũ testimonium, ideo sequendum. l. j. de testi. Præterea non ꝯstat, ꝙ tꝑe testificatus iste testis pateretur istos defectus, vt fuit necesse probare: quia, vt infra dicetur, qualitas testis attenditur ẜm tps depositionis. ¶ Frater Mattheus de Mutina ordinis prædicatorum de obseruantia 9. testis deponit, ꝙ a die 4. Octob. quo die fuerũt scripturæ literæ per eum, de quibus in processu per singulos 20. dies uisitauit. D. Palme. in domo sua, & sic includit diem 24. & etiam postea illum uidit per plures dies continuos quandoq; in domo, & quandoq; extra domum, & ꝙ non potuisset die 24. esse in Castro Abbatiæ. ¶ Ioan. Franciscus de. Loigo 10. testis deponit, ꝙ die martis præcedente mortem D. Francisci, & sic die 23. ex Lonigo uenit Vicentiam pro aptandis rasorijs, & D. Palmer. inuenit in domo sua, & ibi moratus est retentus a matre sua tunc masaria D. Palmer. & tũc filiorũ eius, quousq; D Francis. fuit sepultus: & singulis diebus in domo vidit D. Palmer. Et quãuis huic testi opponatur, ꝙ iste testis sit filius massariæ, tñ non reperitur ex hoc prohibitus. Item dr, ꝙ non deponit verisimilia, ex quo dicit, quòd mater retinuit, vt interesset funeri. d. Fran. qui adhuc non erat mortuus. sed hoc tollitur de facili: quia suberat tunc timor certus mortis d. Franc. ¶ Carolus de Seratico. 11. testis deponit, qualiter die. 24. soluit certam quantitatem pecuniarũ D. Palme. in eius domo in ciuitate Vicentiæ. ¶ Catarina. 12. testis apertissimè deponit, quòd die. 24. & ante & post D. Palme. erat Vicentiæ: quia ei inseruiebat & necessaria ministrabat. Et quãuis ēt sit massaria, tñ numerus testium & dignitas aliorum abolet oẽm defectũ & maculam, quæ aliàs esset in ista. Et idem de alijs testibus, qui dñr pati aliquem defectũ: quia numerus tollit eum, per no. in l. 3. i pri. de testib. cũ concordantibus. ¶ Bernardus aliàs Verardus famulus D. Ioan. de porto testis. 13. deponit, ꝙ die Mercurij ꝑcedenre mortẽ. D. Francisci hora tertia rũ D. Palme. iuit visitatũ. d. Franciscum, cui eleuauit antiportum cameræ huic opponitur, ꝙ est famulus alterius, & sic vilis, sed hæc exceptio nõ admittitur in iure: qa rõ, quare nõ admittat ꝑ dño cessat, qñ deponit ꝑ alio. Itẽ opponitur, ꝙ ꝯriatur alteri, i. Simoni de Bonaldis in quantũ dicit, ꝙ famuli D. Palme. remanserunt extra cameram: & tñ Simon dicit, ꝙ famuli remanserunt a parte inferiori domus, sed tñ talis ꝯrietas de facili tollitur: quia si remanserunt de subtus, uerum est ēt, ꝙ remãserũt extra camerã. Præterea d. Simon dicit, ꝙ multi artifices associarũt D. Palme. de sup, & sic Bernardus vlterius nõ animaduertẽs potuit de facili credere, ꝙ essent famuli. Itẽ opponitur huic, ꝙ nõ recordatur de ꝑsonis tunc in camera existentibus: ergo verisimile est, ꝙ minus recordet de tꝑe, qđ faciliter cadit a memoria † testis, vt ꝑ Inn. in c. qualiter & qñ. de accu. quia hoc tollitur facile, de tẽpore. n. recordatur ꝑꝑ memorabilem casum mortis patroni sui, quo casu quando testis habet relationem ad casum memorabilẽ, tꝑs non præsumitur a memoria eius cecidisse, vt not. ꝑ Inn. vbi supra de personis aũt non recordatur: quia de eis nihil ad eum. ¶ Simõ de Bonaldis. 14. testis dicit, ꝙ die. 24. vidit D. Palme. in domo D. Franc. de Porto, quẽ iuerat visitatũ: & hoc dũ testis ipse fuisset ꝓ filio, & licet pars aduersa circa hũc testẽ velit multa dicere, tñ in substantia nihil dicit. ¶ Ioãnes Taschinus, cuius fides fuit ꝑ aduersam partem approbata: qa eũ nominauit in literis suis. 15. testis dicit die. 24. associasse D. Palme. ad visitaudũ. D. Franciscum: nihil aliud. huic opponitur, nisi ꝙ est famulus, sed ex prædictis & infra dicendis patet rñsio. ¶ Iacob. de Viuario. 16. testis dicit associasse D. Palme. ad domũ D. Franc. die 24. huic opponitur, ꝙ mentitur, ex quo dicit D. Palme. reuersum fuisse ex Longio ad ciuitatem Vicentię circa finem Septẽb. & ꝙ ab eo recessit post. 10. dies vel circa. & die. 24. amplius nõ stabat cum illo. Sed rñdetur, ꝙ potuit illum associare, quamuis ab eo iam recessisset. Præterea dicit, ꝙ recessit post reuersionẽ ex Longio post decem dies vel circa. & illa dictio. circa. facit, ꝙ testis non uidetur se firmare, vt infra dicetur. Et tanto magis: quia non recordatur, quã die D. Franciscus esset mortuus. Et q̃bus oĩbus testibus instr̃m prædictum remanet reprobatum, ẜm opinio. oĩum in hac materia, quæ opiniones recitantur per doct. maximè D. Abb. in d. c. cum Ioannes. ¶ Superest nũc rñdere quibusdam, quæ gñaliter objciuntur ꝯ testes. Non obst. dũ dicebatur, quòd multi ex eis erant nominati, & sic quod erant recepti cõtra formam literarũ. & quia iurauerant parte non citata, & ꝙ erant recepti a iudice incompetenti. Quia hæc omnia reperiuntur falsa: qm̃ omnes isti in literis partis nostræ reperiũtur nominati. Non obst. ēt dum dicebatur, ꝙ non reperiuntur recepti ad instantiam partis, nec in loco iurisdictionis &c. † qa omnia præsumuntur solenniter acta, ex quo constat eos esse monitos a iudice, & illos iudice præsente iurasse, vt no. Bald. in l. iurisiurandi. C. de testibus. & in proœmio Digestorum in 7. col. & in l. 3. de iureiuran. & in l. gesta. in fin. de re iudica. Et tanto magis ex quo per partem nostram hic fuerunt nominati, & ad instantiam partis nostræ pars contraria fuit citata pro singulis diebus & horis, & parte nostra instante fuerunt literæ destinatæ ad iudicem illius loci. & nobis traditæ literæ, per nos pñtatæ, qs ergo dubitat, quòd oĩbus istis cõcurrentibus præsumuntur oĩa acta solẽniter. facit optimè quod no. Bar. in l. sciendũ. in fi. de verb. oblig. vbi vult, quòd si reperiatur sñia, in cuius fine dicatur, lecta, lata &c. quod præsumitur lata in loco maiorũ, & oĩa alia præsumuntur acta solenniter. & ꝯñr ad instantiã partis. Ita ista monitio iudcis facta testibus, q̃ est sñia interlocutoria, præsumitur lata solenniter. ¶ Non obstat, dum dicebatur, quòd † isti testes non erant examinati super interrogatorijs, quia hoc non annullat examen, etiam si interuenerit culpa examinatoris, vt no. Spe. in titul. de teste. §. 1. versic. item cautè. & Ioan. And. in c. pñtium. §. testes. de testib. l. 6. & Alex. ꝯs. 172. vol. 2. vide in 4. vol. ꝯs. 41. & ꝯs. 4. vol. 4. licet possit repeti per

Margin numbers in the second column, at the lines where they stand: 1 (beside "mulus D. Ioan. de porto testis"), 2 (beside "cordet de tꝑe"), 3 (beside "recepti ad instantiam partis"), 4 (beside "tur, quòd † isti testes").

ti per partē aduersam super dictis interrogatorijs, sed nec hoc est admittendum in casu nr̄o: quia probatum nihil releuaret. l. ad probationē, C. de probationi. ¶Non obstat ēt dū dicebatur, quòd immo totū examen vtiabat: quia non erat seruata forma mandati, quia contrarium dn̄t Docto. vbi supra, vbi dn̄t, nō vitiari ēt interueniente culpa examinatoris, qui tn̄ habebat mandatum ēt super interrogatorijs, nec dr̄ mandatum excessisse: quia fecit minus, iō fines mandati non excessit: secus si plus fecisset, & tunc etiam non vitiaretur, nisi in illo pluri, dummodo esset separabile, arg. l. sancimus. in princip. C. de donatio. ¶Non
5 obstat ēt, quod † clerici iurauerunt in manibus laici: quia hoc facere potuerunt sponte, vt no. Abb. in ca. 1. de iur. cal. per glo. ibi. & in c. cum nuncius. in fi. de testi. & Aret. cons. 160. Nec obstant quædam iura & authoritates allegatæ in contrarium. qa loquuntur de consilio & nō de præcepto, vt declarat Are. in d. cons. ¶Nō obst. ēt, quòd isti testes sint singulares: quia cum aga
11 culum † ad fideicommissarium pertinet. l. mulier. §. si hæres. & l. deducta. §. ante diem. versi. cū aūt. ff. ad Treb. Ergo & in casu nostro periculum dicti casus fortuiti debet ad fideicōmissariū pertinere. ¶Sed istis non obstantib. aliter est dicendū. Nam hæres do. epi expulsi habet actionem ad recuperandum dictam villam: ideo vr̄ habere ipsam rem. Et ꝑpea debet condemnari ad restitutionem illus: ut est casus in l. quod in diem. §. Iulianus ait. de peti. hær. vbi dicitur, ꝙ si is qui pro hærede possidebat vi, fuerit deiectus, ab eo pōt hereditas peti quasi a iuris possessore, qui habet interdictum vnde vi, quamuis ille tex. loquatur inter bonæ fidei possessorem & hæredem: idem tamē inter hæredem & fideicōmissarium, ꝑm Bar. q̄ istos casus parificat, & de vno ad alterum arguit in l. Imperator. §. fi. ff. de leg. 2. & sic præsupponit text. ꝙ possessor fuerit victus & cōdemnatus: & licet subiungat, ꝙ liberatur cedendo interdictum: si tamen culpa sua vel odio sui orto, etiā sine eius culpa dn̄s eps fuisset expulsus, & hoc ꝓbari posset, cedendo non liberaretur: q̄a facto suo diceretur ꝯditio fideicōmissarij facta deterior, ꝑ Bart. in d. l. pen. sol. matri. & in d. §. qui maximos. & in d. disput. & in d. l. stipulatio ista. & hoc propter aduersarium potentiorem, a quo dicta villa de iure vel de facto non potest facile auferri. l. 1. in fin. cum seq. & princ. seq. de alien. iud. mutan. cau. fa.

Si

Si ergo pendente hoc iudicio hæres do.epi non offert se paratum velle actiones cedere contra expulsorem: sine dubio dēt condemnari tanquam possessor dictæ villæ ad restituendū dimidiam dicto fideicōmissario, & in executione disputabitur, vtrum liberari possit, vel non, cedendo actionem.¶Nec ob. allegata in contrarium, quia aliqñ res, quæ subiacet restitutioni, perit & esse desinit: ita ꝙ recuperari non pōt, & habent locū iura in contrarium allegata: aliqñ verò res non perit, sed ab hærede aufertur: & tunc quia heredi competit actio ad recuperandum rem, ab eo res pōt peti, & si nō offert se paratū cedere, debet condemnari. d. §. Iulianus. & iste est casus noster. ¶Quò verò ad aliam partem reconuentionis, in qua dicti filij, & hæredes illustrissimo do. Rodulphi petunt oīa bona alienata per reuerendiss. do. epm, qa illustr. do. Ludouico fuit integrè satisfactum de legitima eiusdē dñi epi, videtur prima consideratione dicendū, ꝙ saltē respectu dimidiæ nullū ius competat dictis fratribus, qa legitima dñi epi est dimidia eius, qđ sibi obuenit ab intestato, ex quo erant quinque filii. auth. nouissima. C. de inoff. testam. Cum ergo eius hæres solū habuerit dimidiam bonorum possessorum ꝑ dictū do. epm tempore mortis suæ, ergo ad eum etiam pertinet dimidia bonorum alienatorū, pro complemento dictæ legitimæ, perinde ac si illam dimidiam retinuisset ex causa prædicta: si dicta bona non fuissent alienata, sed apud dñm epm fuissent tpe mortis suæ. Alia ēt ratione non vř agi posse ad restitutionē dictorū bonorum contra dictū hæredem, ēt respectu partis, qa talia bona iure permittente fuerunt alienata, qa bona subiecta restitutioni fideicommissi conditionalis alienari possunt irreuocabiliter ꝑ hæredem vsque ad legitimam, & alia bona sic alienata in legitima imputantur, vt no. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebe. Si ergo licuit d. epo dicta bona alienare nō possunt ab illo peti: quia non subiacent restitutioni sicut nec legitima. l. qm̄ in priorib. C. de inoff. test. l. cohæredi. §. cū filiæ, de vulga. & pup. ¶Nec obstare vř, ꝙ illustr. do. Ludouicus habuit legitimam in alijs rebus: quia illam integram non habuit, vt dictū est. Et ubi ēt in aliis reb. illam habuisset integrā: non habuit illa bona sub noīe legitimæ, nec illius contemplatione, quia de illa in transactione non fit mentio, nec ad illam habetur relatio: sed habuit illā partē; quia sic inter partes conuenit. & iō ad oīa alienata, nec ad aliquā partem rōne fideicōmissi nō pōt cōueniri: qa illa alienari potuerunt tanq̄ non subiecta restōni, & ex quo illa bona tm̄ legitimā non excedunt, & vbi bona assignata do. Ludouico ad integrā legitimā sufficerent, & occasione legitimæ consignata essent, adhuc dicta bona alienata peti non possent: quia alienatio valuit & illa primò in legitima sunt imputanda: agendū ergo erat potius ad repetitionē bonorum consignatorū do. Ludouico ꝑ transactionē, quatenus excedunt legitimā computando in illa dicta bona alienata, non aūt agi potuit ad illa bona. Et ēt dato, ꝙ prædicta cessarent, & sic ꝙ bona in aliū trāslata in legitimā non essent imputanda: & ꝙ restōni fideicōmissi subiacerent: adhuc tamen contra hæredē do. epi pro illis bonis nō vř agi posse, sed agēdum erat contra tertios possessores per fideicommissarios, in
16 quos respectu bonorum † alienatorum transit ipso iure dominium, ēt ante aliquam restōnem realem, vel verbalem. adeo ꝙ eis rei vendicatio competit ipso iure contra dictos tertios possessores. l. fi. §. sin autem sub cōditione. C. cōmu. de leg. & ibi no. & no. gl. & doc. in l. pen. C. ad Trebel. & no. in d. l. Marcellus. §. res quæ. & instit. de fideicom. hære. in §. sed quia. non autem potuit, nec debuit agi cōtra hæredē, qui pendente cōditione alienauit. ¶Et vltra ꝓdicta adhuc facit, qa legitima domini epi excedit dimidiam eius, quod habuit in diuisione, cū multo plus sibi deberetur. Nam legitima detrahitur habito respectu ad facultates, q̄ erāt in patrimonio patris tpe eius mortis. l. cū quæritur. C. de inoffic. testam. & l. ēt. §. fi. de bon. liber. ¶Et propterea dicitur, ꝙ legitima absorbet totū id, quod habuit hæres dñi epi, & ēt omnia bona per eum alienata, cui legitimæ non intelligitur renūciatum: quamuis in diuisione sit minus cōsequutus, quā consequi debuisset ab intestato, quia legitimæ non dicitur renunciatū, nisi de illa specialis mentio sit facta. l. si qñ. §. & generaliter. C. de inoff. test. & not. Guil. & Bal. in l. de his. ff. de transac. immo in conuentione facta cum do. Rodulpho dictus do. eps reseruauit sibi legitimam, quæ, vt dixi, deducitur habito respectu ad totum illud, quod erat in
17 patrimonio tpe mortis, patris, ideo talis reseruatio † dēt intelligi, ₰m ius cōe, & ab illo interpretationē recipere. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. & l. Gallus. §. j. ₰m vnum intellectū. de lib. & posth. & not. Bar. in l. vxorem. §. testamēto. de leg. 3. & docto. in l. Caius. sol. matr. Et tanto magis cū reuerendissimus dñs episcopus esset minor, debet in hoc eius hæres audiri: qa ille ꝓsumitur ignorasse vires patrimonij paterni. l. qsquis. & ibi no. C. de rescin. vendi. per Bar. & doc. in l. 2. eod. tit. & l. qui in alterius. de reg. iur. ¶Quib. tñ omnib. non obstātib. contrarium arbitror verius. & in primis præmitto, ꝙ reuerendissimus dñs eps confessus est cū iuramento habuisse & percepisse partem sibi ab intestato debitam: & ꝙ de dicta sua parte est sibi integrē satisfactū per verba prægnātia in ampla forma. Stante igitur tali confessione iurata si viueret, non posset allegare non habuisse integram portionē sibi ab intestato de-
18 bitam: quia contra proprium iuramentū † non audiretur. authen. sacramenta puberū. C. si aduers. vend. & c. quāuis. de pactis. in 6. & no. clarè Bar. in l. vbi pactū. C. de transact. circa penul. col. & sicut dicimus, ꝙ ille, qui iurauit omnia & singula esse vera, non potest simulationem allegare, ₰m Baldū & Salic. in l. fi. C. de non nume. pecu. qui dicunt, ꝙ non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. & Imo. in l. nemo potest. de leg. j. cū concordantibus, de quib. ibi per Alex. cū ergo appareat, ꝙ habuit integram partem ab intestato debitam, & audiri non deberet, si contradiceret: sequitur de necessitate, ꝙ dicere non posset, ꝙ legitima excedat dimidiam eius, qđ habuit in diuisione, qa si aliter diceret, veniret contra confessionem & iuramentum. Et per hoc tolluntur multa, q̄ in cōtrarium allegantur. s. ꝙ non intelligitur renunciatum legitimæ, nisi de ea sit facta specialis mentio. d. §. & generaliter. & ꝙ legitima est reseruata. Itē ꝙ detrahitur de toto patrimonio, qđ defunctus habuit tempore mortis, quia ista omnia conceduntur. Sed dicitur, ꝙ dimidia portio eius, quod in diuisione habuit, est integra habito respectu ad totum patrimoniū. & sic ꝙ detrahendo dictam legitimam dicitur illam habere sine vlla diminutione, quod probatur: quia habuit d. eps quintam partem integram totius patrimonij paterni, vt ex sua confessione iurata apparet, contra quam non debuit audiri: ergo dimidia portio eius, quod recepit, est integra legitima, sicut ergo d. eps nō debuit audiri, vt dictum est, sic ēt nec eius hæres: qa allegaret turpitudinem defuncti. i. periurium, quod nō potest hæres facere. l. venditrici. C. de reb. ali. non alien. & l. si creditoribus. C. de seruo pig. dat. manu. Et si dicatur, ꝙ hæres pt allegare & probare confessionem defuncti esse erroneā, qa tunc non allegat aliquam eius turpitudinem, cum errans consentire non dicatur. l. si per errorē. de iurisd. om. iud. Ad istud rñdetur, ꝙ quamuis talis cōfessio per dictum hæredem posset ꝑtextu errorris reuocari: nihilominus de errore non constat, nec constare pōt ex libris Marchionalibus productis, uel producendis, quicquid dicat d. consultor partis contrariæ qui ad ostendendum valorē & vires patrimonij paterni, nil aliud deducit, & allegat. Nam quamuis ex illis ꝓbentur reditus di-
19 cti patrimonij, non sequitur ex hoc, ꝙ licet † portio d. epi sit minoris reditus, ꝙ dicta portio sit minoris valoris, qa potuit consequi in diuisione tot bona mobilia, & quidem præciosa, quorum ualor & æstimatio suppleret & augeret partem suā, & illam in ualore æqualem faceret alijs partibus. ¶Præterea bona immobilia d. dñi epi, licet ēt minoris sint reditus: ꝑ hoc tñ non sequitur, ꝙ sint minoris precij, quā aliorum portio: qa plerumque in patrimonio sunt bona immobilia magni valoris & modici introitus. l. lex q̄ tutores. C. de admin. tut. l. qui bonis. cum ibi no. ff. de cessio. bon. quam ad propositum allegat Ang. in l. j. C. de lega. in l. Imperator. ad Trebel. eum concord. de quib. ibi per Alex. in 1. col. ubi semper hoc præsupponit, ꝙ possit esse res immobilis magni valoris & modici reditus. & Bal. & oēs Moder. in l. si maritus in id. sol. mat. Et ꝑpea dicta probatio erroris non est cōcludens, nec necessaria, vt esse debet. c. in præsentia. de proba. & l. non hoc, C. vnde cogna-
20 ti. ¶Præterea in hac legitima d. epi debet computari pars dimidiæ villæ Bonæ, quamuis iuris ordine non seruato sit expulsus. Et hoc est certi iuris, si culpa sui sic accidit: vt probatur ꝑ prædicta, & per l. mulier. §. si hæres. ver. sed & enim. ad Treb. &

idem

idem si sine culpa: quia habet actionem, vel interdictum, quo
mediate illam pōt consequi. d.l. ꝙ si in diem. §. Iulianus. de pe-
ti.hær. ideo perinde est, ac si rē haberet. l. qui actionē. de regu.
iur. immo vbi ex toto perijsset, quod est fortius, adhuc pro ra
ta in dictam legitimam imputaretur: quia de qualibet re de-
trahitur, ideo diminutio contingens in illa re diminuit ēt legi-
timam. d.l. deducta. §. ante diē. ver. cū aūt. ff. ad Treb. vbi idem
dicitur in Trebellianica, & in l. mulier. §. si hæres. eo. tit. & hoc
verum est, qñ testator grauauit hæredem vltra legitimam, ita
ꝙ de reb. relictis detrahi debet legitima, sicut contingit, quan
do bona subiacent restōni fideicōmissi vl̃is: vt ēt declarat Ale
xan. qui loquitur in legitima in l. in rōne. la 2. in princ. ad leg.
Falc. post Pau. de Cast. & Alex. in consi. 19. 5. vol. vbi conclu-
dit, ꝙ si post mortem patris aliqua res casu pareat, ꝙ hoc ce-
dit ad damnum filij in legitima & fideicōmissarij vl̃is per iura
p̄dicta: multo magis ergo si res extat, & ad illam recuperandā
filius actionem habeat. ¶Et adhuc prædicta ratione confirmā
21 tur. Nam † legitima filio debetur in qualibet re. l. libertus, qui
soluendo. de bon. lib. & not. Iaco. de Are. & Bal. in l. 2. C. ad le
gem Falci. & facit l. Plautius. & l. linea margaritarum. ad legem
Fal. & no. in c. Raynutius. de testa. & in l. Marcellus. §. res quæ.
ad Trebell. & p doc. in l. filium quem habētem. C. famil. ercisc.
ergo de qualibet re subiecta restitutioni fideicōmissi dēt solū
habere dimidiā, vel æquiualens: & ꝯñr nō pōt aduersus fidei-
commissarium detrahere pro legitima vltra dimidiam rerū,
quæ fideicōmisso subiacent. Si aūt dicat hæres dñi epi nō ha-
bere legitimam habito respectu ad totum patrimoniū, hoc qđ
ad legitimam deficit, non detrahitur, nec detrahi debet de istis
reb. restōni suppositis. Sed venit detrahendum de alijs rebus,
quæ alijs cohæredibus in partem obuenerūt: quia, vt est dictū
per legitimam singula corpora pro rata minuuntur. l. si ex pa-
tronis. in prin. de bon. lib. & §. cæterū. in auth. vt cum de appe.
cogn. & per Bar. & oēs in l. in quartā. in fi. ad leg. Falc. ubi oēs
concordant, ꝙ hæres teneatur conferre ad supplementū. Nec
dicatur, ꝙ legitima per iudicem possit assignari in vna re, vt
habetur in dictis locis: qa hoc verum, qñ hoc prodest filio, &
alteri non nocet: & qñ vtrique parti expedit, ſm doc. in locis
prealleg. Sed in casu nostro detractio in vna re, vel pluribus re
stitutioni subiectis habito respectu ad totum patrimoniū, fi-
deicommissarijs esset damnosum: ideo hoc concedi non dēt.
Posset ergo in vna re detrahi, quando veniret detrahēda ha-
bito respectu ad partem, quæ obuenisset dño epo, tanquā illa
esset integra sua portio ab intestato: qa hoc vtrique parti p-
desse posset, & non nocere. & per hæc multa, q̄ allegantur in
contrarium, remanent sublata. ¶Non ob. insuper, dum diceba
tur, ꝙ non erat agendū contra hæredem alienantis ad restitu
tionem: qa pendente conditione alienauit iure permittente:
sed potuit & debuit agere contra possessores etiam ante resti-
tutionem, p no. in l. fi. §. sin autem sub conditione. C. commu.
de lega. & in l. pe. C. ad Treb. quia immo ēt potuit fideicōmis-
sarius non contra hæredem ad restitutionem precij, quod in
hoc iure vl̃i successit loco rei. l. si rem & precium. de petit. hæ-
re. & hoc clarè decidit Bar. in l. Imperator. §. fi. de le. j. & quā-
uis non agatur ad precium, sed ad res: tñ sequi potest cōdem-
natio ad precium propter amplam potestatem attributam il-
lustrissimo domino arbitratori p ea, q̄ not. Alex. in l. si ita sti-
pulatus. §. Chrysogonus. de verb. obl. ubi refert Imo. cōsuluis-
se, ꝙ si actum sit ex vna causa, puta mutui, & probetur alia,
puta depositi, licet non possit regulariter sequi condemnatio.
22 l. habebat. in prin. de insti. si tñ iudex pōt procedere sola facti
veritate inspecta, poterit condemnare in eo, quod est proba-
tum: ergo & pari ratione in casu nostro poterit condemnare
ad precium: præsertim cū succedat loco rei petitæ. Et faciunt
no. per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obl. in
23 9. q. ¶Secundò dicitur, ꝙ imo res peti potuit: quia licet potue
rit alienare, tñ ex quo sciebat res subiectas esse restitutioni ad
ueniente postmodum casu, intelligitur dolo desijsse possidere
& tenetur perinde, ac si possideret. l. si a dño. §. si prædo. de pe-
ti. hæ. & hoc sentit Bar. apertè in d. l. Imperator. §. fi. dum indi-
stinctè dicit, ꝙ vbi hæres scit se grauatum fideicommisso, & a-
lienat, æquiparatur malæ fidei possessori, & sic comprehendit
hæredem nedū purè, sed ēt sub conditione grauatum fideicō-
misso vl̃i. & ideo sicut prius dixerat, ꝙ est in electione hære-
dis petere a malæ fidei possessore rem hæreditariam, vel illud,
quod est consequutus directò ex re hæreditaria. per d. §. si p̄-
do. idem erit hoc casu in hærede, ſm Bar. ¶Et inquantum dice
batur, ꝙ saltem dimidia dictorum bonorū pertinet iure legi-
timę, ad hęredem dñi epi. Ad hoc colligitur rñsio per id, quod
proponitur in puncto. s. ꝙ ille in alijs reb. cōsequutus est in-
tegram legitimam, qđ si ita est, de istis non est rursus detrahē-
da. ¶Circa verò illas duas possessiones, quæ remanserunt indi
uisæ, absque multiloquio mihi uidetur, ꝙ dimidia pertineat,
ad dictos dños fratres, & hoc virtute literarum illustriss. dñi
Ludouici, in quib. dicitur contineri, qualiter est contentus, ꝙ
de omnib. bonis possessis per reuerendiss. epm tempore mor
tis suæ fiant duæ partes &c. ¶Et q̄ literæ intelliguntur appro-
batę cū omnib. contentis in eis per dictos illustrissimos fra-
tres, ex quo illas retinuerunt. l. si filius. ad senatusconsul. Ma-
ced. & no. Bar. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Cum igitur actū
sit per verbum vl̃e de omnibus diuidendis: omnia bona nihil
excipiēdo debuerūt diuidi, & sic ēt dictæ possessiones, ex quo
24 tpe mortis per d. epm possidebantur, quia sermo vl̃is † pro-
latus ab homine capitur vl̃r, nec aliquam recipit restrictionē.
l. Iulianus. in prin. de leg. 1. & declarat no. Bart. in l. generali. §.
uxori. de leg. 3. & Bal. in l. fi. C. sine censu, uel reliq. in 1. colu.
ubi facit differentiam inter uerba vl̃ia prolata a lege, qa tunc
recipiunt restrictionem de habilitate, vt euitetur legum cor-
rectio. Et isto casu loquitur Iac. de Aret. & Bart. in l. 1. §. nun-
ciatio. de oper. noui nunc. aut præferuntur ab homine: & tūc
nullam recipiunt restrictionem, quia cessat dicta ratio & be-
ne facit, quod no. Bal. in c. Imperialem. in prin. de prohib. feu.
alien. per Federicum, dicens, ꝙ licet feudum non sit ad hære-
des extraneos transitorium. c. 1. §. & si clientulus. de alien. feu
di. si tñ receptum sit pro hæredib. qbuscunque, ad extraneos
ēt pertinebit virtute verbi vl̃is, & cum eo transit Alex. in l. Gal
lus. §. etiam si parente. de lib. & posth. & in l. si patroni. in prin
ci. ad senatuscon. Trebe. ubi similiter facit differentiā inter ver
bum vniuersale prolatū ab homine, & prolatum a lege. & Ale
xan. in l. quædam. §. nihil. de edend. ubi ad hoc ēt allegat Bald.
in l. 1. in 34. & 46. q. de rer. diuis. & Rom. in l. id tēpus. in prin.
de usucapio. & in l. etiam. sol. matr. & Soc. in l. qdam relegatus.
de reb. dubi. Ad idem, quod dicit Alex. in l. 1. de leg. 1. in prin.
5. col. vbi reprehendit Ange. in quodam consilio, dicentem, ꝙ
illa verba, in oībus & per omnia, prolata a statuto recipiunt
interpretationem, vt euitetur absurdum, per l. scire oportet. §.
aliud. de excusat. tuto. Nam ſm Alex. talia verba nūquam re-
stringuntur per hominem, sed solū per alias leges: & hoc ut
legum correctio euitetur, & cum eo transit Socinus. Et com-
probantur p̄missa ex nota. per Angelum & Im. in l. damni in-
fecti. §. cum parietem, de damno infec. dicentes, ꝙ si maritus
pmisit restituere totam doté soluto matrimonio, ꝙ videtur
renunciasse beneficio statuti de lucranda parte dotis. Et idem
vult Bal. in l. quod noīe. de condi. indeb. & in l. fi. C. ad leg. Fal-
ci. secus si simpliciter promisisset restituere dotem. & ante eos
idem vult Ray. in l. post dotem. sol. matr. quem refert Alexan.
ibi in fi. & illum sequitur, & bene facit gl. in l. decem. de fidei-
com. libert. quæ probat. ꝙ si testator grauauit hæredem resti-
tuere totam hæreditatem, ꝙ uidetur ex hoc Falcidiam prohi-
buisse. Et per hæc tollitur vnum, quod allegatur in cōtrariū,
scilicet ꝙ do. Ludouicus per aditionē factus est dominus di-
ctarum possessionum. l. cū hæredes. de acq. poss. quia hoc cō-
ceditur. Sed dicitur, ꝙ licet esset dominus: tamen conuenit &
voluit, ꝙ diuiderentur: vt pbatur ex verbis vniuersalibus ab
eo prolatis quæ non recipiunt restrictionem talem, per quam
dictæ possessiones excludantur a dicto sermone vniuersali, vt
probatur per p̄dicta. ¶Allegatur ēt in cōtrarium, ꝙ ab illa cō-
uentione, de qua in literis, est recessum per sequentem cōtra-
ctum, in quo de dictis literis non est facta mētio, & ad hoc po
tuit allegari. l. per retentionem. C. de vsuris & tex. in l. cum in
plures. §. locator horrei. ff. loca. ſm intellectum Bart. in l. non
solùm. §. morte. de ope. no. nun. vbi habetur, ꝙ ex actu facto
ex interuallo intelligitur a protestatione, & ab his, quæ dicta
sunt in p̄fationibus recessum. Et idem vult Bar. & doct. com-
muniter in l. pacta nouissima. C. de pactis, cum concordanti-
bus, de quib. ibi per Alex. ¶Sed ad istud respondetur, ꝙ predi-
cta pcedunt, quando ex protestatione tali, vel præfatione nō,

est

est quæsitum ius parti: sed qñ ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus est ius quæsitum parti, sicut in casu nostro fuit q̃situm ius dictis fratribus ex dictis literis, vt dixi: tunc per actũ
25 factum etiam ex interuallo † non dr̃ a præcedentibus recessum, sed potius p̃sumitur omissum per errorẽ id, quod prius fuerat dictum, ſm Imo. in l. quoties. §. sed si cum primũ. de hære. insti. in vlt. col. qui ad hoc allegat. l. si tibi liberam. de actio. emptio. ſm vnum intellectum. & est ratio, ſm eum: q̃a nõ uidetur in dubio remittere ius sibi quæsitum. l. cũ de indebito. de probat. & idem vult Imo. & Areti. in l. Titia. §. idem respondit. el j. de verbo. obl. facit l. fi. C. de nouatio. & ista est optima & verissima responsio. & vbi etiam verba dictarum literarũ, quas non vidi, respicerent futurum: tunc ab illis, hac etiam ratione non diceretur recessum per actum factum ex interuallo, ſm Bar. & docto. in d. l. pacta nouissima. & in alijs locis allegatis ibi. ¶Quò verò ad alia, videlicet, an reuerendissimus dominus Episcopus dicatur ab intestato decessisse: & an superueniente clericatu amiserit feudum: nihil dico, quia nec testamentum vidi, nec inuestituras & conuentiones, quæ allegantur. Et propterea tanquam de his malè informatus loqui non audeo. Quantum verò ad alia concludo sicuti ex præmissis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vnitas actus licet præsumatur, tamen est probanda, quando tractatur de falsitate euitanda, & errore notarij.*
2 *Error in die apposito in instrumento dicitur lata culpa.*
3 *Instrumentum ex defectu appositionis diei quando vitietur.*
4 *Iuramentum nihil operatur super instrumento nullo.*
5 *Statutum laicorum si disponat super contractu iurato, quando valeat.*
6 *Contractus licet sit nullus ex forma statuti: tamen quis cogi potest ad obseruantiam iuramenti, super quo statutum non disponit.*
7 *Confirmatio statutorum facta per Pontificem comprehendit etiam statuta disponentia super iuramento, licet non sit in cõfirmatione clausula, ex certa scientia: quando in ea excipiuntur statuta contra libertatem ecclesiæ, contra Alexandrum & Aretinum.*
8 *Exceptio quotiescunque non comprehenditur sub generalitate regulæ, facit omnes casus, qui aliàs sub regula non fuissent comprehensi, quòd comprehendantur.*

CONSILIVM LX.

PROSEQVENDO ordinem quæsitorum, & omittendo argumenta ad partes supeflua, r̃ndebo ad singula, de quib. quæritur, prout mihi videbitur congruum de iure. Quo igitur ad primum, videlicet, vtrum instrumentum sit nullũ, ex hoc, ꝙ sit in die Dñico celebratum, mihi uidetur cõcludendum, ꝙ non valeat ꝑ statutum ciuitatis Anconæ, per qđ annullatur expresè instrumentum tali die celebratũ, de cuius validitate non est dubitandum. Et quamuis dicatur esse per testes instrumentarios probatum, ꝙ ea die, qua de ꝓmissione fuit notarius rogatus, fiebant opera manualia, quæ fieri non consueuerunt, nec de iure potuerunt tali die feriato in honorẽ Dei. l. oẽs iudices. C. de feriis. nec etiam p̃nr̃, ꝙ sit p̃sumendum, ꝙ si fuisset dies Dñicus vel solis, ꝙ talia opera facta fuissent tali die. l. meritò. ff. pro socio. ¶Istud tñ non obst. quia ex quo testes quò ad diem & qualitatem eius directò dñr cõtradicere instrumento, præsumitur potius multiplicatio actus, q̃ falsitas vel error. Et ideo ad hoc, vt testes concluderẽt, fuit necesse allegare, & probare vnitatem actus. c. cum Ioãnes. & ibi per doc. de fide instr. no. Bar. in l. 1. §. si quis neget. in fi. quemadmo. testam. aper. & Bar. Bal. & alii, in l. 2. C. de bo. possess. secundũ tab. licet. n. aliàs vnitas actus præsumatur in dubio. c. in præsentia. ver. verum. de prob. & l. fi. & ibi no. Bald. C. de reb. credi. cum concor. tñ ad euitandum præsumptionem falsita-
1 tis † præsumitur pluralitas. d. c. cum Ioannes. & eadẽ rõne ad euitandum præsumptionem erroris ipsius notarij, qui p̃ser-
2 tim non præsumitur per errorem apposuisse † diem solennẽ Penthecostes in instrumento, si fuisset alio die non feriato rogatus de instrumẽto, sed potius p̃sumeretur dolus, vel lata culpa, quia cõiter sciunt omnes & scire debent, ꝙ tali die opera manualia non exercentur, nec fieri debẽt, & no. Bart. in l. sed si lege. §. scire. de peti. hær. & in l. non fatetur. de cõfessis, & ꝙ talis error in die apposito in instr̃o sit lata culpa, & non p̃sumatur, voluit Dy. in consi. quem refert & sequitur Bart. in l. si librarius. de reg. iur. & Bal. in l. Imperator. de statu ho. Et tanto magis in casu nostro, in quo non tm̃ esset in die erratũ, sed ẽt, vt dixi, in qualitate diei: cuius qualitatis error fuisset supinus, vnde ad tollendum hanc p̃sumptionem falsitatis, uel supini erroris, debuit ꝓbari vnitas, & identitas ꝓmissionis, q̃ non
3 ꝓbatur ex hoc solo, ꝙ testes † instrumentarii dicant, ꝙ ille cõtractus est ille, de quo modo inter partes agitur: quia quãuis hæc uerba sint affirmatiua in effectu: tñ dñr testes super negatiua deponere, q̃a sigñant & important, ꝙ alia ꝓmisio non fuit facta, ſm glo. in fi. de doli excep. & in cle. 1. de rescrip. & ꝑ Bar. in l. nec codicillos. C. de codi. & ꝓbat̃ in l. inter stipulantem. in princi. de verb. obl. & ibi no. oẽs cũ aliis concordan. de quib. per Alex. in dictis locis. Et quia talis negatiua nõ est coarctata, testes non ꝓbant, sed sunt suspecti de falso. c. cũ ecclesia Sutrina. de cau. possess. & ꝓpriet. & no. Bar. & doct. in l. 1. in princ. si q̃s ius dicen. non obtemp. Et ubi p̃dicti ẽt testes dicerent (quos tñ non uidi) ꝙ semel tm̃ fuerunt p̃sentes tali promissioni, de qua fuit rogatus dictus notarius, & sic de vnitate ꝓmissionis factæ in eorũ p̃sentia viderẽtur deponere: adhuc tñ instrumentum de iure esset nullum. Nam de solennitate, & forma instrumenti est appositio diei in auth. vt præpo. no. Imper. & ibi no. gl. & Bar. in l. 1. §. fi. de aqua plu. arc. & Bar. in d. l. si librarius. Si ergo in die fuit erratum, & hoc constet, dies expressa in instrumento non sufficit ad validitatem instrumenti, q̃a est talis, ex qua instrumentũ annullatur ex forma statuti, nec de alia die, qua instrumentum fuit celebratum, cõstat ex dicto testium vel notarii, nec etiam de illo satis esset constare ex dicto illorũ ad ualidandum instrumentum, sed ut ualeret, necesse esset, ꝙ error corrigeretur, & alia dies in instrumẽto apponeretur: aliàs instr̃m, si esset sine die, non valeret, & præsertim, vt dixi, cum dies expressa tendat ad annullãdũ instrumentum ꝑ statutũ. & ita expresè præsupponit Bar. in l. si librarius. & Bal. in l. Imperator. & in dictis locis ẽt declaratur, vtrum solus notarius possit errorẽ corrigere sine iudicis authoritate, & an standum & credendum sit dicto solius notarij. Et si reperitur mortuus, clarũ est, ꝙ non potest instr̃m in hoc corrigi, vel emendari, ex quo de certo die ex dicto illius constare non potest, nec de illo deponunt testes: qm̃, vt dixi, expresio diei, de quo instr̃o, non validat, sed instr̃m annullat, nec potest reconualidari, ex quo non potest emendari: nec error corrigi ꝑ incertitudiuem alterius diei. l. ita stipulatus. in prin. de verb. obl. & l. cum post. §. gener. de iure dot. ¶Si ergo instr̃m est nullum, & non ꝓbat, iur̃m, de quo in illo nihil ope-
4 ratur: q̃a non probatur † iuramentum fuisse p̃stitũ: sicut nõ probantur alia in eo contenta, ex quo non est instrumentum publicum ex defectu solennitas & formæ, sed est scriptura priuata, quæ a tertio confecta non ꝓbat aliquod in ea contentũ. l. exemplo. C. de probatio. & l. scripturas. C. de pigno. Et istud etiam in terminis voluit Abb. in c. cum contingat. circa fin. de iureiur. & in disputatio. incip. Statuto Senensi &c. vbi concludit, ꝙ si statutũ annullet instr̃m, nisi de eo fuerint rogati duo notarii: & producatur instrumẽtum iuratum, de quo fuit rogatus vnus notarius: ex illo instrumento non probatur iuramentum, sicut non probatur contractus. & istud nõ habet dubium. ¶Quò ad secundum. s. vtrum valeat contractus, dato ẽt, ꝙ instrumentum sit validum, & similiter r̃ndetur, ꝙ cessantibus etiam prædictis contractus est nullus, & hoc ex defectu formæ introductæ a statuto, in quo disponitur, ꝙ ꝓmisio facta a minore ipso iure sit nulla, nisi interueniat authoritas curatoris generalis, si illum habeat: si verò curatorem non habuerit generalem: tunc possit contrahere, vel quasi, & se obligare cum authoritate & decreto iudicis, & cum voluntate, p̃sentia, & consensu duorum consanguineorũ vel affiniũ ipsius masculorum proximiorum maiorũ 25. annis, de quorũ proximitate stetur iuramento & assertioni ipsorum consanguineorum, & ipsius contrahentis & se obligantis, dũmodo ipsi contractus & obligationes in actis curiæ insinuentur. Et si super dictis contractibus interuenerit iuramentum: tunc, & eo

casu

casu præsumantur dolo fuisse inducti &c. ¶Et insuper prædi-
dictum statutum imponit pœnam quinquaginta ducatorum petenti executionem dicti instrumenti, & instanti, ꝙ habeat effectum. Nam hmõi promissio nõ potest esse valida ex eo, ꝙ interuenerit authoritas curatoris, quæ sufficit ex forma prædicti statuti. Quia non constat, ꝙ ille esset curator, qui tãquã talis authoritatem interposuit, & q͞a ẽt in testamento dari curator non potuit, nisi a iudice confirmatus fuerit. l. 1. §. fin. de confir. tut. de qua ẽt datione & confirmatione non apparet. Sed potius contrarium ex productione testamenti, quod præsumitur vltimum, & vnicum: nisi ꝓbetur contrariũ. l. fi. C. de reb. cred. & ibi no. Bal. prout de cura debuit constare, ex quo fuit exceptum & oppositum, ꝙ non erat curator. l. fi. C. de eo qui pro tuto. neg. ge. ¶Item nõ valuit promissio propter iudicis decretum: quia die feriato in honorem Dei interponi nõ potuit; quia causæ cognitionem requirit, ẜm Cy. & Bal. in l. actus. C. de feriis, vbi dicunt, ꝙ licet regulariter contractus celebratus tp̃e feriato in honorem Dei valeat: qñ tñ in illo debet decretum iudicis interuenire tali die, nõ potest dictus cõtractus celebrari: quia decretum, quod requirit causæ cognitionem, non potest tunc interponi. ¶Item non ualuit contractus, quia non fuit insinuatus sicut insinuari debuit ex forma statuti, etiam si insinuatio per errorem fuisset omissa, ex quo est de forma, ẜm Cy. Bal. & Ang. in l. ambiguitates. C. de testamen. cum concordan. & de quib. ibi per Alex. Nec etiam cõtractus iste firmatur iuramẽto, & omittendo illam disputationẽ, vtrum statutum laicorum possit ꝑsumere iuramentũ esse extortum ꝑ dolum: quia non est necessaria. ¶Est aduertendũ: quia qñq; statutum prohibet contractũ, uel personam, & de
5 iuramẽto † nihil dicit. Aliqñ & secundò prohibet contractũ sine certa solennitate: & vult illum non valere, etiam si interueniat iuramentum, & istis casibus habet locũ illa disputatio longa, vtrum iuramentum validet actum etiam non obst. statuto. Interdum & tertiò statutum annullat cõtractũ non seruata certa solennitate, & etiam annullat iuramentum sup̃ eo interpositum, vel præsumit iuramentum dolo præstitum, ac etiam pœnam imponit petenti executionem dicti cõtractus, vel instrumenti, vt in casu nostro. & tunc inquantum statutũ annullat contractum, ualet statutũ, & inquantũ annullat iuramentum, non tenet: quia iuramentum est res spiritualis, & etiam inducit obligationem de iure diuino. c. & si Christus. de iureiuran. & si statutum imponit pœnam vtenti instrumẽto, in quo contractus continetur: tunc si quis vtatur instrumento ꝑ ꝑ contractum, incurrit pœnã statuti. sed si vtatur instrumento ꝑ ꝑ sacramentum, quod petit obseruari: tunc non incurrit pœnam statuti: q͞a sicut statutum non potest eneruare vires iuramenti, sic non potest imponere pœnam vtenti dicto sacramento, per id, qđ habetur in l. Seius & Augerius. ad leg. Falc. & ita circa ꝑdicta concludit Imo. in c. cũ contingat. de iureiur. in 3. membro, cũ quo ẽt quantum ad hoc trãsit Alex. in consi. 59. Viso instrumẽto locationis. 1. vol. vbi dicit, ꝙ actor
6 † debet esse cautus, vt vtatur instrumento petendo reum cogi ad obseruantiam iuramenti, & ꝙ non fundet se simpliciter ex contractu. Vnde si in casu nostro actor agit simpliciter ex promissione, & ex ea instat reum cõdemnari, reus debet absolui: quia promissio est nulla, quãuis sit iurata, & pœna statuti est commissa, sed iuramentũ põt solũ operari, qñ vtitur actor instrumento ꝑ ꝑ iuramentũ petendo reum compelli ad ipsius obseruantiã, ẜm ꝑdictos. Aduertatur ergo ad modum agendi, & ad formam petitionis, quam non vidi. Sed vbi ẽt agatur ex iuramento, & petatur illud obseruari: adhuc tñ erit idem: q͞a iurm̃ dolo ꝑstitum, ex ꝑsumptione statuti non obligat. c. cum contingat. de iureiur. & c. licet mulieres. eo. tit. in 6. & in c. quãuis. de pactis, eo. lib. ¶Nec põt dici de nullitate statuti, ex quo statuta per sedem Apostolicam fuerunt confirmata, quæ etiam super iuramento põt disponere. c. quanto. de iureiu. & c. venerabilem. de elect. Et quãuis † confirmatio, ut
7 operetur quò ad istud statutum, debeat fieri ex certa scientia, ẜm Inn. in specie in c. 2. de transact. cũ quo alii transeunt, prout ẽt per alia concludit Alex. in d. cõsi. 59. & Are. in consi. 7. tamen in casu nostro ad hoc statutum ex alio dici poterit simplex confirmatio, quæ non dicitur facta ex certa scientia, ẜm prædictos, videlicet si in ipsa cõfirmatione Papa excipiat statuta, quæ sunt contra libertatẽ ecclesiasticam, ꝓut cõiter in cõfirmationibus statutorũ solet apponi talis exceptio, q͞a ꝑ illã videtur voluisse, ꝙ confirmatio porrigitur ad omnia alia statuta: quæ aľr nõ cõtinentur sub cõfirmatione. l. quæsitũ. §. denique. de fun. instr. & sic ꝙ hoc contineatur sub cõfirmatione, qđ non esset cõtra libertatem ecclesiasticam, vt probatur ex nota. per doc. in auth. cassa. C. de sacros. eccl. & in c. cum terra. de elect. & in c. ecclesia S. Mariæ. de constit. ꝓut ẽt fatetur Alex. in consi. præalleg. circa prin. Et quamuis postmodũ inferius concludat, ꝙ talis exceptio non operatur, ꝙ hoc statutũ, de quo agitur, dicat confirmatum: q͞a exceptio non ampliat regulam, vt sub ea comprehendatur casus, qui sub ea non cõprehẽderetur, si exceptio facta non fuisset. l. generali. §. vxori, de vsufr. leg. & ibi not. Bar. & l. Lucius. §. pluribus. ad senatusconsul. Treb. & ibi notat ẽt Bar. & per eum in l. 1. in fi. de reg. iur. & idem ẽt vult Areti. in d. cõsi. 7. in fi. per dictam rationẽ. Nihilo minus in hoc puto, ꝙ ꝑdicti omnino malè sentiant cũ
8 reuerentia. ¶Nam statuta cõtra † libertatem ecclesiasticã nõ includuntur sub generali cõfirmatione statutorum facta etiã ex certa scientia, ẽt si non excipiantur expresſè, ẜm Bald. in l. oẽs populi. de iust. & iure, versi. sed nunquid Papa confirmando statuta &c. Et istud ẽt concedit Alex. in d. consi. col. pen. vnde constat ex hoc, ꝙ ista exceptio facta de statutis cõtra libertatem ecclesiasticam, non est de regula, & ꝙ sub regula nõ cõprehenditur. Et ꝑpea operatur, ꝙ sub regula veniant oẽs alij casus, qui sub regula comprehensi non fuissent, si exceptio facta non fuisset, vt ꝓbatur ex no. per Lapum & doct. cõiter in c. qui ad agendum. §. 1. de procura. in 6. ubi concludunt, ꝙ si quis constituat procuratorem generalem ad omnia, præterq̃ ad petendum restitutionem in integrum: sicut excepit casum requirentem speciale mandatum, & ꝯñr, qui non erat comprehensus sub generali mandato. ꝙ per talem exceptionem videtur datum mandatum ad oẽs alios casus requirentes speciale mandatum: quia exceptio aliter non esset de regula, prout esse debet: vt no. in l. 1. de reg. iur. & ꝑ Dy. in rubr. eod. tit. lib. 6. Item quia exceptio nõ firmat regulam in non exceptis. l. nã quod liquidæ. §. fin. de pen. leg. & q͞a ista exceptio aliàs redderetur inutilis: ideo fieri debet interpretatio, vt valeat, & ut aliquid operetur. l. quoties. de verb. obl. & l. si qñ. in prin. de leg. 1. & cum prædictis transit ẽt Alex. in l. fi. ff. quod quisq; iur. q̃ decisio, & rationes decisionis formaliter cõueniunt casui nostro: qm̃ (vt dictum est) exceptio ista posita in confirmatione non est de comprehensis sub regula, nec sub generali & simplici confirmatione, ẜm Bal. in d. l. omnes populi. ergo ꝑ prædictas rõnes debet regulã ampliare ad alios casus, q̃ aliàs sub regula comprehensi nõ fuissent. ¶Nec obstat tex. in d. l. generali. §. vxori. q͞a illum tex. cum concordãtibus, & ad no. ꝑ Bart. ibi bene rñdet Alex. in d. l. quod quisque iuris. dicens, ꝙ in casu illo exceptio, de qua ibi, erat de regula: qm̃ testator legauit omnia, quæ erant in domo, excepto argento, quod argentum: quia non erat venale, venisset in legato, vbi non fuisset exceptum, & sic exceptio operatur in illo. ideo non facit, vt sub regula & gñalitate veniant venalia, quæ nõ comprehenderentur sub ea, si argentum non fuisset exceptum. Sed in q̃one nostra statuta contra libertatem ecclesiasticam, si sunt, vt credit excepta, non erant de regula. Propterea ad alia, quæ sub ea nõ solent contineri, ampliatur regula & confirmatio gñalis, ẜm doc. in locis præalle. ¶Nec ẽt obstat alia ratio Alex. in d. consi. ꝙ illa exceptio inerat, ẽt si nõ fuisset expressa, vt probatur ex no. per Bar. in d. l. oẽs populi. ideo expresſio nihil dẽt operari. l. 3. de leg. j. q͞a ista ratio est contra no. ꝑ doc. in d. l. qui ad agendum. Nec ob. d. l. 3. quia dicta exceptio inest ex voluntate Papæ confirmantis. Ideo operatur, ẜm Bar. & docto. in d. l. 3. ¶Et vltra prædicta Ambrosio ob. exceptio præscriptionis, 20. anno. inductæ a statuto, nec de eius interruptione apparet, quãuis de relatione nuncij cõstet dicentis se citasse: q͞a de cõmisione Iudicis non constat, quæ non præsumitur in dubio præcesſisse, ẜm oẽs in c. 1. de iudic. & Ant. de But. in c. qm̃ contra. de probat. & Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. per nuncium. & idem præsupponit in l. j. §. fi. de offi. præf. vrb. & Spe. de cita. §. j. ver. sed nunquid credatur &c. vbi dicit, ꝙ creditur nuncio dicenti se citasse, sed non creditur ei dicenti iudicẽ cõmisisse. Et idem tenet Bald. in l. his solis. C. de reuoc. donat. &

Salic.

Salic.in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iud. & Roma.in l.sciendum.de verb.obl.Ex his igitur omnibus & ex quolibet eorũ probatur, ꝙ rei sunt absoluendi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Habens instrumentum publicum dicitur habere fundatam intentionem: cum præsumatur verum & solenne.*
2 *Iudicium consensu patris factum dicitur, si a principio consensit filium procuratorem constituere, licet aliter de consensu in reliquis non constet.*
3 *Testes deponentes de scriptura manu alicuius facta, quomodo debeant deponere.*
4 *Comparatio sola literarum non sufficit ad plenam probationē.*
5 *Interusuria medij temporis an sint præstanda in dote in pecunia numerata constituta, ex quo maritus sustinuit onera matrimonij.*
6 *Maritus, qui sustinuit onera matrimonij, non data dote potest petere alimenta vxoris, à patre, vel illius hæredibus.*

CONSILIVM LXI.

CASVS iste modicam vel nullam vr̃ habere dubitationem. Nam quò ad petitionẽ dñi Hieronymi eius intentio fundata est ex publico instrumento.l.cũ precibus.C.de ꝓbatio.& l.si post diuisionem.C.de iu.& fac.igno.& ex illo tex.not.
1 ẽt ibi glo. & Bart. ꝙ † instrm̃ in dubio præsumitur validum & solenne, & dicit Bal.in c.1.§.si instrm̃.de notis feu.ꝙ ex instrumento publico oriuntur duæ ꝓsumptiones, ideo duę ꝓbationes.s.ꝙ sit verũ & solenne. Et quamuis do.Hieronymus existens in potestate patris non posset acquirere sine consensu patris.l.fi.§.necessitatem.C.de bonis quæ liber.qui locũ habere videtur etiam in dote promissa filio, maximè quando cõsistit in pecunia: quia vsusfructus illius quæritur patri, tãquã quid aduentitium: vt ꝓbatur in l.1.2.& 3.eod.tit. Et ex not. per Bar.in l.contra nurum.§. quoties. rerum amot. & ꝑ Roma.in l.si cum dotem.§. transgrediamur. sol.matr. nihilo mi-
2 nus satis dicitur patris † consensus interuenisse, ex quo filius constituit procuratorẽ ad petendum dictam dotem patre cõsentiente, quamuis postmodum t pe iudicij inchoati aľr pater non cõsenserit. Quia cõsensus patris potest interuenire ex parte ante, ꝼm Bal.in d.§.necessitatem. ver.quæro, nunquid consensus &c.per l.item eorum.§.si decuriones. quod cuiusq; vniuer.nom.& istud comprobatur per no.per gl.valde no.in l. 2. §.sed si vtrum.in ver.inuito patre.de minor.quæ vult, ꝙ a principio sufficiat in iudicio cõsensus patris, nec requiritur nouus consensus, qñ postmodum petitur executio illius sñiæ, ꝑ quã dicit Alex.in l.si ex legati causa.de verb.obl.ꝙ si adultus carẽs curatore sit obligatus ad rem, quæ seruari pôt, & in ipso contractu, quo ille fuit obligatus, interuenit decretum iudicis, ꝙ per interpelationem factam sine iudicis decreto adultus constituetur in mora, aľs ꝓcedat opi. Bar.& sequacium ibi, q uolunt, ꝙ adultus obligatus, vt supra sine decreto, & authoritate iudicis non constituatur in mora. Idem ergo eadem rõne in casu nostro, qđ ẽt confirmatur, quia decretum iudicis potest præcedere actum & contractum, vt est gl.not.in c.1. in versi. tractatus.de reb.eccl.non all.in 6.& ibi Inno.& no. gl.in l.ait ꝑtor.§.permittitur.in ver.auditurum non esse.de mino.& ꝓbatur, in l.2.C.si ꝑ ꝑ publ.pens.nec reperitur melior text.in iure, ꝼm Bal.in l.fi.§.sina utẽ æs alienũ.C.de bo.q libe. & idẽ Alexan.in l.sciendum.de verb.obl. sicut ergo potest decretum ꝑcedere, ita ẽt consensus patris pôt ante iudicium interuenire. ¶Nec ob.exceptio solutionis opposita, & maximè pro ducatis cẽtum, q dñr ꝑuenisse ad patrem d. D. Hieronymi: qa ubi probatum esset, ꝙ ad eum peruenissent, posset dubiũ esse, verum obstaret dicta exceptio, & dubitari posset, an patri potuerit solui, quãuis promissio dotis facta fuerit filio.per l.j. C.de bon.mater.per no.per Ange.in l.qui aliena.§. q̃q̃.de neg.gest. q vult, ꝙ licet coniunctæ personæ non possit solui, ut ibi: si tamen coniũctus sit legitimus administrator, sicut est pr̃ in aduentitijs, in quib. ei q̃ritur vsusfructus: tunc illi poterit solui.d.l.j.& an hoc casu patri deberet vsusfructus dotis quæri, & an diceretur p̃nr, quò ad illam legitimus administrator: decidĩtur ex no.per Bar.in d.l.cõtra nurum.§.quoties.rer. amo. vt per Roma.in d.§. transgrediamur. & per Raph. & Moder. in l.1.C.de bo.quæ lib.sed quia non est probatũ, ꝙ patri fuerit aliqđ solutum, cessat prædictum dubium. Nam licet producatur quoddã chyrographum, qđ dr̃ fuisse scriptum manu dicti patris: tñ ꝙ fuerit illius manu non probatur, neque per confessionem, iuxta l.cum de indebito.§.si.de ꝓba.neq; ꝑ te-
3 stes, vel cõparationẽ literarum, q testes † ad hoc vt ꝓbent aliquam scripturam esse manu alicuius, non sufficit, ꝙ dicant in gñe, ꝙ habent notitiam de literis manu talis scriptis: qa viderunt illum sæpius scribere: sed oportet, ꝙ in specie dicant, ꝙ viderunt scribere scripturam, de qua agitur, vt no. glo. magna & Iac.But.in auth.& si contractus.C.de fide instr. & probat, & ibi no.in §.si qs igitur.in auth.de instr.cau.& fi.& not. Bar. in l.nuda ratio.de don.& in l.admonendi.in 6. col. de iureiu. & in l.scripturas.C.qui pot.in pig.habe.& Bal. in authen.sed nouo iure.C.si cer.peta.& Ant.de But. in cap. 2. de fide instr. Nec ẽt testes, q dicto modo deponant, ad plenam probationem sufficerent, si scriptura non esset manu vtriusque partis subscripta: sed tunc requirerentur testes modo ꝑdicto deponentes, & ẽt cõparatio literarum, ꝼm opin.magis veram, quã
4 tenent ꝑdicti doct.in locis præalleg. q sola cõparatio † hodie nõ sufficit rľr ad plenam ꝓbationẽ, vt traditur in dictis locis, ꝓut ẽt in ꝑdictis cõcludit Alex.in consi.80.incip. Viso ꝓcessu causæ &c.4.vol.¶Nec ob.ẽt concordium, de quo opponitur: qa testes de concordia non deponunt, sed solũ de tractatu concordij, immo dicunt, ꝙ partes remanserunt discordes. & sic patet ex ꝑmissis, ꝙ quantũ ad præmissam quantitatẽ ex causa dotis, ꝙ rei cõuenti ac filij & hæredes promittẽtis sunt cõdemnandi &c.¶Sed quò ad interusuria petita vr̃ subesse maior dubitatio: qa q̃uis maritus onera matrimonij sustinuerit, & sic pro parte sua adimpleuerit: tñ mora non vr̃ ex hoc cõ-
5 tracta ex parte ꝓmittentis dotem: qa demum dr̃ † mora cõtrahi, si ille, cui fuit impletum, fructus percepit ex re debita & ꝓmissa, puta si fundum ꝓmisisset mulier, vel pater eius ex causa dotis, & promittens fructus fundi ꝑcepisset, postquã maritus onera matrimonij cępit sustinere, ꝼm gl.Bar.& docto.cõmuniter in l.de diuisione.sol.mat. ꝑ l.curabit C. de act. empt. q̃ isto casu loquitur: secus aũt ꝼm glo. & doc. si nulli fructus fuissent percepti, ꝓut in casu nostro percepti non fuerũt, qa in quantitate fuit dos constituta, & non in specie, ex qua fructus percipi possent. Cessante igitur mora non potest aliquid peti ratione interesse.l.lecta. ver.sed si nõ sortis.si cer. pet.nec isto casu locũ habet, qđ dicũt Bart. & docto.in l.in insulam. §. vsuras.sol.mat.& in c.salubriter. de vsu. & sic quãtum ad hoc non contrahitur mora irregularis ꝑ implementum, ꝼm Pa.de Cast.in d.l.de diuisione.ꝑ no.ꝑ glo.in l.sed & reipublicæ.§.1. ex quib.cau.maio. ¶Sed his non obstantib.cõtrarium est dicendum. Et primò certum est, ꝙ elapso biennio post ꝓmissionẽ dotis consistentis ẽt in auro & in quantitate, ꝙ incipiũt currere vsuræ, vt est casus in l.fi.§. præterea. C. de iure dot. & sic fauore dotis ẽt tunc contrahitur mora, si maritus sustinuit onera, & dos sit promissa, ac lapsum sit bienniũ a tpe promissionis.d.§.præterea. & dicit Pau.de Cast.in d.l.de diuisione, ꝙ ille est casus specialis, in quo currunt vsuræ ex sola mora irregulari.& licet ille tex.loquatur in extraneo, ꝼm glo.ibi, & Bar, in d.l.de diuisione.tñ multo magis quantum ad hoc habet locũ ẽt in patre, qui tenetur actione bonæfidei, & ꝑꝑ hoc cõtra eum facilius currunt vsuræ, q̃ contra extraneum, qui tenetur actione stricti iuris, & ꝼm Barto.in d.l.quæ vsuræ. hoc casu ẽt peti possunt de iure canonico, tãquã interesse lucri cessantis, per no.per glo.in l.sociũ, qui in eo, in prin.ff.pro socio. & in l. 2.C.de vsuris.& ita in casu nostro tenent Bart. Raph. Pau.de Castr.& docto.cõter in d.l.in insulam.§.vsuras.sol.mat.& Anto.de But.& alij ẽt cõiter, in d.c.salubriter.de vsuris.¶Secundò
6 dicitur, ꝙ † alimenta præstita vxori potuerunt peti a patre, & ab eius hæredibus actione negotiorum gestorum, non solùm post biennium, sed ẽt ante, & ꝓ omni anteriori tpe: qa ꝓmisit dotem, tenebatur filiam alere: & onus alendi transiuit ad eius hæredes.l.si quis a liberis.in prin. & in §.idem rescriptũ. de lib. agnosc. quamuis ergo ante lapsum biennij non teneať ex mora: tenetur tñ, qa maritus præsumitur vxori, si erat sana, ꝑstitisse alimenta animo repetendi, & gerendi negotium patris, & suorũ hæredum, & non ex causa pietatis, ꝼm Inno. & Ale-

& Alexan. in d. §. vsuras. per l. quod in vxorẽ. C. de neg. ge. a co trario sensu, & per d. c. salubriter. ¶Quò ad reconuentionẽ partis aduersæ est breuiter concludendũ, ꝙ intentio sua non sit fundata: qa solus primus testis vr̃ deponere aliqualiter de cõsignatione facta per Iulium d. Hieronymo: sed qa est vnicus, non ꝓbat. l. vbi numerus. de testi. & c. in omni negotio. eo. tit. ¶Secundus. n. testis de ipso actu ipsius cõsignationis factæ Hieronymo nihil deponit, sed solũ de ostensione quorũdã bonorum, q̃ nominantur ꝑ ipsum: non aũt dicit de omnibus bonis, de quib. in inuentario explicitè, neq; per relationẽ ad illud, sicut primus testis, & sic quò ad bona nõ sunt ẽt cõtestes. Nec ẽt ex hoc, ꝙ ostensa sint aliqua bona per d. Hieronymũ ipsi Iulio tãquã bona quondam patris sui, ex hoc põt inferri, ꝙ prius consignata fuerint d. Hieronymo: qa potuerũt fuisse consignata patri suo, & ita potius in dubio est ꝓsumendũ, ex quo erãt in domo patris, vnde non ꝓbat hoc esse &c. l. nõ hoc. C. vnde cogn. & l. neque natales. C. de ꝓbat. & c. in ꝑsentia. eo. tit. & per Bar. in l. inter stipulantẽ. §. 1. de verb. obl. Nec pro consignatione facta patri potest filius condemnari: ut in rubro & nigro. C. ne filius pro patre. Et propterea a dicta reconuentione d. Hieronymus venit absoluendus. Laus Deo.

¶Confessio parte absente facta an probet obligationem: & liberatio debitoris, qui in locum suum alium subiecit creditore absente, quomodo contingat.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua alterius instrumenti præsente debitore prolata etiam impersonaliter probant, dummodo impersonalitas declaretur ex præcedentibus vel sequentibus*
2 *Confessio iurata etiam absente parte facta plenè probat.*
3 *Dictio, pro, quomodo exponatur.*
4 *Pro instrumento in publicam formam redacto præsumitur, & sufficit allegare etiam in allegationibus iuris interueniſſe solennia, & qui contrarium dicit probet.*
5 *Instrumentum; quod debet releuari cum consilio sapientis ex conuentione partium, intelligitur, si fuerit petitum: aliàs potest sine eo releuari.*

CONSILIVM LXII.

2 qa quis iudex, † qui de crimine cognoscit, possit incidenter de causa ciuili cognoscere, & reum, puta furem ad restitutionem rei condemnare, vel vulnerantẽ ad interesse, iux.l.interdum.§.qui furem.de fur. cum ibi notatis per Bart. hoc tamen est verum,& intelligi debet,qñ pars petiit,& super hoc iudicis officiũ implorauit,vt expresè præsupponit Bar.in d.§.qui furem.dũ vult,ꝙ formetur libellus,in quo petatur,reum puniri & condemnari,& rem mihi restitui: tunc enim secundum eũ dr̃ agi criminaliter per viam accusationis, & implorari ciuiliter officiũ iudicis super restitutione. Et idem ẽt vult Ang. in l. 1.in fi.C.qñ ciuil.act.crimi. præiudic. vbi concludit,ꝙ qs põt criminaliter accusare,& officio iudicis petere sibi restitui dãna,expensas,& interesse.l.qui crimen.C.qui accusa.& d.§.qui furem.& ita practicatur, ₰m eum,quia in libello criminali cõcluditur delinquentem de delicto puniri, & condemnari secũdum formam iuris & statutorum cum refectione dãnorum, interesse & expensarum,& cum restitutione ablatorum.Et sic Ange.vult expresè, ꝙ debeat præcedere petitio ad damna & interesse vel ad restitutionem rerum ablatarum.Nec dicatur, ꝙ prædicti loquantur, quando criminaliter agitur per viam accusationis quo casu debet produci libellus super crimine. l.libellorum.de accusa.& quòd sit aliud,quando iudex procedit

dit per inquiſitionẽ: quia cõcedo, ꝙ prædicti loquãtur, qñ agi
tur modo prædicto. Et hoc iõ quia tunc libellus procedit & ꝓ
cedere debet, ſed qñ proceditur per inquiſitionẽ, tunc nihil a
iudice eſt petitum per offenſum, ideo tunc nõ põt virtute ſo-
lius inquiſitionis, ſi aliter incidenter non adeatur, & officium
eius imploretur, reum condemnare ad damna &c. nec de illo
crimine ciuiliter cognoſcere. Et vbi ẽtꝗ per viam accuſationis
procederetur, & peteretur ſolũ reũ puniri & cõdẽnari, & non
peteretur implorato iudicis officio, ꝙ cõdemnaretur ad dam-
na & ad reſtitutionem rerũ ablatarũ, tunc non poſſet iudex di
cto caſu ſine dubio, ad iſta accuſatum cõdemnare. Et hoc quia
iudicis officiũ, quod tũc cõpetit, nõ dẽt impartiri per iudicem,
niſi fuerit petitũ. l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. de dam. infec. Nec iſte
eſt de caſib. exceptis, de quib. ibi per Doct. Et iſtud confirmat̃,
3 quia † vbi imploratur officiũ iudicis nobile, ſicut imploratur
iſto caſu: ſm Bar. in d. §. qui furẽ. & Ang. in d. l. 1. & Bar. expreſ
ſius in l. 2. vi bon. rapt. debet libellus offerri, ſicut qñ proponi
tur actio. c. fi. de offic. iudi. & no. Bart. in rub. de interro. actio.
& latius in l. ne quicquam. §. vbi decretũ. de officio proconſu.
& leg. Si ergo libellus omittatur, proceſſus & ſñia non valet,
auth. offeratur. C. de litis conteſt. & notatur in l. prolatã. C. de
ſent. & fatuus eſt iudex, qui pronunciat ſuper non petitis, l. fi.
C. de fideicommiſſa. liber. Secundo dicta ſñia ad damna & in-
tereſſe eſt nulla, rõne incertitudinis. Nam quamuis qñ agitur
ad intereſſe petitio poſſit eſſe incerta: quia illius certificatio
non pendet a poteſtate actoris, ſed a ſubtilitate iudicis: tñ ſñia
4 † ſuper dãnis & intereſſe debet eſſe certa, & quantũ interſit, de
bet probari, antequã feratur ſñia, vt eſt caſus in §. curare. inſti.
de actio. iuncta gl. fi. & notat expreſsè Bar. in l. 2. C. de ſenten.
quæ ſine cer. quan. & no. per oẽs in l. certi condictio. in prin.
ff. ſi cer. pet. Et propterea iſto caſu non ſufficit probare & de-
clarare, quantum interſit in executione ſñiæ, ſed hoc ſolũ fieri
põt in caſib. in quib. valet ſñia incerta, ꝙ qñ ſit, notatur ĩ dictis
locis allegatis, & in l. 1. in prin. ff. de eden. Et quia ex præmiſſis
dicta ſententia eſt notoriè nulla, & de nullitate cõſtat ex actis,
& ipſa ſententia non meretur executionem, etiam ſi ſtatutum
poſt certum tps prohibeat dicere de nullitate, per notata per
Bal. in l. ſi vnus. §. pactus. de pac. cum concordantib. de quib. ꝑ
Alex. in l. 4. §. condemnatum. de re iud. & in l. de pupillo. §. qui
opus de operis noui nun. & latius per Philip. in c. dilecto. de
5 appellationib. in 52. & 54. q. Præterea † ſtatutum non habet lo
cum reſpectu tertii, qui non impeditur dicere de nullitate, &
ad quem ſtatutũ nõ porrigitur, per no. Imo. poſt Pau. in cle. 1.
de re iudi. vbi vult, ꝙ illa clementina non habeat locum in ter
tio opponente de nullitate trium ſententiarum, & de quo ibi
per Car. in 4. q. Alia ẽt rõne nõ obſtat dictũ ſtatutũ: quia vult,
ꝙ tenuta poſſit dari contra tertium poſſeſſorem, dum modo
fiat in bonis, quæ fuerunt de bonis debitoris, vel per eum poſ
ſeſſa pro ſuis, & tãquam ſua tempore ablationis vel qualiſqua-
lis petitionis. Si ergo ante ſententiam nõ fuit productus libel-
lus, vel non præceſſit aliqua petitio partis, huic caſui non con
ueniunt verba ſtatuti, ergo nec eius diſpoſitio. l. 4. §. toties. de
dam. infec. & l. id aũt. in prin. de adminiſtra. tuto. & per no. per
Iaco. Butrig. & Saly. in l. mancipia. C. de ſer. fug. qui dñt ꝙ ſi ſta
tutum velit, ꝙ turbans aliquem in poſſeſsione puniatur in cẽ-
tum & teneatur reſtituere poſſeſſionem, & nõ habebit locũ
in merè turbante, ſi nõ expulit poſſeſſorem: quia in talẽ nõ po-
teſt cadere pœna reſtitutionis poſſeſſionis, quam imponit ſta
tutum copulatiuè cum alia pęna pecuniaria: & ſic huic caſui
non pñt conuenire verba ſtatuti. Et cum prædictis ẽt tranſit
Alex. in d. §. toties. & in rub. ſol. matri. Nec ſtatutum põt verifi
cari in petitione executionis factæ poſt ſñiam: quia ſtatutũ ꝓ-
ſupponit, ꝙ tertius tpe petitæ executionis poſſideat, & ſic nõ
pñt tũc verificari illa verba ſtatuti. ſ. per eum poſſeſſa pro ſuis
& tanquã ſua tpe oblationis libelli vel qualiſqualis petitionis
&c. Præterea illa verba, tpe oblationis libelli, ſolum verifican-
tur in libello producto ante ſententiam: quia qñ petitur execu
tio iudicis officio libellus non producitur. l. a diuo Pio. §. ſi ſu-
per reb. de re iud. & ibi per Bar. & per eũ in l. intra. eo. tit. & eſt
opinio magis cõis: propterea verba ſequẽtia, vel qualiſqualis
petitionis, intelliguntur ẽt de illa, quæ præceſsit ſñiam ex na-
tura illius alternatiuæ, vel, quia vna pars alternatiuæ declarat
alteram partem alternatiuæ dubiam. l. 1. de reb. dubiis. & ibi
notat Bar. & alii. Tertio ẽt non obſtat ſtatutũ: quia dum loqui
tur de illo, qui agit perſonali, nõ verficatur in illo, qui implo-
rat iudicis officium, vel qñ ex officio iudicis fit condemnatio,
6 quia † aliud eſt actio, & aliud officium iudicis, quod ab actione
differt, ſm Bar. in l. Quintus, de auro & argen. lega. & in l. 1. de
iuriſd. om. iudi. & ibi per Alex. Nam actio perſonalis præſup-
ponit obligationem. l. licet. §. ea. obligatio. de procuratori. &
officium iudicis nullam præſupponit obligationem. d. l. Quin
tus. & l. qui per colluſionem. de actio. empt. Cum. n. ſtatutum
ſit contra ius, non fit extenſio de caſu ad caſum. l. ſi verò. §. de
viro. ſolu. matr. cum vulgarib. In caſu autem noſtro nõ datur
actio perſonalis, ſed officium iudicis competit, ſm Bar. in d. §.
qui furem. & in d. l. 2. vi bo. rapto. & Ang. in d. l. 1. in fi. C. qñ ci
uil. actio præiudi. crimi. Ergo ſtatutũ hoc caſu non habet lo-
cum: & etiam debet ſtatutũ ceſſare alia ratione: quia dum di-
cit, qñ actum eſt perſonali, dẽt intelligi illud verbum, actum,
qñ agitur principaliter & non qñ incidenter vel in cõſequen-
tiam, & prout incidenter iſto caſu agitur & agi põt ad intereſ
ſe, ſm Bar. & Ang. in locis præallegatis, arg. l. rogaſti. in princ.
& l. ſi quis nec cauſam. ſi cer. pet. & bene facit. l. 1. de autho. tu-
7 to. & ex † eodem verbo, actum probatnr, ꝙ ſtatutum non lo-
quitur de officio iudicis, quia verbũ, actũ, denotat ꝙ ordina-
riè agatur. l. licet. §. ſi plures. & vbi gl. de procu. & per gloſſam
in l. 1. in prin. de edendo. & per Bar. in d. l. intra de re iud. cum
concordantib. de quib. ibi per Alex. ergo non verficatur, ꝙ de
bet implorari officium iudicis, qđ non eſt remedium ordina-
rium, ſed extraordinarium. l. cũ filius. cum gloſſa, ſi cer. pet. cũ
concordantib. de quib. ibi per modernos, & per ꝯñs nõ dr̃ agi
8 ordinariè. Alia ẽt † ratione de iſtis bonis non põt capi tenuta,
videlicet quia per teſtatorem ſunt prohibita alienari. vñ ratio
ne iſtius prohibitionis nõ põt fieri immiſsio in poſſeſsionem,
ſm Bald. in auth. ei qui. C. de bonis autho. iudicis poſſid. vltra
mediũ. verſi. quæro nunquid in reb. prohibitis alienari &c. vbi
concludit, ſi res prohibita alienari ſubiacet reſtitutioni, ſtatim
ꝙ fit alienatio, vt in caſu noſtro, ꝙ in illa non poteſt fieri im-
miſsio. Nec poteſt tenuta capi occaſione Trebellianicæ, quia
qñ teſtaror prohibuit alienationem intelligitur prohibita Fal
cidia & Trebellianica, auth. ſed & in ea. C. ad leg. Falcid. & ibi
per Bal. & Salyc. Et ſimiliter non debet dari tenuta occaſione
legitimæ. quia quamuis in illa non poſſit per prohibitionem
grauari. l. qm̃ in priorib. C. de inoffic. teſtam. iſtud tñ eſt verũ,
qñ prohibitio eſt perpetua, ſed qñ filius eſt prohibitus ad tps,
puta vſque ad 40. annos, vt in caſu noſtro: tunc etiam quo ad
legitimam valet prohibitio, & alienatio facta de legitima
non valet, et per conſequens nec datio tenutæ, ſecundum
Pau. de Caſt. in conſ. 224. incip. Viſis & conſideratis & c. quia
talis prohibitio facta ad tempus continet prouiſionem filio-
rum quorum infirmitati voluit pater prouidere, arg. in l. fidei-
commiſſi. §. cum Polidius. de vſuris, & l. ſi ita relictum. §. Pega
ſus. de leg. 2. Et ideo cũ tendat prohibitio ad fauorem filiorũ
etiam hodie non reiicitur de legitima l. filiis matrem. & ibi per
Doct. C. de inoffic. teſta. & per Bar. & Doct. in l. cum ex filio.
de vulg. & pup. & in l. multi non notæ. de libe. & poſth. Et pro
pterea ſtatutum diſponens generaliter ꝙ tenuta capi poſſit de
bonis debitoris etiam poſſeſſis a tertio, non habet locum in
rebus prohibitis alienari: quia recipit interpretationem a iure
communi. l. 3. C. de noxalib. & c. cum dilectus. de conſue. & ſta
tutum recipit illas exceptiones, quæ ſunt inductæ de iure com
muni ſecundum Bal. in l. 1. de feriis. in fine princ. Et ita conclu
dendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ius præoccupationis aquæ duabus rebus concurrentibus amittitur.*
2 *Quaſi poßeßio aquæ ducendæ admittitur per non vſum vnius anni, vel prioris æſtatis.*
3 *Animus & mala fides ex extraiudicialiter dictis probatur.*
4 *Minor confeſſus aduerſus confeſſionem ſuam non reſtituitur, niſi de læſione probet.*
5 *Principis conceſſio de aqua ducenda, ſine tertij præiudicio facta intelligitur.*
6 *Priuilegium conceſſum etiam cum alterius damno, de modico intelligitur: aliàs non valet etiam cum clauſula, motu proprio.*

proprio: nec ſufficit mentio generalis de præiudicio tertij.

7 *Verba reſtringuntur, ne quis indebitè damnum patiatur: etiam ſi diſpoſitio aliàs nihil operetur.*

8 *Conceſſio de ducendo aquam per alienum intelligitur, dummodo de precio domino ſatisfiat.*

9 *Princeps dominio aliquem priuans cum cauſa, debet ei precium ſoluere.*

10 *Exemplatio facta ſine cauſæ cognitione, & parte non citata, non facit fidem.*

CONSILIVM LXXXVIII.

DE duob. principaliter eſt videndum circa caſum
propoſitum. Et primò de poſſeſſorio, in quo iu-
dicio meo, non pōt actor, videlicet illuſtr. D. Al
bertus Pius cōtra comitem Io. Boiardum obti-
nere ſine dubio, ex quo non probauit, nec pro
bare pōt, vt proponitur, ꝙ hoc anno aut priori æſtate aquam
duxerit. l. 1. in prin. & §. deinde. de aqua quoti. & æſtiua. & iō
non ſufficit, ēt ſi probaretur, ꝙ anteriori tpe dictā aquam du
xerit: quia prætor non tuetur aliquē in quaſi poſſeſſione du-
cendi aquam, niſi eum, qui duxit eā eo anno, vel priori æſtate,
ſm Bart. in l. quo minus. de flumi. in 15. q. & ibi concludit, ꝙ
1 quis ēt ius † præoccupationis ipſius æquæ amittit duob. con-
currētib. Primò videlicet qñ ædificium, quod reperitur factū,
eſt ita dirutum, ꝙ aqua recipit ſolitum curſum, arg. l. naturale,
de acq. rer. do. prout in caſu noſtro aquam ſuum primum cur-
ſum recepiſſe conſtat. Secundo, qñ tanto tpe differt quis refi-
cere ædificium, quod illam quaſi poſſeſſionem ducendi aquā
vr̄ reliquiſſe. l. fi. de vſucapio. Et hoc accidit, ſm Bar. ad propo-
ſitum ſi quis aquā in ſuo naturali curſu labi permittet per an-
nū, vel per tm̄ tp̄s, ꝙ tranſierit prior æſtas, quod patet: quia ꝓ-
tor non tuetur aliquem in quaſi poſſeſſione ducendi aquam,
niſi illum, vt dixi, qui eam duxerit eo anno vel priori æſtate, vt
in iurib. præallegatis. Et quamuis ad amittendum ius præoc-
2 cupationis vtrumq; ſit neceſſariū tñ † ad amiſſionem quaſi poſ
ſeſſionis hoc vltimum tm̄ ſufficit, vt ē t clarè ibi Bar. præſuppo
nit, & qua amiſſa modo prædicto non poteſt actor obtinere
in poſſeſſorio. Et ideo non ſufficit actori, ꝙ probauerit qñq;
aquam duxiſſe per locum, cuius proprietas pertinet ad reum,
niſi probet, ꝙ eo anno vel priori æſtate aquā duxerit: ꝙ ſi pro
baret, tunc contra prohibentem ducere, aut reficere locum, ꝑ
quem ducitur, interdictū poſſeſſoriū de aqua quoti. & æſtiua,
poſſet cōpetere, ſm Bar. qui hoc caſu loquitur in d. l. quo mi-
nus. in 10. q. in fi. & vt prędictum interdictum competat & de
tur, adhuc etiam requiritur, ꝙ eo anno vel priori æſtate quis
aquā duxerit, nō vi, clā, vel precariò, vt in iuribus præallegatis.
Et propterea eſt neceſſe, ꝙ habuerit ius aquæ ducendæ, vel ꝙ
ſaltem putet ius ſe habere: & ſic ꝙ ille, qui duxit in bona fide
fuerit. d. l. 1. §. hęc interdicta. & §. Ariſto. ꝙ aūt actor aquā non
duxerit iure ſuo, & ꝙ nō putauerit in ducenda aqua ius habe-
re ex literis ſuis declaratur & probatur: in quib. reus rogatur,
vt ei complacere velit, ꝙ certam menſuram aquæ ducere poſ-
3 ſit pro quadam imminenti neceſſitate. Ex hoc † enim ꝙ actor
extraiudicialiter dixit, & ſcripſit, animus eius probatur, & ma
la fides, ſm glo. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. in ver. animus
ex qui cauſis in poſſeſ. eatur. & in l. apud Celſum. in prin. in gl.
2. de doli excep. & Ang. in l. eum qui. §. publiciana. de publ. vbi
dicit ex confeſſione malam fidem probari. Nec ēt actor excu-
ſari pōt rōne minoris ætatis: qa eo ipſo ꝙ minor eſt confeſſus,
4 non probatur, ꝙ ſit læſus: ſed vt reſtituatur aduerſus † cōfeſſio
nem, neceſſe eſt aliter probare læſionem: quia patet cōfeſſio-
nē eſſe verā, ſm Spe. in tit. de in integ. reſtitu. §. 1. in vltima col.
verſi. ſed nūquid eccleſia &c. per l. nam & poſtea. §. ſi minor. de
iureiu. Et idē tenet Cy. in l. vnica. C. de confeſ. & eſt etiā de mē
te Bal. ibi, & Sal. in vlti. charta. Et idē tenet Ant. de But. in c. fin.
de cōfeſ. & Ale. in d. §. ſi minor. dicēs, ꝙ aut ex qualitate cōfeſ-
ſionis apparet de læſione cōfitentis: vt quia per illam ſibi ob-
eſt, vt quia cōfitetur ſe fideiuſſiſſe pro alio, vel obligaſſe bona
ſua pro alio, quo caſu ex hoc ſolo probatur læſio: quia melius
eſt ſoluere, quam ſolutū repetere. l. 3. de compenſatio. & tunc
datur minori reſtitutio, ēt ſi aliter non probetur læſio. Et iſto
caſu procedit, qđ no. gl. cū qua alii tranſeunt in c. 2. de reſti. in
integ. lib. 6. ſed ſi ex ꝯfeſſione ſola nō apparet de læſione, vt qa
cōfeſſus eſt Titium ſibi non debere: & tunc non reſtituitur mi
nor, ſi alio modo læſio non probetur. Et iſto caſu procedit, ꝙ
dicit Spe. & alii, & eſt caſus noſter: quia minor cōfeſſus eſt ſibi
ius aquæ ducendæ abſq; rei confeſſione nō cōpetere, & de læ-
ſione ēt nō dr̄ apparere ex priuilegio principis producto, & in
quo ſit præcipuè vis: & quia, vt oñdetur ſtatim, ex eo non tri-
buitur facultas ducendi aquā per fundū alienū ſine licentia &
voluntate dñi. Et ſic quamuis ex flumine publico potuerit vir
tute dicti priuilegii aqua extrahi: in alienū tñ non potuit aqua
immitti, nec per alienū duci ſine licentia dñi: & iō debuit impe
trari ſtante ēt validitate priuilegii, prout cum licētia per alios
fuit ducta ad terrā Carpi, nec quidē gratis, ſed cū ſolutione cer
tæ quantitatis, vt cōſtare pōt ex plurib. inſtr̄is, per quos etiam
non fuit quæſita quaſi poſſeſſio aquæ ducendæ: quia cōceſſio
ducendi prædic. facta fuit per modum cuiuſdam facultatis. l. 1.
§. hoc interdicto. de iti. actuq; priua. & licet Bar. ibi ī principio
dicat, ꝙ ſufficit, ꝙ qs ſemel vſus ſit ductu aquæ, per dictā. l. 1.
§. quod aūt. de aqua quoti. & æſti. hoc tñ non habet obſtare:
qa illud eſt verū, qñ qs vſus fuſſet iure ſeruitutis, & ab illo, qui
credebat ſe hr̄e ius ducēdi, & ſic bona fide: ſed eſt ſecus, qñ ob
tenta licentia a dño prædii territorii aquā duxit, & pro ea ſol-
uit: qa tūc cōſtat, ꝙ nō habuit animū quærēdi poſſeſſionē aꝗ
ducēdæ: & ꝙ nō credidit ad eū ius ducendi pertinere. Vnde ſi-
ue proprio, noīe ſiue alieno, per prædictos fuerit aqua ducta,
hoc nihil operat̄ in hoc iudicio poſſeſſorio per prædicta. Quò
verò ad petitoriū idē eſt dicendū, vt ſ. actor obtinere non poſ
ſit, quia quāuis ex priuilegio principis & Cæſaris, de quo dicit̄
apparere ex flumine publico ēt nauigabili, vel intrāte in aliud
flumen nauigabile, ex principis conceſſione poſſit aqua extra-
5 hi, vt in l. quo minus. de flumi. nihilo minus † intelligitur cōceſ
ſio hmōi ſemꝑ facta ſine præiudicio tertii. l. 2. §. merito. & §. ſi
qs a principe, ne quid in loco publi. & l. 1. §. ſunt qui putāt. ne
qd in flumi. pub. & no. Barto. in d. l. quo minus, in 2. q. & in 1.
oppo. & dicit Bal. in ti. de pace Cōſt. in ver. in detrimētū. per il
lum tex. ꝙ cōceſſio principis de aquis publicis ſemper intelli-
gitur facta ſine præiudicio eius, cui facta eſt prima conceſſio,
alleg. l. Labeo. §. 1. fami. erci. & facit. l. nec auus. C. de emanci. li
be. & l. cū filius. de teſt. mil. & c. quamuis. de pactis. in 6. & no.
in c. ad aures. de reſcr. in gl. 1. & in c. ex multiplici. in ver. inten
tionis. de decim. cū aliis multis concordātib. Quāuis igitur Im
perator de flumine Situlæ cōcedat facultatē extrahēdi vnū ca
nale, ſeu aquæductū, vbicunq; vobis placuerit, & pro quanti-
tate aquæ ꝗ volueritis, & magis vobis expedire duxeritis &c.
nō tñ ꝑ hoc cōceſſiſſe ītelligit̄, ꝙ ꝑ fundū alienū poſſit aqua
duci, ſine licētia dñi ipſius loci, ꝑ quē vult quis illā ducere: qa
hoc ſine iniuria accolētiū nō poſſet eſſe d. l. 1. §. ſunt q putāt,
& d. §. meritò. & §. ſi qs a principe. & bñ probat̄ in l. 3. in prin.
de acq. rer. do. vbi hr̄, ꝙ licet qs de iure alienū fundū poſſit in-
gredi gr̄a aucupandi & venandi, hoc tñ intelligitur, niſi a dño
prohibeatur. Et ſic licentia conceſſa a lege dicto caſu de intrā
do in alieno, intelligitur ſi nō ſequatur dñi prohibitio. Vnde
& in caſu nr̄o vr̄ licētia cōcedi extrahēdi & ducēdi aꝗ ꝑ quē-
cūq; locū. ſ. propriū ipſius impetrātis vel ꝑ alienū, ſi dñs cōſen
tiat, aut ſaltē nō cōtradicat. Et ſi dicat̄, ꝙ hoc eſt verū, niſi ſit ꝯ-
ceſſū vt cū alieno incōmō poſſit aqua ꝯduci. d. §. ſi qs a princi
pe. & prout cōceſſū eſſe vr̄, ſicut ex verbis amplis & ꝑgnātib.
6 dicti priuilegii apparet. † Ad iſtud rñdet̄, ꝙ ēt ſi expreſsè dice-
ret̄, ꝙ cū dāno alterius priuilegiū cōcedit̄, intelligeret̄ de mo-
dico dāno, ſm gloſſam ibi cōiter apꝓbatā, ſm Ang. & vbi vel-
let cū magno ꝑiudicio aliorū conceſſionē princeps tribuere,
hoc facere nō poſſet ſine cā, vt ibi ēt eſt de mēte gl. & notant
Doctores in l. fi. C. ſi cōtra ius vel vti. publ. & in c. quæ in eccle
ſiarum. de cōſtit. & quātū ad præiudiciū modicū ſolū pōt ope-
rari gñalis cl̄a, nō obſtāte, de qua in priuilegio, quæ nō auget
neque ampliat gr̄am, per notata per gl. in cle. j. de præben. quæ
ēt per clauſulā, motu proprio, nō augetur: qa qñ de ꝑiudicio
tertii agitur, nihil operatur, ſm Cald. & Imo. in c. mandatū. de
reſcri. cū cōcordantib. de quib. per Moder. & in c. ad aures. eo.
tit. Præterea ad hoc vt cum incommō alieno, ēt modico, dica-
tur facta conceſſio, oportet, ꝙ hoc exprimatur ſpecialiter, vt
quia dicatur, non obſtante præiudicio tertii, quamuis præiudi
cium aliter non exprimatur, neque perſona cui debeat præ-
iudicari: quia iſta diceretur expreſſio ſingularis, vt proba-
tur,

tur,si rectè animaduertatur in d.§.si quis a principe.& præsupponit hoc expresse Pau.de Cast.in l.Titius.in prin.col.1.de libe.& posthu.sed non sufficit expressio gn̄alis, quæ facta fuit in casu nostro, in quo de præiudicio tertii non fit mentio specialis.& prout inter prædictas expressiones facit etiam Bart. differentiam in l.si quis in principio testi.de leg.3.& in d.l.fin. C.si contra ius.& in extrauag.ad reprimendū.in vers.non obstan.in l.1.in prin.de vulg.& pup.& quod ex verbis generalibus.non intelligatur concessio simpliciter facta cum præiudicio tertii,probatur ex no.per Oldr.in consi.268.Qō est,vtrū &c.vbi concludit, ꝙ priuilegium de non soluendis decimis de quibuscunq; possessionib.quia agitur de præiudicio tertii,debet intelligi de decimis,in quib.ecclesia non sit in quasi possessione eas percipiendi,licet ei sint debitæ:secus in decimis,quas percipit ecclesia actualiter, quia de his non intelligitur priuilegium per plura,de quib.ibi per eū.Et idcirco in casu nostro illud verbum vbicunque volueritis &c.debet restringi taliter,ꝙ non dicatur concessio facta in præiudiciū tertii:quia hoc fieri potest intelligendo dicta verba, ꝙ aqua ducatur per loca propria:vt quia illa emat cōducens,si non sint sua, vel per aliena dn̄o permittente, vel non reclamante: & maximè cum adhuc operetur concessio, per quam aqua pōt extrahi de dicto
7 flumine,qđ de iure nō licuisset.d.l.quo minus,etiā verba† restringuntur,ne qs indebitè damnum patiatur, etiam si ex hoc dispositio nihil operetur.secundū gl.quā ad hoc notat Pau.de Cast.& Moder.in l.fi.§.in ꝯputatione.C.de iure delib.Et istud puto verissimum,& apud me nō habet dubium. Et est etiam aduertendum, ꝙ illud verbum vniuersale solum, refertur ad locum,in quo ab initio extractionis debet aqua extrahi,& nō ad locum per quem postmodum debet duci. Nam dicitur, de flumine Situlæ accipiatis,seu accipi & extrahi faciatis vnum canale seu aquæductū vbicūq; vobis placuerit &c.& sic datur libera facultas eligendi locum in ipso flumine, vt.s.ex quacunq; parte fluminis possit aqua extrahere, sed quo ad locum, per quem aqua extracta duci debeat, non vtitur priuilegium verbis vniuersalib.sed simpl̄r hoc modo videlicet ꝙ canale cōducat,fluat,discurrat,dirigat, & aquam hm̄ōi discurrere facit vsque ad castrū Carpi.& sic hæc verba nō importāt, ꝙ per alie-
8 nū locum possit conduci aqua.Et vbi † ēt per alienum locum vellet princeps aquam duci,& facere hoc posset,intelligeretur tn̄,dommodo conducens domino prædii vel loci de precio satisfaciat, vt est casus in l.venditor.§.si constat.ff.commu.prædio.ibi,satisfaciat domino &c.& est bonus tex.in l.seru.C.ꝓ quib.cau.serui lib.acci.per quem dicit ibi Bal. ꝙ si ciuitas vult facere aliquā fossā per agrum alienum, debet ei soluere precium.& subdit,ꝙ licet princeps priuet aliquem dominio suo,
9 non tn̄ gratis.& ideo † quamuis dicatur, ꝙ princeps cū causa pōt quem priuare dominio rei suæ.l.item si verberatum.§.1. de rei ven.& l.Lucius.de euic.Hoc intelligitur,dummodo soluat precium,ẜm Arch.in c.per principalē.9.q.3.per tex.in d.l. serui.& idem vult Bal.& Ang.in d.l.itē si verberatū.& no.in l. si locus.ff.quemadmo.serui.ami.& per Bar.in l.fi.§.Titius.de pign.actio.& quia non tm̄ interest rei conuenti ratione loci, per quē aquā actor vult ducere, sed ēt prætendit interesse non leue ex aliis causis, saltem quò ad dictum interesse proueniēs aliunde,ad quod verba concessionis trahi non pn̄t, dr̄ cōcessio nulla,ex defectu intentionis principis, qui non vr̄ in alio præiudicare,quamuis ēt præiudicasset, & præiudicare potuisset in vno,puta circa dn̄ium,& cōmoditatē loci, per quem dēt aqua duci.Ex quibus omnib.manifestè cōstat,ꝙ ius aquæ ducendæ actori nō cōpetit per locū alienum,& sic ꝙ ēt in petitorio debet succūbere:& tanto magis prædicta habent locum,si exemplum priuilegii manu alterius sit transumptum, prout
10 esse audio:quia† cum exemplatio facta fit parte non citata,fidem non facit,ẜm oēs in c.fi.de fi.instr.& in c.Albericus,de testi.& in auth.si quis in aliquo.C.de eden.cum concord.de q.b. per Moder.in dictis locis.& idem si facta sit sine iudicis authoritate,& sine eius causæ cognitione, quæ ad hoc etiam est necessaria.d.c.fi.Et prædicta locum etiam habent,si priuilegium exemplatum fuisset aplurib.notariis,ẜm Spe.in ti.de instr.edi. §.ostenso,quem refert & sequitur Bar.& alii in d.auth.si quis in aliquo.ex omni igitur capite debet dici,ꝙ reus veniat absoluendus.Et ita concludo.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta verbo, secūdum tempus verbi debet intelligi. & vide nu.7.*

2 *Conditio,sub qua quid dispositum est,si ea tempore dispositionis erat impleta, & disponens implemento & de effectu tantum cogitabat,pro adimpleta habetur.*

3 *In laudo sicut in sententia fit stricta interpretatio.*

4 *Prouisio testatoris vel contrahentis facta in vnum casum, ad alium extenditur,in quem prædicti verisimiliter prouidissent, si de eo cogitaßent,vel interrogati fuißent.*

5 *Conditio voluntaria per æquipollens adimpletur, quando testator de effectu cogitauit.*

6 *Substitutio compendiosa de filio facta, quandocunque decesserit,ex propria verborum significatione vulgarem continet.*

8 *Conditionem sufficit semel impletam esse, etiam si implementū non duret.*

CONSILIVM LXXXIX.

VISA & intellecta facti serie vr̄ dicendū prima facie, ꝙ non sit extincta seruitus per laudum imposita,in quo dr̄, Paulus per se & suos hæredes habeat seruitutem itineris,actus,& viæ &c.tamē cōditione & pacto,ꝙ qn̄cunque dictus Paulus aut eius hæredes acquisierit quocunque domum dicti Baldi, ꝙ tunc & eo casu residuum totius dictæ domus, quam infra cōsignabimus,dicto Bernardino & Thomæ sit libera,& exempta,& penitus absoluta ab oīb.dictis seruitutib.& dictæ seruitutes,vsus, & cōmoditates intelligantur tunc peremptæ & finitæ &c.quamuis ergo d.Clara vxor dicti Pauli eo adhuc viuēte dictā domum Baldi acquisierit,& deinde hæres dicti Pauli fuerit,per hoc tn̄ nō vr̄,ꝙ seruitus prædicta sit finita: quia nō verificantur illa verba dicti laudi, videlicet, aut eius hæredes acquisierint &c. quæ important, ꝙ t pe acquisitionis quis sit
1 hæres:quia qualitas† adiecta verbo determinatur ẜm tp̄s verbi.l.in delictis.§.si extraneus.de noxa.& l.Titius.de testa.mili. & ꝓpea licet d.Clara fuerit hæres Pauli,vt dixi:quia tn̄ domū Baldi acquisiuit,antequam hæres esset, non pōt dici acquisita ab illius hærede,& per ꝯn̄s nō euenit casus,per quē debeat extinqui seruitus,& finiri.Et quia ista est potissima rō,quæ posfit pro ista opi.allegari,vlterius non insisto: quia ad alia quæ sunt leuiora, ex infra dicendis colligi poterit clara rn̄sio. ¶Sed hoc non obstante contrarium iudicio meo est dicendū.Nam, vt in facto proponitur,do.Clara fuit hæres Pauli.Qāmuis ergo viuente, d.Paulo & antequā illius hæres esse posset domū Baldi acquisierit,hoc sufficit ad effectum, vt seruitus, de qua
2 agitur extincta dicatur:vt†probatur in l.hæc cōdō.§.fi.de condi.& demō.vbi dr̄, ꝙ legatū factū sub cōdōne,si nauis ex Asia venerit,vel si legatarius factus erit pubes, ꝙ cōdō hr̄ pro impleta, si t pe testi ignorante testōre venerat nauis, vel ille pubes erat.& hoc locū hēt nedū in ꝯdōne casuali,vt ibi, sed ēt in mista.l.si ita sit scriptū.§.fi.de leg.2.& no.gl.in d.l.hæc cōdō.in prin.in ver.post testm̄.iuncto tex.& est rō:quia dicto casu testator vr̄ cogitasse solū de ipso implemēto.& de eius effectu, non aūt de mō,vel t pe,vt probat tex.in d.l.hæc cōdō.in princ. ibi,impleri solūmodo cōdōnem voluerit, nō aūt exegerit qn̄. & ita ēt declarat Cuma.& Soc.in ea.l.§.fi.& Soc.in l.2.in prin. eo.ti.& per eū in d.l.hæc ꝯdō.in prin.in 4.nota.vbi dicit,ꝙ qn̄ testator ignorauit cōdōnem impletam ante testm̄,tunc debet legatū,non ex eo ꝙ conditio fuerit formaliter impleta, sed ex eo,quia lex præsumitur, ꝙ si testōr sciuisset cōdōnē impletā, legasset purè,& allegat tex.in l.tale pactū.§.fi.cū ibi no.de pac. Nā licet dictæ cōdōnes sint appositæ per verba, q pn̄t esse præteriti & futuri t pis,in vltimis tn̄ voluntatib.capiuntur in futuro.l.solemus.& ibi per Bar.de cōd.& dem.iō nō pōt dici cōditio formaliter impleta,qn̄ implementū præcessit testm̄ testatore ignorāte,& hr̄ pro impleta: quia de effectu testōr cogitauit,ẜm Doc.in dictis locis,& præcipuè Cu.in d §.fi.quia in casu nr̄o arbiter cōcessit seruitutē parti, quę obuenit Paulo: qa aliàs ea parte nō potuisset vti cōmodè,& voluit,ꝙ dicta seruitus extingueret,qn̄cūq; Paulus, aut hęres eius domū Bal.vicinam acquisiuerit.dicitur arbitrum ad effectum habuisse respectum,& de effectu cogitasse, & sic considerauit acquisitionem

tionem dictæ domus, pp quã nõ indigebat amplius dicta ser-
uitute, nõ aũt cõsiderauit, qñ acquireretur: & ideo licet sit ac-
quisita p D. Clarã antequã esset hæres: tñ cõditio apposita in
laudo, s. si Paulus aut hrdes, qñcunq; acquisiuerint, haberi dẽt
pro impleta, & dr̃ seruitus extincta. Nec dici põt, ꝙ prædicta
habeant locũ in vltimis voluntatib. in qb. fit lata interpretatio.
3 l. in testis. de reg. iu. & nõ in laudo, qđ interpretatur strictè † si-
cut sñia. l. Herenius. §. Caia de euict. & l. j. C. si plur. vna senten.
quia imò ẽt procedũt quæ dicta sunt in casu nr̃o: vt probatur
ex no. p Bar. in l. 2. de condi. & dem. vbi vult in terminis, ꝙ d. l.
hæc cõdõ. §. fi. cum seq. & qđ ibi hr̃, locũ habebat ẽt in cõtra-
ctib. & sic ẽt in illis cõdõ impleta tpe cõtractus, si cõtrahẽtes
ignorẽt, hr̃ pro impleta, ₰m eũ, p d. §. fi. & tñ ẽt in cõtractib. fit
interpretatio stricta. l. quicquid astringẽdæ. de verb. obl. & cõ-
4 firmatur prædicta p † tex. in l. Titius. §. Lucius. de lib. & posth.
vbi, probatur, ꝙ prouisio testatoris cõcepta in vnũ casum ex-
tenditur ad aliũ, in quẽ testõr verisimiliter prouidisset, si de eo
cogitasset, vel si de eo interrogatus fuisset, & ad hoc ẽt illũ tex.
allegat Bar. in l. Gallus. §. & qd si tñ. de lib. & posth. & probat
ex no. per gl. in d. l. tale pactum. §. fi. de pact. quæ idẽ dicit: & q̃
habet locũ nedũ in vltimis voluntatib. sed ẽt in statutis, in cõ-
tractib. & in qualibet alia dispositione, ₰m Bald. & Ang. ibi, &
bñ facit, qđ no. voluit Io. And. in addi. Spe. in rub. de secũ. nup.
vbi concludit, ꝙ si maritus legauit vxori centũ fruenda toto tẽ
pore vitæ suæ, & post eius mortẽ substituit Titium, ꝙ statim
ꝙ vxor transiuit ad secunda vota, admittitur Titius non expe-
ctata morte vxoris: quia testõr Titium post mortẽ vxoris voca
uit: quia putauit, ꝙ ad secunda vota nõ deberet vxor transire,
& si de hoc cogitasset illum, in illum casum ẽt substituisset, &
sic dr̃ cõdõ adimpleta per æquipollens, alleg. l. mulier. in prin.
ad Treb. & l. si mater. C. de inst. & subst. & sic loquitur Io. And.
5 ẽt in cõdõne voluntaria, quã vult adimpleri posse p æquipol-
lens, qñ testator cogitauit de effectu, & idẽ tenet Bart. in auth.
quod locũ. C. si secun. nup. mulier in quibusdã lect. & Pau. de
Cast. & Alex. in d. l. si mater. & Pau. de Cast. in l. si q̃s hæres ita.
de acq. hære. & Alex. & Moder. in d. §. & quid si tñ. & facit, qđ
in simili no. Sal. & Pau. de Cast. in l. ambiguitatem. C. de vsufr.
pariter ergo & in casu nr̃o, in quo arbiter cogitauit de effectu
debet haberi cõdõ pro impleta, & ad istũ casum debet trahi lau
6 dũ, & istud † ẽt deciditur ex no. per Bar. in l. centurio. de vulg.
& pup. circa med. vers. quæro, vtrũ substõ compendiosa facta
per verbũ cõe vulgarem contineat &c. vbi dicit, ꝙ illa substitu
tio compendiosa, si filius decesserit sine filiis, vel qñcunq; de-
cesserit, ex propria verborũ signatione continet vulgarẽ: quia
intelligitur siue decedat ante testatorẽ, & post eius mortem,
& ante testm̃, siue post, alleg. d. l. nec conditio. §. fi. de condi. &
demõ. Cum ergo dicatur in laudo, ꝙ qñcunq; dictus Paulus,
aut eius hæredes acquisierint &c. dicta verba importãt, ꝙ ser
uitus extinguatur, siue hæres acquisierit antequã esset hæres,
vel postea. Nec ob. si forte dicatur, ꝙ Bart. loquitur, qñ testa-
tor dixit, qñcũq; filius decesserit, & sic qñ qualitas adiecta ver
bo aderat tpe mortis filii, quia immo si decesserit post mortẽ
patris, tunc non erat filius: quia per mortem patris desiit esse
talis, & factus est paterfamiliàs. l. pronunciatio. §. familiæ. de
verb. sig. Præterea si dictum esset, qñcunq; hæres meus decesse
rit, sine dubio procederet, quod dicit Bar. & sic substõ locũ ha
beret, ẽt si hæres viuo testatore mortuus fuisset. l. vnica. §. pro
secundo. C. de cad. tol. & tñ tpe quo decessit, adhuc hæres nõ
erat. Sic igitur & isto casu, q̃uis d. Clara tpe acquisitionis hr̃s
adhuc non esset: quia tñ postmodũ fuit hæres Pauli, satis dr̃ ve
rificari ille sermo, videlicet, qñcunq; Paulus aut eius hæredes
acquisierint &c. quia dicta verba præcipuè pp illud verbum,
qñcunq;, comprehendunt omne tps. Et adhuc istud confirma
tur p tex. in l. in substõne. de vulg. & pup. vbi hr̃, ꝙ per illa ver
ba, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo, admittitur ille,
qui semel fuit hæres, licet hæres esse desierit, antequã pupillus
moreretur, & tñ ad illud tps referũtur prædicta verba substõ-
nis. Sicut ergo in casu illo sufficit, ꝙ qualitas præcesserit tẽpus
verbi, cui adiicitur, ita ẽt debet esse satis, vt sequatur sicut in ca
7 su nostro. Nec ob. ₰m Pau. de Cast. ibi, ꝙ † qualitas adiecta ver-
bo debeat determinari ₰m tps verbi, vt in iurib. supra in ꝯriũ
alleg. quia ₰m eum, contrarium procedit in qualitate, quæ est
necessaria ad actũ, sed qualitas, de qua ibi, non erat necessaria
ad actũ substõnis, & sic non erat isto casu necessaria ad re-
solutionem seruitutis cõstitutæ: quia quemadmodũ dicta sub
stõ fieri potuit sine conditione, ita ẽt resolui potuit, & extin-
gui seruitus volente arbitro aliter quã sub dicta cõditione. vel
₰m Are. ibi illa verba, quisquis mihi hæres erit, nõ determinãt
tps mortis ipsius pupilli, sed illud verbum, erit, qđ non impor
tat aliquod tempus determinatum, sed indeterminatũ, & iõ sa-
tis est, ꝙ semel fuerit hæres, nec erratur de tpe, & ad hoc alle-
gat ẽt no. per Bar. in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. sed in le
gib. in contrariũ alle. qualitas respicit determinatũ tempus: vñ
requiritur, ꝙ adsit illo tpe, & ex hoc ẽt in proposito ad con-
trarium datur rñsio: qm̃ qualitas importata per verbum hære
des, de qua in laudo determinat verbum acquisierit, quod nõ
est significatiuum actus disponendi, nec per illud significatur
tps, quo dispositio. i. laudum sumit effectũ, sed sigñat aliud tẽ-
pus separatum ab his, & indeterminatũ: quod expresse patet
ex illo verbo, qñcunque, per quod omne tps includitur, argu.
no. in l. balista. ad Treb. & propterea non requiritur, ꝙ dicta
qualitas adsit aliquo tpe determinato, sed est satis, ꝙ aliquãdo
reperiatur adesse, nec curatur de tempore, vt colligitur ex no.
per Bar. in d. l. ex facto. in tertio casu, dum allegat d. l. in substi-
tutione. & ibi etiam hoc vult clarius Are. vt dixi. Et per hæc cõ
trarium remanet sublatum, vt est dictum. Nec etiam ob. ꝙ d.
Clara posset de dicta domo disponere inter viuos, & in vltima
voluntate, quo casu quia obuenit Paulo, indigeret dicta serui
tute. Quia etiam hoc potuisset contingere, si dictam domum
acquisiuisset, postquam fuit hæres Pauli, quoniam etiam tunc
potuisset illam vendere, & in testamento liberè relinquere, &
tñ certum est, ꝙ isto casu fuisset seruitus extincta: vnde suffi-
8 cit, ꝙ conditio † semel fuerit impleta, etiam si implementũ nõ
duret. l. si quis hæredem. C. de insti. & substi. & d. l. in substitu-
tione. Et ita concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus discontinua in alienatione facta per contractum tacitè imposita non intelligitur, secus si per vltimam voluntatem: seruitus vero continua indistinctè tacitè in parte alienata imposita intelligitur.*

2 *Seruitus continua dat formam & statum rei: aden ut re vendita ea res debeatur, prout est.*

3 *Seruitus continuam causam habens quantum ad iuris effectum non differt a seruitute, quæ causam permanentem habere dicitur, quodque de vna dicitur in altera etiam locum habet.*

4 *Ex ficta constitutione vera dos & vera seruitus causari possūt.*

5 *Statutum de dote constituta loquens, habet locum in dote tacitè constituta.*

6 *Paria sunt quid facere tempore habili vel inhabili conferendo in tempus habile.*

CONSILIVM XC.

AD ea, quæ alias adduxi in fauorem magistri Frã-
cisci, reperio nunc rñderi, sed rñsum non est cõ-
gruum. Dr̃. n. primò, ꝙ seruitus habens etiã cau
sam continuam & permanẽtem nõ intelligitur
regulariter imposita parti vẽditæ, per l. in vendẽ
do. de cõtrah. emp. & ꝙ dicta regula fallit in seruitute tigni im
mittendi & oneris ferendi. l. binas. la 2. de ser. vrb. præd. & ibi
Pau. de Cast. l. quod conclaue. de dam. infec. & per Bar. in l. qc-
quid. ff. commu. præd. & assignatur ratio specialitatis videlicet
ne vrbs deformetur ruinis. l. senatus. & l. cetera. §. j. de lega. 1.
Sed ista responsio non procedit aliquo modo: quia exceptio,
quæ fit a dicta regula non debet restringi ad seruitutem tigni
immittendi & oneris ferendi, sed habet locũ in omni actu ser-
uitutis habentis cãm continuam, & d. l. in vendendo. locum
1 † habet in seruitute habente causam discontinuam, quæ in cõ-
tractib. non intelligitur tacitè imposita, & in hoc differunt cõ-
tractus ab vltima volũtate, ₰m Bar. in l. binas. la j. de seru. vrb.
præd. sed qñ agitur de seruitute habente causam continuam,
tunc nõ fit dr̃ia inter cõtractus & vltimas voluntates, sed indi-
stinctè intelligitur tacitè imposita in parte alienata. vel in par-
te retenta, ₰m Bar. in l. 1. ff. de seru. leg. Imo. Roma. & Pau. de
Cast. in d. l. quod conclaue. qui gñaliter loquuntur de seruitu
te habente cãm continuã, & non specialiter de seruitute tigni
immittẽdi, & oneris ferendi. & istud ẽt vult Bar. expresse in d.

l.binas.la j.in fi.vbi dicit,ꝙ si sit seruitus tigni immittendi, vel oneris ferendi & similia,eo ipso ꝙ venditur vel legatur,intelligitur res vendita vel legata cũ illo onere , per d.l.qđ cõclaue. dũ ergo Bar.dicit similia,apparet , ꝙ nõ restringit se ad seruitutẽ tigni immittẽdi vel oneris ferendi, sed includit ẽt alias similes seruitutes , quæ dñr similes, in quib. est eadẽ rõ.l.qui liberis.in prin.de vulg.& pup. & ibi no. Ang.& oẽs Moder. ꝑut eadẽ rõ est in oĩbus aliis seruitutib.hñtib. cãm continuam. Non.n.illa rõ.s.ne vrbs ruinis deformetur, est vera,sed alia rõ
2 hẽt locũ.Nam qñ est actus† seruitutis habentis causam continuã ex illo res ipsa accipit formam , & assumit sibi quendam statũ & faciem operis,iõ intelligiť res vel pars rei vẽditæ in eo statu,in quo nũc est,vt est casus,iũcta gl.in d.l.1.in fi. de seru. leg.dř.n.in tex.ꝙ si legetur taberna, vt nunc est, ꝙ intelligitur imposita seruitus illius actus hñtis cãm permanentem . & dicit ibi gl.fi. ꝙ in dubio ẽt intelligitur datũ legatũ , prout nunc res est,nisi probetur cõtrariũ , per eandẽ l.in prin.quæ loq̃tur de seruitute hñte cãm continuã, quæ ẽt hẽt locũ in cõtractib. ſm Bar.ibi,& sic expresſè ibi determinatur,ꝙ in dubio res intelligiť vẽdita vel legata,prout nunc est:& ex hoc intelligiť imposita seruitus hñs causam continuam : quia ex illa res ipsa vel pars rei accipit formam & statũ, seu quandã faciem, quæ rõ nõ tm̃ hẽt locũ in seruitute tigni immittendi, vel oneris ferendi,sed ẽt in qualibet alia seruitute hñte continuam cãm puta stillicidii,& eadem rõne luminis recipiendi: esset.n.fatuũ dicere,ꝙ vendita parte domus,in qua caderet stillicidiũ alterius partis,ꝙ illud deberet amoueri,si nõ esset expresſè reseruatũ, & ꝙ nõ intelligatur ĩ dubio dicta seruitus ꝯstituta, & tñ vrbs nõ deformatur per rationẽ stillicidii , maximè qñ põt alio loco conuerti, quo casu adhuc seruitus dř imposita , sed dicta rõ non hẽt locũ in seruitute habente cãm discontinuã , puta viæ vel itineris:q̃a ex illa res ipsa non accipit formam, nec statum aut faciem operis: ꝓpea intelligatur pars vendita in eo statu, in quo est, tñ nõ intelligitur imposita dicta seruitus. Nec ꝑdictis obst.ꝙ iura loquantur de seruitute tigni vel oneris ferendi:quia hoc dictũ fuit gratia exẽpli , & exẽpla nõ restringunt, sed declarant regulã.l.dãni infecti stipulatio.de dam.infe.Nec ẽt ob.ꝙ Bar.in d.l.quicquid. solũ de illa loquatur:quia supple tur dictũ eius per id,qđ ipse dixit in d.l.binas. in fi.vbi ẽt idẽ dicit de similib.& ꝑ hoc ẽt rñdetur ad dictũ Pau. de Cast.in l.binas.la 2.de ser.vrb.præ.q̃a eodẽ mõ eius dictũ venit supplẽdũ, & tanto magis:q̃a allegat no.ꝑ Bar.in d.l.1.de serui.leg.q̃ loq̃tur indistinctè de qualibet seruitute hñte cãm cõtinuã.& idẽ ẽt facit Pau.de Cast.in d.l.quod cõclaue. Scđa rñsio est ẽt minus rõnabilis,dũ dř,ꝙ Bar.in d.l.1.& Doc. in l.qđ cõclaue.loquũtur in seruitute habẽte cãm permanentẽ,sicut est seruitus tigni,& oneris ferendi,non aũt in seruitute habente cãm continuã & quæ differt a præcedẽti,ſm Bar.in d.l.foramen. qm̃ li
3 cet† vna sit diuersa ab altera,vt ꝑ Bar.ibi,tñ in effectu,& quantum ad iuris effectũ seruitus hñs causam ꝯtinuã , nõ differt ab alia,quæ dř habere cãm permanentẽ,sed quod de vna dř,locũ ẽt hẽt in altera.d.l.foramen.& hoc non negat ibi Bar. & in l. 2.C.de serui.immo tex.in d.l.foramen. appellat seruitutẽ stillicidii, & aliam similem habentẽ vsum interpellatũ perpetuã & non continuã,& quantũ ad id,de quo agitur, Bar.in d.l.1.nõ facit hãc dřiã:dũ dicit,ꝙ tex.hic loquitur de domo sustinente onus seruitutis habentis cãm cõtinuam . & dũ rñdet ad d.l.in vendendo.dicens, ꝙ loquitur in seruitute , quæ non hẽt cãm continuã,ex qua rñsione cõstat clarè,ꝙ intentio Bar.est,ꝙ solũ sit dřia inter seruitutẽ habentẽ cãm cõtinuam & discontinuam:& nõ inter cãm permanentem & cõtinuã . Istud ẽt vult Imo.in d.l.qđ cõclaue. in fi.vbi non loquitur de seruitute habente cãm permanentẽ,sed de habẽte cãm cõtinuã.& vult, ꝙ illa intelligatur imposita, & ꝙ in hoc differat a seruitute habẽte cãm discontinuã,& nõ ab habẽte cãm permanentem. & idẽ vult ẽt Pau.de Cast.qui primo dicit,ꝙ ille tex. loquitur in seruitute habente cãm continuam & permanentem,& deinde loquitur alternatiuè de seruitute habente cãm permanentẽ , vel continuam,& sic quantũ ad hoc nõ est dřia inter vnam & alteram,& quantũ ad effectũ iuris , sed dřia solũ cõsistit in vsu facti. Atq; ẽt idẽ apertè dicit Rom.ibi,qui facit differentiã inter seruitutẽ habentem cãm perpetuam & momentaneam, quod aliud non importat, nisi ꝙ seruitus habens cãm cõtinuam differt in hoc ab illa,quæ habet cãm discõtinuã.Et si prædicta differentia quantũ ad hoc procederet,seruitus stillicidii recipiẽdi nõ diceretur imposita,qđ nullus concederet:quia quamuis stillicidium sit permanens,illud nõ est seruitus, sed instrumentũ ad vsum seruitutis, quæ seruitus cõsistit in recipiendo aquã cadentẽ ex stillicidio. Præterea seruitus luminis recipiendi dicitur ẽt habere cãm permanentẽ,& non minus quã tigni immittendi: quia continuo recipitur lumen ex fenestra,si facto hoĩs non impediatur, & tam de nocte quã de die , & licet de nocte minus recipiatur,tñ ex toto non impeditur:vñ ex hoc non dicitur vsus impediri: quamuis minus possit percipi : vt est expressum in d.l.binas.& ibi no. Bal.& Ang. nec est in cõsideratione,ꝙ fenestra possit claudi:quia tunc lumen non impediretur ex natura seruitutis,sed per accidens,& facto hoĩs, aliàs ẽt seruitus tigni immittendi & oneris ferendi nõ diceretur habere cãm perpetuam: quia ẽt vsus ille posset impediri hoĩs facto, & sic clarè cõstat,ꝙ ista rñsio non est iuridica,& contra mentem Docto.Tertiò rñdetur,ꝙ statutũ vult, ꝙ fenestra nõ possit retineri in muro proprio, qñ aliunde quis põt lumen recipere,ergo multo minus in cõi.Nec obst.ꝙ statutum dicat,nisi quis habeat fenestram iure seruitutis &c. quia intelligitur de seruitute expresſè cõstituta, & nõ tacitè:sicut dř, ꝙ statutum disponens,ꝙ maritus lucretur dotẽ cõstitutam,non habet locũ in dote cõstituta tacitè sed expresſè,ſm Rom.consi.314.In casu propositæ consultationis &c. Sed nec ista rñsio procedit aliquo mõ:quia statutũ non loquitur de seruitute constituta, quo casu posset dubitari , vtrum intelligatur de constitutione ẽt tacita vel de expressa tm̃,sed loquitur statutũ de eo, qui hẽt fenestram iure seruitutis,quæ verba proprie verificantur, siue habeat tacitè siue expresſè:quia vtroq; casu verè habet,& non fictè:quãuisetiam constõ tacita esset ficta,& non vera:quia ex
4 ficta constitutione põt† vera dos causari, & vera seruitus:sicut etiam ex ficta traditione acquiritur vera possessio. l.certè.§.1. de præc.& no.Bar.in l.ab emptione.in fi.de pac.& in l.si is qui
5 pro emptore.in vlt.char.de vsuca.Præterea falsum est,†ꝙ statutum loquens de dote constituta nõ habeat locũ in dote constituta tacitè,immo ẽt locũ hẽt illa,ſm Pau. de Cast. expresſè in l.si mulier.sol.matr.qui dicit, ita consuluisse, & ita iudicatũ fuisse.& idem vult Raph.Cum.in consi.109.D.Ioanna de Mediolano &c.qui vult, ꝙ statutũ de dote lucranda locũ habeat, nedum in dote expressa , sed etiam in tacita & præsumpta:q̃a & illa est dos verè,nec contrarium dicit Rom. in d.consi.114. Secundo dixi , ꝙ ex conuentione facta inter do.Baptistam & magistrum Franciscum de diuidendo domum per eos emendã cũ cõmodis & incõmodis erat imposita seruitus de qua agitur arg.d.l.1.in fi.de serui.leg. Ad quod ẽt pars aduersa conatur rñdere. Et primò,ꝙ non põt dici ex hoc seruitus imposita: q̃a isti tꝑe conuentionis adhuc non erant dñi: quia domũ non emerant. Sed ista rñsio cũ reuerentia est friuola:quia dicta cõuentio de diuidendo cum cõmodis & incõmodis fuit collata in tp̃s post factam venditionem, & sic post dñiũ quæsitum , & sic perinde est,ac si post emptionẽ, & postquam erant dñi fa
6 cta fuisset cõuentio,quia paria † sunt,aliquid facere tꝑe habili vel tempore inhabili,& conferre in tempus habile. l.in tẽpus. in prin.de hær.inst. Et minus ẽt procedit secũda rñsio,ꝙ dicta verba possunt intelligi de seruitutibus iam impositis, quæ debebantur huic domui ab aliis domib. vicinis , vel quæ debebantur ab ipsa domo vicinis ędibus,qm̃ istud est contra tex.in d.l.1.ff.de serui.leg.vbi probatur,ꝙ per illa verba, vti nũc sunt, intelligitur etiam imposita de nouo seruitus , habens causam continuam alteri domui,vel alteri patri domus eiusdem domini,quem tex.in alio consi.induxi ad propositum nostrum. Ex quibus clarè apparet,ꝙ allegata prius pro parte magistri Francisci sunt vera , & quòd ex responsionibus prædictis non sunt sublata. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus pactione & stipulatione constituitur.*

2 *Originale quando differt à scriptura authentica data a notario parti, statur originali.*

3 *Alternatiua posita inter genus & speciem stat expositiuè, ponitur que pro id est.*

4 *Differentia est inter seruitutem luminum, & seruitutem, ne luminibus*

minibus officiatur, quæ ex modo loquendi, & ex qualitate loquendi discernuntur.

De natura aduersatiuæ dictionis, sed, est, quòd qualitates casus præcedentis in sequenti repetitæ intelligantur.

CONSILIVM XCI.

SVPER his, quæ proponuntur, prima facie dicendũ vr̃, quod in curtili, de quo agitur, nõ possit ædificari: vt vr̃ probari ex diuisione, & ex verbis illis, videlicet, hac tñ lege & conditione apposita, ꝙ ipsa do. Catharina, vel sui hæredes vllo vnquam tpe, per se vel alios mõ aliquo non possint obscurare, & ædificari facere in curtili dictæ domus, adeo ꝙ ex fenestris, quæ sunt in sponda cõi præfata, lumẽ haberi nõ possit, sed ipsum curtile spatiosum, & sine aliquib. obstaculis stare hẽat & debeat &c. Ex quib. verbis cõstituta vr̃ seruitutis, ne luminib.
1 †officiatur, q̃ dẽt cõstitui pactione & stipulatione. §. fi. insti. de serui. per quã vicino vr̃ quæsitũ ius, vt nõ liceat D. Catharinæ altius ædificare, atq; ita minuere lumina ædificii vicini. l. luminũ. in fi. de seru. vrb. præ. & l. inter seruitutes. eo. ti. ibi, ne lumina cuiusquã obscuriora fiãt, quodcũq; igitur faciat ad luminis impedimentũ, ꝓhiberi põt &c. & seruitus ẽt altius non tollendi ex verbis prædictis cõstituta, ex quo sonãt, ꝙ in curtili non possit ædificari, & ꝙ curtile remanere dẽat spatiosum, & sine aliquib. impedimẽtis, & ꝑpea si in illo ædificetur, debet opus tolli & abradi sumptib. ædificãtis. l. si in ædibus. C. de seru. & q̃ ẽt sic potuit imponi. l. & q. duas. de seru. vrb. præd. Sed istis nõ
2 obstantib. cõtrariũ puto verius. Et præmitto prius, ꝙ † vbi est differentia inter originalem. i. matricẽ scripturã notarii, quæ remansit apud eũ, & scripturã in authenticã formã datã parti, ꝙ stãdũ est scripturæ originali & matrici: vt legit & no. in aut. de tabellio. in §. illud. & in l. si q̃s ex argentariis. §. prætor. & ibi no. Bar. & alii, de edẽ. & per Bar. in l. Sempronius Proculo. de leg. 2. & in l. si librarius. de reg. iu. & Bal. in l. Imperator. de statu ho. & Ant. de But. & Abb. in c. ex lr̃is. de fide inst. Quia igit̃ verba instr̃i releuati, de quib. supra in quibusdã reperiunt̃ differre a verbis prothocolli, & cui est magis stãdũ, vt dixi, ideo circa expositionẽ & declarationem verborum illius insistã, in quo dr̃. hac tñ lege, ꝙ d. do. Catharina, & sui hr̃des nõ possint per se vel aliũ obscurare vel ædificari facere in curtili dictæ domus, & sic inter verbũ obscurare, & verbũ ædificari facere, ponit̃ alternatiua vel, & in instr̃o in publicã formã redacto, apposita est copula, &, quia ergo verbũ ædificari facere, est speciale, & verbũ obscurare, est gñale: quia sub illo cõtinetur oĩs modus obscurandi proueniens ẽt aliũde, quã ex ædificio, puta si ibi ponerent̃ arbores, vel quid aliud, ꝑꝑ qđ obscurarentur lumina, & quæ plãtatio arborũ nõ dr̃ ædificiũ, nec continetur sub prohibitione ædificãdi. l. ædificia. de seru. vrb. præd. idcir-
qui testa.fac.pos. Ad hoc tñ rñdetur, ꝙ istud posset esse verũ, si aliter non probaretur, ꝙ Annibal fuisset furiosus tempore diuisionis:sed ex quo apparet, ꝙ ét tunc erat mente captus, vt probatur per testes,& quia ita est ét pronunciatũ,& per iudicē declaratũ,non valuit diuisio, neq; testm̃ : & ita apertè probatur ex no. per Bal. in d.§.quod obseruari.qui postquam dixit, ꝙ si quis litigat cũ aliquo tanquam cũ curatore alicuius, præsumitur illũ esse minorem. subdit immediatè se credere ꝙ si probaretur maior ætas, eo ipso appareret de creatione cura toris fuisse nullam, & non posse ex hoc consequi aliquam viã ad integrũ restõnem petendã. l.Seiæ. de tuto. & cu.da. ab his. ergo econuerso, licet quis contraxerit cum aliquo tanquã cũ hoie sanæ mentis,& ex hoc præsumeretur, illum esse talem:si tñ probatur,illum fuisse fatuũ,pro fatuo debet haberi, & tractari, & idem ét si do. Carolus confessus fuisset expresse, D. Annibalem tpe diuisionis fuisse sanæ mentis: quia stante depositione testiũ,& iudicis declaratione in contrarium nõ præiudicaret illa confessio do.Carolo per prædicta. & pro hoc.l. in confessionibus. & l.qui seruum. de interrog. acti. & l.inde Neratius.§.fi.ad l.Aquil.Præterea confessio ista non probatur per instrm̃ illud,in quo continetur:ex quo alius notarius, qui ét de dicta diuisione rogatus fuit,de dicta cõfessione in suo instrumento nullam facit mentionem,vt bene probatur in l.Pedius.de arbi.vbi si fit cõpromissum in duos,& vnus sit inhabilis & incapax, etiam quo ad alium non valet compromissum, & sic vtile illo casu vitiatur per inutile: quia actus ille est indiuiduus ex intentione partiũ,hoc est,quia non sunt partes cõfisæ de vno tantum,ſm Bar.in l.græcè.§.illud.de fideiuſ.& Doc. cõiter in l.j.§.sed si mihi.de verb.ob. Idem ergo & in casu isto, in quo fratres voluerunt,duos notarios esse rogatos de dicta diuisione : quia de vno solo nõ sunt confisi : propterea in eo, in quo vnus solus plus dixit, sibi non creditur. & facit, quod no.Bal.in l.falsus.in antepen.col.ver.ad tertiã particulam &c. cũ seq.C.de fur. vbi concludit,ꝙ si quis producit duo mandata in diuersa forma confecta eadem die,nec apparet de prioritate vel posterioritate,ꝙ præualet illud, quod tribuit minorē bailiam,per l.Sempronius Proculo.de leg.2. & l.diem proferre.§.si plures. de arb. sic & in casu nostro debet atendi instrm̃ quo ad dictam cõfessionē, in quo de illa non fit mentio : quia propter hoc dr̃ minus continere quàm aliud.Nec obst.ꝙ do. Carolus dicat Annibalem adiuisse hæreditatem patris, & bona hæreditaria possedisse vsq; ad mortem: quia licet ex tali cõfessione dicatur constare, ꝙ tpe aditionis fuerit sanæ mentis, non tñ dicitur confessus, ꝙ esset in tali statu tempore diuisionis & testamenti.l.at si quis.§.plerique.de religi.& sum.fu.nec etiam præsumitur in eodem statu perseuerasse, ex quo probatum est de superuenienti furore:quia contra præsumptionem iuris admittitur probatio in contrarium. l. cũ de indebito.in prin.de prob. nec ét ex hoc ꝙ possederit Annibal vsq; ad mortem,probatur, ꝙ tpe diuisionis & testamenti esset sanæ mentis:quia qñ adiuit, potuit acquirere possessionem, quam retinuit,licet furor superuenerit.l.si is qui animo. de acq.pos.quã tñ de nouo post furorem acquirere non potuit.l.1.§.adipiscimur.de acq.pos. Non ob. præmissis, ꝙ dicatur nũc appellatũ a prædictis decretis ꝓ partē aduersam tanquã hæredem Annibalis,sicut vr̃ ab illis posse appellari.l. 1. §.solent. qñ appe.sit. quia aut dicit Annibalem fuisse sanæ mentis,& ille fuit exclusus a facultate appellandi per lapsum temporis, iuxta auth.hodie.C.de tempo.app.& no.in c.non solũ.de appel. in 6.& per Bar.in l.2.de appel.rec. & per no.per omnes in l.arbitrio. qui satisd. cog. Et quamuis tempus currere non incipiat nisi a die scientiæ, ſm Bal. in j.col. & per eum in l.si ab eo.C.qũo & qñ iudex per gl.Bar.& alios in l.1.§.fin.qñ appel.sit.tñ dr̃,ꝙ saltē vltimum decretum, in quo ét primum fuit confirmatum, fuit notificatum dicto Annibali, & etiam vbi dicta notificatio nõ reperitur facta,aliter tñ transiuit in notitiam d.Annibalis,hoc
7 est† propter proclamata facta in locis publicis de dicta datione curatoris,& bonorũ interdictione,ex qua præsumitur sciētia,& no.l.si pupillus.§.proscrib.de instito.& per Pau.de Cas. in d.l.is cui bonis.de verb.obl. & etiam talis scientia & notitia sufficit absq; alia notificatione,vt no.in cle.causam.de elect.& l.1.§.fi.de act.emptio.& l.1.§.fi. de do.præleg. Ergo Annibal fuit exclusus adhuc viuens a facultate appellandi:hæres etiam eius appellare non potest tanquam hæres,nec etiam tanquam alius, quia sua non interest aliter vel alio modo. l.a sententia. de appel.& l.2.in prin.de appel.reci. Si vero dicatur Annibalē tunc temporis verè fuisse mente captum, & sic,ꝙ tanquam fatuus non habuit notitiam de dictis decretis:quia æquiparatur absenti,& ignoranti.l.2.§.furiosus.de procu.& l.2.§.furiosus. de iure cod.& l.sed si vnius.§.filio.de iniur.& pars,quæ hoc allegaret,seipsam excluderet:quia testm̃ talis nõ valeret.l.furiosum.C.qui testa. fac.pos. Præterea si appellatio procederet iudicium inchoatum staret in suspenso,& nõ posset fieri immissio in possessionem petitam pēdente dicta appellatione: quia nihil debet innouari.l.1.& per totum.nil no.appel.pend.& d. c.non solũ,de appel.in 6.Item non ob. ꝙ dicta decreta nõ fuerint registrata,& incamerata:quia statutum loquitur in sentētia,quę differt a iudicis decreto,ſm Bar.in l.nec quicquã.§.vbi decretũ.de offi.procons.& leg.& ad hoc, quia statutũ tanquã exorbitans nec exceditur,per no.in auth.quas actiones. C.de
8 sacros.eccl.Restat videre,vtrũ per† dictam diuisionem factam inter do. Carolũ & Annibalem dicatur renunciatum fideicõmisso.Et in effectu isto casu videtur prima facie dicendũ,ꝙ di
9 catur remissum.Et primo per † illam clausulam ad habēdum, tenendum,possidendum,& quicquid do.Carolo & Annibali, ac eius hęredib.de dictis bonis sibi,vt supra,pro diuiso assignatis,& qualibet eorũ parte & iure deinceps placuerit perpetuò faciendũ &c.propter quam clausulam secuta alienatione non potest ille,in quem facta fuit alienatio inquietari iure fideicõmissi,siue diuidentes fuerint scientes,siue ignorantes ipsius fideicommissi, ſm Bart. cũ quo alij transeunt in l.qui Romæ.§. duo fratres.de verb.obl. per l.si fundum per fideicommissum. de leg.1.Quia ergo Annibal instituit hæredem extraneũ, dicit alienasse bona sibi assignata in diuisione.l.si quis prioris. §.cęterum.C.de secun.nup.& l.peto. §.fratre.de leg.2. per Bar.& alios in l.si ita quis.§.ea lege.de verb.ob.propterea non potest hæres inquietari iure fideicommissi,ſm Bar.in loco præal.Secundò istud confirmatur, nam cuilibet fuit assignata propria portio liberè & pleno iure, per quę verba videtur etiam remissum fideicommissum,per no.per Pau.de Cast.in l.mater.C.ad Tert.vbi dicit,ꝙ ille,ad quē pertinet pleno iure, potest de illa facere,quicquid vult in vita,& in morte.ex no.per Bal.in l.fœminæ.§.illud.C.de secun. nupt. qui dicit, ꝙ plena proprietas est illa, quæ habet in se proprietatem & vsumfructum, & ius alienandi,& dominium absolutum, vt dictum est,cũ potestate alienandi. Si ergo per prædicta verba permissa est alienatio etiam in morte, ergo per dictam hæredis institutionē dicitur remissum fideicommissum relictum post mortem,& facit,qđ vult Alex.in consi.209.Viso summario &c.in 2.vol.vbi cõcludit, ꝙ per talia verba videtur quis renũciasse iuri hypothecæ, quod habebat in re.Et per illa verba videtur concessum mandatum cum libera ſm Bar.in l.creditor.§.Lucius. manda. & in l.procurator, cui libera. de procu. ideo potuit fieri alienatio, ſm eum.Et tanto magis prædicta procedunt:quia apparet, ꝙ prædicti diuidentes habuerunt scientiam fideicommissi.quod probatur : quia legata facta in testamento paterno soluerunt matri & sorori eo modo, quo continetur in dicto testõ, ſm
10 Bar.in d.§.duo fratres.in 3.q. Quib.non † obstantib.contrarium est verius.Nam per simplicem diuisionem certum est,ꝙ non intelligitur renunciatum fideicõmissum.l.cũ pater.§.hæreditatem.de leg.2.ꝙ est verũ,si in diuisione apposita sit clausula de non contraueniendo diuisioni,ſm Bar.& Doct.communiter,in d.§.duo fratres.in 1.& in 2.q.& in l.tres fratres. de pact.Præterea de hoc frustra quæritur,cũ sit probatum, & cõstet,ꝙ Annibal tempore diuisionis esset mēte captus, & sic ꝙ diuisio non valuit.l.in negocijs. de regu.iur. & ex hoc solum tolluntur etiam allegata in cõtrarium. & ad quæ etiam potest
11 rñderi,ét si diuisio fuisset valida.Non ob.igitur,ꝙ † per clausulam ad habendum,tenendum &c.dicatur data facultas alienandi,ſm Bar.& alios,in d.§. duo fratres . in 8.q.quia loquitur, qñ verba fuerunt magis pinguia, videlicet ad habendum & alienandum:& sic qñ specialiter conceditur licentia de alienando,ꝙ factum non reperitur in casu nostro, sed solum dictũ fuit gñaliter, & quicquid placuerit perpetuò faciendum. Primò ergo secuta alienatione non potest emptor inquietari iure fideicommissi,vt dicit Bar.in d.8.q.non quidem,quia renuncia-

nunciatum sit fideicommisso, sed virtute mandati ad inuicem dati de alienando, per iura alle. per Barto. & præsertim per l. si mandato Titij, alias si mandassem tibi. ff. mand. ꝙ patet manifestè, quia Bar. vult, ꝙ hoc sit verũ, siue diuidentes fuerint sciẽtes, siue ignorantes. Et tñ qñ sunt ignorantes, non dr̃ renunciatum, nec renunciari potest fideicommisso. l. de his. de transac. & l. 1. §. 1. quemad. test. aper. & per Barto. in d. §. duo fratres in pluribus locis. & præsertim. in 4. & 6. q. & in l. tres fratres, de pact. Sed alio in casu, quo non fuit dictum in specie ad vendendum & alienandũ, sed gñaliter quicquid illi placuerit perpetuò faciendũ & c. verbũ illud, placuerit, importat arbitrium boni viri. l. Thais. §. sorores. de fideic. li. & ꝑ Bar. in l. si sic. in prin. de leg. 1. cum concor. de quib. ibi per mod. ideo per dicta verba non dr̃ cõcessum speciale mandatũ ad alienandum in præiudiciũ fideicommissi, neq; gñale mandatũ cũ libera, sed simplex mandatũ generale, ẜm Bart. expressè in l. creditor Lucius mand. virtute cuius non dr̃ concessa potestas alienandi. l. mãdato gñali. de procu. & ibi per Bar. & per eũ in l. præced. Vel secundo põt r̃nderi, ꝙ ẽt si dicta verba. s. quicquid placuerit, importarent licentiam alienandi, sicut qñ dictũ fuit ad vendendũ, & alienandum, ꝙ intelligitur de alienatione inter viuos, quæ præuenit casum mortis grauati, in quẽ fideicommissum fuit collatũ, & non de hæredis instõne: quia licet sit alienatio, tñ confertur post mortem testatoris: quia eo viuente non habet effectum, ẜm gl. in l. illa instõ. de hære. instit. & sic dicto casu euentus fideicommissi præuenit dictã alienationem. Ideo per dictam institutionem non præiudicatur fideicommissario, & cui fit præiudiciũ, qñ alienatio præcessit, antequã cederet & veniret dies fideicõmissi, ẜm Bart. in d. 8. q. & non qñ sequitur. Et istud comprobatur. Nam qñ quis est rogatus restituere, q̃cquid supererit, t̃pe mortis potest alienare de bonis subiectis restitutioni. l. Titius. ad Trebel. & in auth. contra rogatus. C. eod. tit. & tamen intelligitur de alienatione inter viuos, & non de illa quæ fit per vltimam voluntatem: quia tunc bona sic alienata dñr extare tempore mortis: quia ante mortem grauati non dñr alienata, ẜm Raph. & Alexan. in d. l. Titius. sic ergo & in casu nostro concessio de vendendo & alienando intelligitur de bonis venditis & alienatis tempore mortis. Et dato ẽt ꝙ intelligeretur de alienatione facta in vltima voluntate, tamen locũ solum haberet, qñ fit titulo singulari, puta legati: & non ex titulo vniuersali institutionis. Et est ratio: quia primo casu ad singularem successorem non transit onus fideicõmissi. l. 1. §. si hæres. ad Treb. & l. fi. §. fi. de contrahen. empt. sed ad hæredem transit, ideo instõ in dubio intelligitur facta ẜm illius naturam: & sic cũ onere fideicõmissi, arg. l. stipulatus. in prin. de vsu. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Non ob. etiã
12 ꝙ pars† sit cuilibet assignata liberè & pleno iure: quia illud verbum, pleno iure, potest aliud importare, quam renunciationem fideicommissi. s. ꝙ assignatio dicatur facta quantum ad proprietatẽ & vsumfructũ, ẜm Bal. in d. l. mater. C. ad Tert. immo hoc verbũ verificatur in illo, qui solũ haberet directũ dñium, ẜm gl. in l. Iulianus. §. Iulianus. el 2. de rei vend. quam ibi multũ no. Ang. & dicit ẽt ibi Bal. referendo Bar. de Capua, ꝙ si hæc verba, pleno iure, ponantur absolutè, ꝙ significant proprietatem, & possessionem: secus si ponantur respectiuè, vt ẽt in casu nostro: quia tunc p̃nt verificari in directo dñio tãtum: vnde valet libellus habentis dñium solũ directũ, si dicat rẽ ad eũ spectare pleno iure: quia intelligitur respectu illius, sicut qñ dicit, ꝙ vna ecclesia pertinet ad aliũ pleno iure: quia intelligitur quantum ad temporalia & spiritualia: & non iure proprietatis & dñij: quia verba intelliguntur ẜm subiectam materiam. Et similter aliud verbũ. s. liberè, non importat isto casu mãdatũ cũ libera, ex quo refertur ad rẽ, cuius dñium est translatũ in illum, cui res conceditur pleno iure, & liberè. l. 1. §. tua aũt gratia. ff. manda. & possunt hmõi verba importare mandatũ cũ libera, qñ esset factũ gratia mandantis, & circa negocium, quod pertineret ad mandantem, quo casu loquitur Bart. in d. l. creditor. §. Lucius. & in l. procurator, cui libera. de procu. In casu aũt nostro verbũ liberè, significat, ꝙ bona assignantur libera ab omni seruitute: quia nõ dr̃ res libera, qñ debetur seruitus: quia per illã de iure minuitur, ẜm Bar. in l. Meuius. §. fundo. de leg. 2. in fi. & in l. 2. §. 1. de act. empt. Item dicta verba p̃nt importare, ꝙ verba assignata non sunt alicui hypothecata: quia alia non dicerentur liberè assignari. l. creditori fundũ. §. prædiũ. de act. empt. & l. emp. & l. ex prædiis. C. de euic. & per Alex. in d. consi. 209. 2. vol. Quia ergo prædicta verba p̃nt multipliciter intelligi, & importare aliud quã renũciationẽ fideicõmissi: vel aliud quã licẽtiã alienãdi bona subiecta restõni fideicõmissi: iõ ꝑ illa nõ dr̃ fideicõmisso renũciatũ, nec fideicõmisso alio modo præiudicatũ: q̃a ẽt illud, quod subiacet restitutioni, potest dici ad aliquem spectare pleno iure. d. §. idẽ Iulianus. cũ l. seq. & hoc ẽt no. ibi Ang. & istud etiã probatur clare ex no. per Bar. in d. §. duo fratres. in 6. q. vbi q̃rit, an per illa verba posita in diuisione, ꝙ vnus remittit alteri omne ius quod habet, vel habere sperat in dictis bonis, videatur remissum fidecommissum a sciente. Et concludit, ꝙ aut dicta verba p̃nt referri ad alias causas, ex quib. contrahentes tẽpore diuisionis sperabant habere in futurum aliquod ius in dictis bonis: puta ex aliquib. contradicentibus præcedentibus, & tunc non referuntur ad ius, quod dependet ex testõ: quia verba gñalia non referuntur ad ius, quod dependent ex illo, per no. in l. tres fratres. de pac. & quia nõ possunt dici cognita & inspecta verba testamenti, ex quo de illo non est facta mentio. Si verò dicta verba nõ possent referri nisi ad ius pendens ex testamento: quia non aderat ius ex alia causa in spe: & tunc intelligitur fideicommisso renunciatum, perinde ac si de illo nominatim esset facta mentio. l. 2. de lib. & posth. & ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia æquipollet affinitati, & amicus agere potest pro amico sine mandato.*

2 *Extraneus repetit expensas factas pro pupillo, nisi fuißet magnus amicus patris.*

3 *Frater potest expensas communi nomine in recuperatione rei communis facta a fratre pro rata petere.*

4 *Ratione coniunctionis donandi animus non præsumitur, sed tãtum consensus.*

5 *Frater tamen præsumitur modicam expensam donare.*

6 *Retentio rei permittitur propter expensas in rei vtilitatem factas, puta retentio castri pro expensis in illius recuperatione.*

CONSILIVM C.

NARRATVR in themate, ꝙ Fabritius & Marcellus fratres fuerũt spoliati quodã castro, pro cuius recuperatione Fabritius in litigando cõi noĩe multas expensas fecit, & pro inuestitura accipienda, ac ẽt in opugnando & expugnando, ac etiã in defendendo dictũ castrũ expugnatum. De duob. quæritur, & primo, vtrũ d. Fabritius possit a fratre dictas expensas repetere pro rata. Secundo, an Fabritius possit vti retentione dicti castri, quousq; dictas expensas recuperauerit. Quò ad primum vr̃ prima facie dicendũ, ꝙ expensas recuperare non possit d. Fabritius: quia rõne coniunctionis, & consanguinitatis præsumitur illas fecisse animo donandi. l. si seruus cõis. §. 1. de dona. inter vir. & vx. & istud. s. ꝙ rõne coniunctionis præsumatur donatio per illum tex. vult gl. in l. quæ dotis. sol. mat. Secundo idem probatur in l. ex duob. §. Titiũ. de neg. gest. vbi frater, qui filiam sororis aluit respectu pietatis a sorore nõ repetit: & in dubio vr̃ hoc fecisse dicto respectu pietatis, ẜm glo. in l. is qui amicitia. eo. tit. Tertio istud confirmatur per l. 1. in fi. C. de neg. gest. vbi dr̃, ꝙ ille, qui sumptus fecit pro affectione domestica, nõ põt vlla ratione illos repetere. Quarto ad idem facit d. l. is qui amicitia. ff. de neg. gest. vbi hr̃, ꝙ expensæ factæ ꝑ pupillo in lite pro dando tutore, vel pro remouendo illo tanquam suspecto per amicũ patris ipsius pupilli, non possunt ꝑ illũ repeti. Si ergo rõne amicitiæ non repetuntur sumptus, ita
1 ẽt cessare debet repetitio ratione cõsanguinitatis: quia † amicitia æquipollet affinitati. l. 2. qui pe. tut. & probatur ex no. ꝑ Cy. & Sal. in l. exigendi. C. de procu. vbi volunt, ꝙ amicus agere possit, ꝑ amico sine mandato: sicut põt cõiunctus ꝑ coniũcto, vt ibi, & idem vult Guli. in l. sed & hæ. in prin. de procu. & Bar. in l. non solũ. §. qui alieno. eod. tit. cũ concor. de quib. per Alex. in d. l. exigendi. & ea rõne, ẜm prædictos: quia affectio pariter cadit in vtroq;, & ꝑꝑ quam coniunctus agere potest sine mandato. Et multo magis erit idẽ tenendo opi. aliorum, qui

qui volunt, ꝙ licet coniuncto concedatur, ꝙ agere possit sine mandato, hoc tñ non permittitur amico, vt voluit Ray. in d.l. exigendi. quia potentior est coniunctio sanguinis quã amicitiæ: qm̃ faciliter tollitur amicitia.l.3.in fi.de adim.leg.nõ autẽ tollitur ius sanguinis. l. ius agnationis, de pac. cum quo multi transeunt, de quib. per Alex.in loco præall. Si ergo, ꝑm prædictos, potentior coniunctio sanguinis & affectio, quæ oritur ex illa, quam coniunctionis affectio, quæ causatur ex amicitia: ex hoc sequitur, ꝙ sicut sumptus facti respectu amicitiæ non repetuntur.d.l.is qui amicitia.de neg.gest.multo minus repeti poterunt sumptus facti per fratrem rõne consanguinitatis. Vltimò ad confirmationem prædictorum facit, quod no. Bar. in l.2.C.de neg.gest.vbi dicit, & cũ eo transeũt alij, ꝙ si extra-
2 neus facit expensas† in lite pro pupillo, regulariter potest illas repetere, fallit nisi præsumi posset cõtrarium ex qualitate personæ: puta si ille, qui sumptus fecit, erat magnus amicus patris pupilli: quia illos repetere non poterit: quia illos fecisse vr̃ affectione paterna, alleg.l.1.eo.tit.& d.l.is qui amicitia. ergo multo magis, vel saltem pari ratione frater ratione consanguinitatis præsumitur expensas fecisse animo donandi, per ea quæ dicta sunt in præcedentibus. Quibus non obstantib. contrariũ, est omnino concludendũ, & ꝙ possit Fabricius pro parte expẽsas repetere, propriè isto casu voluit in terminis Alex. in cõsil.168. Requisitus vt breuibus.&c. vbi quærit, quid si vnus ex duob. fratrib. recuperauit castrũ manu armata occupatũ a Se-
3 nensibus, an † poterit a fratrib. pro rata expensas repetere? Et concludit, expensas esse reficiendas, & hoc si fecit ille expensas cõi nomine, secus si suo nomine tñ. l.fi. si is contra quem. C. de ædific.priu.l.si quis putans.§.siue aũt, cõmu.diui.allegat ẽt. l.qui aliena.§.fi.de neg.gest.& subdit, ꝙ in dubio præsumitur cõi noĩe fecisse, cum [illegible] spectaret ad vtrumq;, nec posset pro parte [illegible], qui sumptus fecit, expediri, quin etiam expediretur pro parte fratris, ad hoc l.post mortem.§.1.l.fi.qñ ex fac.tuto.& probatur ꝑm Alex. quia alràs sequeretur, ꝙ ille voluisset donare partem expensæ, quod in dubio non est præsumendum.l.cũ de indebito.de proba. l.si cum aurum.de solu.& l.eleganter.§.qui reprobos.de pig. act.vel esset præsumẽdu, ꝙ ille habuisset aĩum vsurpãdi partem fratris. d.l.si is contra quem. quod non est in dubio præsumendum.l. meritò.pro soc.& c.fi.de præsump. ꝙ autem isto casu per Fabricium factæ fuerint expensæ cõi nomine ẽt præsupponitur in puncto.quod ẽt est verũ, si cẽpit cõi nomine, agere: quia talis qualitas censetur repetita in aliis actib. sequentib. etiam simpliciter factis, per no. per Bar.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de verb.obli.in pen.col. & in l.qui seruum.per illum text. cum gl. de interrog.act.& per Alex.in l.1.§.nunciatio. de ope. no.nun. & ẽt in dubio censetur fecisse cõi nomine, ꝑm Alex. in d. consi. & vltra eum ista opi.confirmatur: quia frater, qui facit expensam in persona vel in reb. fratris, non censetur fecisse animo donandi, sed repetendi.l.si pro fratre. & l.ob negocium.de nego.gest.& istud etiam vult ibi Pau.de Cast.& Alex. in l.si filius.eo.tit.& l.qui aliena.§.fi.& in l.si communes ædes. ff.eo. intelligendo illa iura distinctè.& istud vult Bar. expressè in l.quæ dotis.sol.matr.col.3.qui dicit, ꝙ in fratre non præsumitur animus donandi, per l.cũ quis decedens.§.nupturam.de
4 leg.3.& per l.cũ maritus.§.fi.de pact.dot.Non † ob.ergo, dum primo dr̃, ꝙ ratione coniunctionis præsumitur animus donandi, ꝑm gl.in l.quæ dotis.sol.matr.per l.si seruus cõis. de dona.inter vir.& vx.quia illa gl.reprobatur ibi ꝑ Bar.cũ quo trãseunt Doct.cõiter, qui dicit, ꝙ ratione coniunctionis pręsumitur solũ consensus.d.l.si seruus.& ex illo consensu præsumpto inducitur donatio, quæ etiam induceretur in extraneo cõsentiente, & qui in hoc solũ differt a coniuncto: quia ille præsumitur consentire, sed in extraneo cessat illa præsumptio. Et iõ oportet, ꝙ de consensu illius aliter constet & subiungit Bart. vt dixi proximè, ꝙ in fratre non præsumitur animus donandi, per iura præall. Non ob.secundo.l.ex duob.§.Titium. de neg. gest.quia ex no.ibi per gl.colligitur rñsio, quæ dicit, ꝙ ex qua-
5 litate expensarũ põt præsumi, ꝙ frater† habuerit animum donandi, iuxta l.vtrũ.de don.inter vir. & vx. vbi distinguitur inter magnam expensam, & modicam. Et ideo de modica intelligitur ille tex.ex mente gl. & ad hoc etiam illam glos. ponderat Alex.in d.l.ob negocium.C.de neg.gest.in fi.& idem vult Ro. in d.l.quæ dotis. Non ob. l.1.in fi. C.de neg.gest.& in l.is qui amicitia.ff.eo.quia dicta iura loquuntur de amico patris illius pro quo fuerunt factæ expensæ:& est rõ: quia tunc videtur expensas fecisse pietate paterna, ꝑm Bar.in d.l.2. C.de neg. gest. & sic dñr factæ tanquam a patre. Sicut ergo pater illas non repeteret.d.l.filius.eo.tit.ita nec iste: sed si ille, qui fecit expensas, esset amicus illius, pro quo expensas fecit, & non patris illius, tunc ex tali amicitia non præsumeretur animus donandi magnã expensam: quia cessat prædicta ratio. sicut frater non præsumitur donare fratri ratione coniunctionis quæ est potẽtior quam vinculum amicitiæ, vt dixi supra. Et per hoc datur rñsio ad no.per Bar.in d.l.2. C.de neg.gest. quia loquitur de amico patris pupilli, & non de amico illius, pro quo fecit sumptus, & inter quos, vt dixi, est diuersa ratio. Secũdo ẽt põt ad prædicta rñderi, ꝙ aut constat, ꝙ frater, qui fecit expensas, non repetit, ẽt magnas.d.l.ex duobus.§.fi.d.l.1.C.de nego.gest. & idem in amico, qñ apparet, ꝙ sumptus fecit per amicitiam patris, & pietate paterna.d.l.is qui amicitia.& facit l.si paterno. C.de nego. gest. vbi vitricus, qui præstitit alimenta priuigno paterno affectu, expensas non repetit.& facit etiam l.alimenta.eod.tit. sed in dubio omnes prædicti vr̃ sumptus fecisse animo repetendi, attenta tñ qualitate expensarum. s. vtrum sint magnæ vel paruæ, iuxta l.vtrum.de don.inter vir.& vx. & no.in d.l.ex duob.§.fi.& ita in terminis declarat & intelligit Alex.d.iura in consi.110. Videtur prima consideratione &c.2.vol.circa secũdum, videlicet, vtrum habeat locũ retentio castri, donec per alium fuerit satisfactũ de expensis pro rata: & omissis argumentis dicendũ est, ꝙ possit dictum castrum retineri, quousq; dictæ expensæ fuerint restitutæ, per no. per Bar. in l.si non sortem.§.si centum. de cond.indeb. dum concludit ad propositũ,
6 ꝙ quis† potest vti retentione propter expẽsas factas, vel aliud debitum contractum propter vtilitatem ipsius rei, per l.in rebus.§.possunt. ff.commo. & l.Paulus. de doli excep. & l. si in area.de cond.inde.& idem volunt Doct.in l.fin. C.commo.& maximè Bal.ibi, & per eum in l.1.C.si ob chyrogra.pecu.& in l.in restituenda.per illum tex.C.de peti.hære.& vltra istos idẽ probatur in l.cum fundus.iuncta glo.de vi, & vi arm.vbi hr̃, ꝙ colonus, qui fecit expensas in re conducta, vt facere potuit.l. colonus.ff.loca.potest fundum retinere, donec fuerint expensæ sibi restitutæ.& ad idem est tex.in l.qui iniuriæ.§.fi. de fur. Et quod possit habere locum retentio castri pro expensis factis in recuperatione illius, vult in specie & in terminis Ioan. de Ana.in consi.32. Vltra alia dubia &c. qui de prædictis non facit mentionem, sed per alia, de quib. ibi per eum, quamuis Moder.in d.§. si centum. alleget dictam decisionem per contrarium, & malè: quia immo vult, quod non teneatur quis restituere, antequam sibi restituantur expensæ, & hoc clarè probatur per prædicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ durante communione, an possint repeti pro rata spectante ad alterum fratrem, & quæ, ibi multa.*
2 *Stipendia debent communicari inter fratres, si sit omnium bonorum societas.num.4.*
3 *Donatio facta a patre in filium in dubio censetur facta ob benemerita.*
5 *Secundum naturam est, vt benefacienti benefaciamus.*
6 *Secundum naturam est, vt quem sequuntur incommoda, sequãtur & commoda.*

CONSILIVM CI.

PRAEMISSA diligenti consideratione, & omnibus maturè pensatis, videbatur prima facie circa dubium, quod proponitur, ꝙ dñs Ioannes co-
1 mes repetere posset omnes expensas, quas † allegat fecisse durante cõione cũ fratre, & ad cõem vtilitatem de suis stipendiis, & propriis pecuniis & hoc pro rata spectante ad dictum suum fratrem, siue tales expensæ factæ sint in reb.cõibus.l.si cões.de neg.gest.& ibi gl.dũ dicit, itẽ no.ꝙ expensas pro parte socii repeto, vt hic, siue sint factæ in cõi lite.l.qui aliena.§.fi.eo.tit.l.ex parte.in prin.famil. erc.siue ẽt debitũ cõe solus soluerit, pro parte repetit.l.siue pro fratre.

C.de neg.gest.& idem si expensum sit pro victu cõi, & in ali-
mentis familiæ cõis,vt probatur in l.ex duob.§.fi.eo.ti.& hoc
procedit,si expensa non sit modica, vt ibi in gl.dũ alle. l.vtrũ.
de don.inter virum & vx.& per Rom.in l.quæ dotis. sol.matr.
& Alex.in l.si negocium.in fi.C.de neg. gest.& sic ẽt circa præ
dicta determinat Bal.in l.filiæ.in 2.col. C.fami.erc. ver.3. no.
&c. dicens,not.ꝙ si vnus frater, puta maior natu ponit lucra
sua, & pecuniã in aptatione patrimonij cõis, vel emit boues
pro colendis possessionib .noĩe suo & fratrũ, ꝙ ista expensa,
recuperari põt a fratrib.pro eorũ portione. & pro concor.alle
gat.l.ex duobus.de neg.gest. vbi,ſm eũ,text. loquitur ad literã
de fratre faciente expensas in reb.cõibus.& subdit Bal. nõ cre
dere,ꝙ expensas in reb. cõibus. & subdit Bal.non credere, ꝙ
expensas alimentorũ imputaret fratribus, nisi fecisset tanquã
administrator eorũ,vel fecisset cũ protestatione, vt ff.de neg.
gest.l.Nesennius.vel appareat alia coniectura, ꝙ non animo
donandi:vt quia reditus bene sufficiebant fratrib.ad alimenta.
Sed quamuis prædictis cessantib.videatur Bal. velle, ꝙ pecu-
nia expensa pro alimẽtis in dubio videatur donata. hoc tñ est
intelligendũ, si expẽsa fuit modica:secus aũt si fuisset magna,
vt probatur in d.l.ex duob.§.fi.cũ gl.& prout vult Ro.& Alex.
in dictis locis. quinimmo Pau.de Cast.in d.l.si negocium vo-
luit,ꝙ talis expensa indistinctè repetatur, & sic ẽt si sit modi-
ca per illũ tex.indistinctè loquentẽ:quia illa distinctio,quę fit
inter magnã & paruã expensam, hẽt locũ inter patrẽ aut ma-
trẽ & filium:sed inter fratres cessat indistinctè præsumptio,ꝙ
vnus videatur voluisse donare. Alex.vero ibi vult, dictã distin
ctionẽ ẽt inter fratres locũ habere vt dixi,per no.in d.l.ex duo
bus.§.fi.ſm quã procedit,quod voluit Bal.in d.l.filiæ.dũ loqui
tur de expensa alimẽtorũ.& vltra Alex. hac distinctione. s.an
expensa sit parua, vel magna, vtitur etiam Bal.in l.si paterno.
C.de neg.gest.& in terminis nostris sic firmat Ang. & Pau.de
Cast.in l.fi.C.de colla. vbi concludunt, ꝙ si post mortem pa-
tris remanserunt duo filii in cõione, & vnus habens magnos
reditus de suo patrimonio consumauit in necessarijs ad vitam
vniuersæ domus,ab alio esse refundẽdũ pro parte, si sumptus
sint magnæ quantitatis:quia non est verisimile illũ donasse.de
proba.l.cũ de indebito.secus si quantitas esset parua. Nam rõ
sanguinis,& affectio præsumptionẽ donationis inducit.l.cum
quid.cũ gl.si cer. pet. & ꝙ repetitio competat in casu nostro,
voluit ẽt Alex.in d.l. fi. C.de colla. dicẽs ꝙ si quis agat contra
fratrem ex illo capite,& ex illa causa:quia expendit vltra dimi-
diam,quam subire tenebatur,& competit repetitio:quia in so
cietate particulari si vnus expendit plus quam alter, potest re-
petere. l.socius q in eo.ff. ꝓ soc.cũ l.seq.l.si vnus.si quid vnus.
eo.tit.Istud ẽt confirmatur ex no.per Bal.in l.si paterno.C.de
neg.gest.vbi quærit, quid si sint duo fratres rustici simul com
morantes,quorũ vnus habeat plures filios,& alter aliquẽ filiũ
non habeat, & fit impensa de cõi nunquid possit ab eo,qui fi-
lios nõ habet,aliquid repeti.& dicit ꝙ non,si aliqua opera re-
cipiebatur ab illis pueris, maximè quæ esset digna alimentis.
sed si non recipiebatur ab eis aliqua notabilis opera: tunc be-
ne posset repeti saltem a parte pupillorũ,per no.ibi,& in l.ali-
menta.eo.ti.Cum igitur do.Ioannes comes,qui de proprio dr
expensas fecisse, nihil in recõpensationẽ receperit, debet illas
posse repetere pro rata pertinente ad fratrẽ. Nec ob. videtur,
si forte dicatur,ꝙ d.Ioan.comes plus expendit de cõi patrimo
nio, vel de reditu illius, quam frater suus propter maiorem
expensam suorũ famulorũ & equorũ, quæ excedebat notabili
ter id, quod frater pro se & sua familia necesse habebat de cõi
erogare. Quia qñ fratres hñt cõe patrimonium, & de illo vel
de creditu eius fit expensa,non est habenda ratio, ꝙ vnus ha-
beat maiorem familiam quã alter, vel ꝙ occasione vnius expẽ
datur plus quã alterius:& ideo in diuisione,vel post,nõ potest
qui minus expendit,ab alio aliquid petere. l.si socius pro filia.
ff.pro soc.& in terminis firmat hoc Pau.de Cast.in d.l.fi. C.de
collat.vbi refert, ꝙ ista qõ accidit in hac ciuitate Paduæ inter
duos fratres, quorũ vnus habebat maiorẽ familiam quam al-
ter,qui erat sine vxore & filiis, & in diuisione petebat refundi
sibi quatenus alter plus expenderat de cõi pro sua familia,cõ-
tra quẽ,dicit ipse allegabatur.d.l.si socius pro filia.& ista pars,
ſm eum,approbatur per bonos & graues viros, licet quidam
maligni suaderent contrarium ponendo scandalum inter fra-
tres. Et per hoc facit,quod in fortiorib. terminis vult Bald.in
d.l.fi.vbi quærit, quid si vnus ex plurib. fratrib. post mortem
patris in cõione remanentibus, habens proprium & separatũ
patrimonium,puta bona materna, expẽdat omnes reditus in
cõib. expensis, nec appareat, qua intentione,an poterit illos
pro rata ab alio repetere,& concludit ꝙ non:quasi ꝙ videan-
tur cõicati vel donati, per tex. in c.1.§.si duo fratres.de duob.
fra.de no.benefi.inuest.& cum eo simpliciter transit Raph.&
Roma.& hoc cõmendant,& putant menti tenendũ. Idem er-
go fortius dici debet,& præsumi, qñ ab vno plus reperitur ex-
pensum,quam ab alio de cõi patrimonio, vt in casu nostro,vt
s.tunc qui minus expendit,ab alio quicquam repetere nõ pos-
sit.Sed tñ præmissis non obstantib.contrarium est de iure ve-
rius.& pro veritate inquirenda præmitto, ꝙ omnes expensæ
imminentes occasione militiæ,puta in famulis, equis, & in si-
milib.spectabant ad d.do.Ioaanem comitem tantum: nec fie-
ri debebãt de suo,& fratrum suorũ cõi patrimonio:si eas non
erat facturus cessante militia, seu casu, quo miles non fuisset.
Istud aũt si probatur: quia ex quo inter dictos fratres nõ erat
societas omnium bonorũ,non tenebatur sua stipendia prædi
ctis do.Io.Co.fratrib.cõicare, & prout non cõicabat, sed illa
pro se potuit retinere,ac retinebat,vt præsupponit gl.in l.cum
duob.§.si inter fratres. ff.pro soc.quæ vult, demum stipendia
cõicari deberet:si inter † fratres sit societas omnium bonorũ.
2 Sicut ergo lucrũ contingens prætextu militæ spectabat in totũ
ad d.do.Io. comitem, ita & omne damnum emergens ex eadẽ
causa militiæ ad illũ duntaxat debuit pertinere:quia ſm natu-
rã est,vt illũ sequant̃ incõmoda,quẽ sequunt̃ cõmoda:& eꝝ.l.
ſm naturã.de reg.iur.Præterea acceptãdo militiã obligauit se
onerib. militarib. l.si duo. de acq.hær.ex quo ergo solus se ad
dictas expensas obligauit,ipse solus de suo,& non de cõi patri
monio eas tenebatur subire, cum hoc sui contemplatione fe-
cerit,& non societatis intuitu,sicut si cõtraxisset aliud æs alie-
nũ,& rem vel pecuniam non conuertisset in cõmunem vtilita
tem,sed id ad proprium cõmodũ cessisset,ipse solus teneretur.
l.iure societatis.ff.pro soc.& no. Doct. in l.omne æs alienum.
ff.eo.tit.Nam recipiendo pecuniam & stipendium propter mi
litiam,& ob id ad dictas expensas, & alia onera se obligando
expressè vel tacitè similiter debet solus teneri,cũ id, quod con
sequitur occasione obligationis contractæ, non cedat ad com
munem vtilitatem, sed ad propriam ipsius recipientis, & hoc
iudicio meo nõ hẽt dubium, & cuilibet debet videri rationabi
le & æquum. Hoc igitur stante & præsuppolito, ꝙ dictæ ex-
pensæ militares non essent cõiter, nec de cõi patrimonio mi-
nistrandæ,esd per d.do.Io.Co.solũ, & ex suo stipendio adim-
plendæ,ex inde infero,ꝙ cũ dictas expensas frater etiam susti-
nuerit, & de cõi patrimonio exhibuerit voluntariè, ꝙ ab illo
repeti non potest per do.Io.comitem, quod per illũ de suo sti
pendio reperitur expẽsum in reb.cõib.vel ad cõmodum cõio-
nis & fraternitatis,vel pro fratre & eius familia. Quia dicti fra
tres adinuicem cõicasse intelliguntur quicquid eorum quili-
bet pro altero erogauit,seu quilibet eorũ erogasse pręsumitur
pro altero,animo potius donandi quẽ repetẽdi. Et propterea
nec expensæ militares factæ de cõi, quæ de proprio stipendio
do.Ioannis comitis debuerunt fieri,ab eo possunt repeti: nec
ipse a fratre vel eius hæredibus repetere potest,quod pro vni-
uersa eorum familia, vel pro rebus cõibus præstitisse constite
rit de dicto eius stipendio. Istud autem probatur in primis ex
no.per Bal.in d.l.si paterno affectu.C. de neg.gest.vbi vult, ꝙ
si vnus ex fratrib.rusticis sit sine filiis, & alter multos habeat
filios,ac fiat expensa de cõi,ꝙ poterit,qui est sine filiis,a fratre
repetere,quatenus plus est expẽsum pro sua familia, si a dictis
alimentis,tunc nihil a fratre poterit repetere:quia illarum ope
rarum ratio est habenda. & idem tenet Ange. in l.ex duob.de
neg.gest.per l.si id quod.§.1.de don. inter vir.& vx. Sicut ergo
plus impensum non repetit frater, propter dictas operas, seu
propter commodum dictarum operarum, quod econtra rece
perit:sic in casu nostro nõ debet do.Io.co.quod de suo ad cõ-
munem vtilitatem,vel pro fratre, aut eius familia subministra
uit repetere,si tantundem a fratre ad eius commodũ suscepit,
& subministratum extitit. & hoc etiam in terminis voluit do.
Pet.de Vbal.de Perusio in suo tract.de duob.fratri.in 23. q.6.
partis principalis,vbi concludit,ꝙ illud plus,quod est expen-

ſum de cōib.reditibus, poterit ab alio repeti,niſi ille tantundē
præſtitiſſet,per no. per Bal.in d.l.ſi pr̄no.ad idem facit, quod
vult Sal.in l.ſi patruus.col.pe.C.comm.vtri.iudi.vbi cōcludit,
ꝙ ſi vnus ex fratrib.ſimul habitantibus ſit aduocatus, & alter
mercator,& vnus alteri conferat lucra obuenientia ex merca
tura & ex aduocatione, ꝙ inter eos dr̄ contracta ſocietas il-
lorum lucrorum conſumptorum : & ſic pro præterito tēpo-
re,ſed non futuro:quia aliquis eorum in futurum cogi nō po-
terit ad cōicandū lucrum ſuum:fatetur tñ,ꝙ ſi illo anno vnus
cōicat,tenet̄ ēt alius ſua cōicare,ex quo in cōicatione recepit
aliena.Sic ergo dicamus,ꝙ cū quilibet dictorum fratrū inue-
niat̄ de ꝓprio fratri cōicaſſe,ꝙ in perſona cuiuslibet eſſet re-
petitio : quaſi ꝙ ſocietas inter illos contracta intelligat̄ in eo,
quod hincinde per eos expenſum comprehendit̄.Ad idē ēt fa
cit,quod vult Bal.Rapha.& Roma.in d.l.fi.C.de collat.vbi cō-
cludunt,ꝙ ſi vnus ex plurib.fratrib.ſtans in cōione bonorum
pr̄norū cū aliis de fructib. & reditib. ꝓprij & ſeparati patri-
monij fecerit cōes expenſas,non poterit aliquid petere: quia
licet ꝓprietas non ſit cōicata,fructus tñ conſumpti iure ſocie
tatis cōuiuendi cōicati cenſent̄, alle.d.c.j.§.ſi duo fratres. aliàs
eſt in c.2.de duob. frat.de nouo benefi. inueſti. & idem tenet
Ang.ī d.l.ex duobus.& iſta eſt cōis opi.ſm Alex.in d.l. fi. Qua
ergo rōne fructus ꝓprij patrimonij expoſitos ꝓ cōibus ex-
penſis frater non repetit a fratre,eadem rōne non debet repe-
tere pecuniam expenſam in dictam cauſam redactam ex mili-
tia,tanquam ſit fructus illius:quia non eſt dare rōnem diuerſi
tatis.Confirmantur prædicta : quia aut frater do. Ioannis di-
ctas expenſas pertinentes ad cauſam militiæ factas ex fructib.
cōis patrimonii non intelligit̄ feciſſe aīo donandi:cū ſint ma-
gnæ, arg.no. in locis in contrarium alleg.& tunc earum com-
peteret repetitio aduerſus d.do.Io.comitem,vt dicunt doc. in
dictis locis : & ſic expendenti eſſet conſultū per viā repetitio-
nis non minus q̄ do.Io.co.aduerſus fratrem,vel vſque ad con
currentem quantitatem admitteretur compenſatio : quamuis
ēt alter fructus expoſuiſſet,& alius pecuniā:q̄a ex quo fructus
deſierunt extare,debēt eorum æſtimatio,& ſic hincinde debi-
ta eſt quantitas,& pōt habere locū compenſatio,vt not.in l.di
uortio.§.ſi ob donationes.ſol mat.Si vero expenſæ pertinen-
tes ad cauſam militarem in dubio intelligant̄ factæ aīo donan
di ꝑ ſuperius allegata : & ſimiliter ex parte d. Io. comitis p̄ſu-
mitur donatio remuneratoria.l. ſi verò non remunerandi. §.
idē Papinianus.ff.man.faciunt no. ꝑ gl.& doc.in l.ſi donatio-
ne.C.de collat.quæ vult,ꝙ ubi præceſſerunt merita filij ergæ
3 patrē,ꝙ † donatio patris erga filium in dubio præſumit̄ facta
ob merita præcedentia:& ſic ualet,quæ aliàs non valeret.l.do
nationes quas parentes.C.de don.inter vir. & vx. & idem no.
glo.in l.quæ dotis. ſol.mat.dum dicit, quòdin dubio præſu-
mitur donatio ꝑꝑ donationem ab eo receptam,per d.§.idem
Papin.facit,qđ vult Bar.in l.ſiꝗ ante nuptias.eo.tit.vbi conclu-
dit, ꝙ ſi q̄s ſponſalia ꝑ verba de futuro ꝯhat cū muliere, quæ
ſit maior,& ante matrimonium cōtractū eam ducat ad domū,
ac onera matrimonii ſuſtineat, ꝙ interim lucratur fructus rei
traditæ noīe dotis: non quidē ex titulo dotis, qui adeſſe non
pōt,vbi nō ſubeſt matrimoniū.l.fi. C.de dona.ante nup.l.3.de
iure dot.ſed ex titulo præſumptæ donationis:qm̄ mulier, quæ
beneficium recepit a viro, vr̄ fructus eidem ex cauſa remunera
tionis donaſſe : quia benefacienti benefacere debemus.l.ſed ſi
lege.§.cōſuluit.de pet. hære. & hoc caſu ſaluatur, quod voluit
Cy.in l.ſi pro te.C.de do.ante nup.ſic ergo in propoſito, ſi di-
cimus, ꝙ expēſas famulorum & equorū exhibuerit d.Hector,
quæ ſpectabant ad cām militarē,gratia cōicandi & donādi, cū
illas poſſet euitare,vt ſuperius dixi,eodē modo eſt præſumen-
dū,ꝙ do. Io. comes voluit donare, qđ ab eo eſt expenſum de
ſuo ſtipendio:quia iſta præſumptio oritur ex beneficio, quod
recepit a fratre.d.l.ſi vero. §.idem Papi. & per Docto. in locis
præal.& vbi ex parte vnius non eſſet donatio, nec eſſet etiā ex
parte alterius.Et propterea tunc hincinde daretur repetitio &
haberet locū diſpenſatio,ſicuti ēt dictū eſt.prædicta locū hn̄t,
qn̄ inter prædictos ſocios nō fuerit ſocietas omnium bonorū.
ſi verò omnium bonorum ſocii fuiſſent,facilius ēt prædicta ꝓ
cederent: quia d.Io.co. eo caſu obligatus fuiſſet ſua ſtipendia
4 †cōicare.d.l.cū duobus.§.ſi inter fratres.cum gl.& hoc clarius
voluit Bal.& Sal. in l.ſi patruus. C. com. vtriuſ.iudi. dicentes,
ꝙ non cōſideretur in caſu prædicto, an vnus lucretur plus q̄
alius,vel plus ponat in cōibus vſib.quam alius,vel plus expen-
dat quam alius: quia talia in ſocietate generali non attendun-
tur,ſed omnia ſunt æqualiter perficienda, vt ff. pro ſoc.l.ſi ſo-
cius pro filia.Nunc ſupereſt rn̄dere ad allegata in contrariū, &
in primis nō ob.dū dicebatur, ꝙ frater repetit oēm expenſam
factam in reb.cōibus,& circa perſonam fratris & ſuæ familiæ,
ſi modo expenſa nō ſit modica:quia hoc procedere poſſet, vbi
d.Io.comes ſolus de proprio expendiſſet.Nam iſto caſu ceſſat
oīs præſumpta donatio.l.cū de indebito.de prob.& ita decla-
rāt ēt Ang.& Alex.in d.l. fi. C.de collat. ſed vbi tantundem vel
plus recipit a fratre,prȩſumitur hincinde collatorū facta cōio,
& reciproca donatio,vt colligitur ex no.per Bal.in d.l.ſi pr̄no.
affectu.C.de neg.geſt.& per Ang.in d.l.ex duobus. ff.eo.tit.&
5 quia ſm naturam eſt, vt bene facienti † benefaciamus.d.l.ſed ſi
lege.§.cōſuluit.de pet. hær. ideo īter prædictos fratres mutuò
& viciſſim liberalitatē exercentes præſumitur donatio.d.§.idē
Papi.& no.in d.l.ſi donatione.C.de colla.& in l.quæ dotis.ſol.
mat.& per Bar.in d.l.ſi ante.eod.tit.Quinimmo vbi circa perſo
nam fratris & ſuæ familiæ,puta in neceſſariis ad victum,ſolus
d.Io.comes expendiſſet:adhuc tñ illud repetere nō poſſet, ex
quo in cōione bonorū pr̄norū permanebant,& ad vnum pa-
nē & vinū viuebant,ſm Bal.Raph.& Rom.in d.l.fi.C.de colla.
cuius opi.eſt cōmu.ſm Alex.ibi.& per Ang. in d.l.ex duobus.
quamuis aliter dici poſſet,vbi dicta cōio ceſsaret,& conueniē-
di ſocietas, quo caſu quædam allegata in cōtrarium procedūt,
& dato ꝙ d.do.Io.co.intelligeretur cōicaſse vel donaſse, quod
de ſuo expēdit, ex aduerſo quoq; d.D.Hector expenſas, quas
exhibere non tenebatur,repetere poſset,& hincinde cōpenſa-
tio facienda eſset,vt ſupra eſt plenius tactum.Et per prædicta
rn̄ſio colligitur ad no.per Bal. in l.filiæ. C.fa.erc.quia vt dixi,
Bal.loquitur,qn̄ vnus dūtaxat ex fratrib. expendit, & a fratre
nihil recepit:& hoc ēt caſu loquunt̄ Ang.& Pau.de Caſ.in l.fi.
C.de collat.adducti & allegati pro parte contraria,& Bal.in d.
l.ſi paterno.ſ.eo caſu,quo a filiis fratris operas non recepit:ſed
vbi illas fuit cōſequutus,tunc vult earū rōnē habendā, & ceſſa
re repetitionē.& hoc facit pro,& nō cōtra: quia & in caſo nr̄o
habuit do.Io.co.tantundē & plus a fratre.Nec huic ob.dū po-
ſtremò dicebatur, ꝙ d.Hector expenſas, quas fecit, reperitur
feciſse de fructibus cōis patrimonii, & propterea,ꝙ illas face-
re tenebatur,& eas repetere,non pōt,& ꝙ earū non ſit haben
da rō,ꝑ d.c.1.§.ſi duo fratres.de duob.frat.de no. bene inueſt.
& per no.ꝑ Bal.& ſequaces in d.l.fi.C.de collat.quia hoc pro-
cedere poſset,ſi tales expenſæ nō imminerēt ex cā militiæ. Sed
quia d.do.Io.co.habuiſset maiorem familiam, non quidē cau
ſatam ex aliqua obligatione,& ex ſuo facto vel contractu: ſed
quia habuiſset vxorem & maiorē numerū filiorū, & ſic hoc a
caſu potius contigiſset,ſed ex quo incœpit militare, obligauit
ſe ad expenſas famulorū & equorū, ꝑꝑ quas ēt recipiebat ſti-
pendiū,quod pro ſe retinebat, & in proprios vſus conuerte-
bat.Ideo ipſe ſolus ad expenſas imminētes ob id tenebatur:tū
quia eſt ſm naturā,ꝙ incōmodū recipiat ex ea cā,ex qua lucrū
capit. d.l.ſm naturā. de reg.iur. & quia obligationē cōtractā
ad dictas expēſas ipſe ſolus tenetur implere & ſoluere, ex quo
hoc non concernit communem vtilitatem, nec tendit ad com-
modum commune. d.l.iure ſocietatis. ff. pro ſocio, nec iſto
caſu aliquo modo loquitur Bal.& alii, in d.l.fin.ex quibus om
nibus circa præmiſsa concludo, ſicut ex iam dictis deprehen-
ditur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ratione conſanguinitatis donatio præſumitur.*
2 *Incertitudo non vitiat in dote & alimentis.*
3 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
4 *Compenſatio eſt quædam ſolutio.*

CONSILIVM CII.

CIRCA dubium,de quo quæritur,videtur ꝙ do.
Angela tanquā hæres Io.mariti ſui repetere, vel
conſequi non poſsit expenſas, quas fecit Io. cir-
ca Benedictum fratrē ſuū:quia ratione ſanguinis
1 †præſumitur id factum animo donandi.l.ſi ſer-
uus cōis.de dona.inter vir.et vxo.et no.Bar.in l.cū quid.ſi cer.

pet.in q.de eo,qui dixit, tolle istam pecuniam. Et hoc magis procedit,q̃n expédit frater circa personã fratris,puta in alimẽtis,sicut in casu nr̃o, sicut dicimus in alimentis præstitis a matre.l.aliméta.C.de neg.gest.cui quantũ ad tales expensas æquiparatur frater.& ideo,quod dr̃ de matre,locũ haberet in fratre ſm Gul.& Bal.in l.Nessennius.de neg.gest. & Bal.in l.filiæ. C. fam.erc.in 2.col.cũ quo simpliciter transit Alex.in l.si filius.in fi.C.de neg.gest.& probatur in l.ex duobus.§.si Titiũ.cũ gl.fi. ff.eo.tit.quã allegant prædicti.Sed præmissis non obst.contrarium puto verius.Nam Ioannes in diuisione recepit a patre ẽt partem bonorum, quæ de iure cõi peruenire debuisset ad Benedictum.Et promisit illi in necessitatib.subuenire, & de omnib.necessariis ei prouidere.Ioannes ergo alendo pomodũ dictum Benedictum,& expendendo circa personam eius,hoc fecisse præsumitur in dubio,ex causa promissionis præcedentis. l.triticũ.de verb.oblig.& quamuis tex.ille loquatur in simplici promissione facta sine causa,vt.s.præsumatur facta ex causa p̃cedẽti,idẽ tñ est in simplici datione vel traditione,vt.s.ex cã p̃cedenti in dubio credatur facta,quia datio & promissio æquiparantur.l.fi.C.ad leg. Falc.& per prædicta hoc ẽt in terminis voluit Alex.in l.a Titio.in vlt.col.de ver.ob. dũ limitat.l.nunquam nuda.de acq.rer.do. Nec prædictis ob. q̃ Io. esset obligatus,nõ quidẽ simpl̃r, sed prout quidam declararet, & sic q̃ ante illam declarationem non erat obligatus tanquam sua p̃missio esset conditionalis.l. fi.C. de contrah. emp.& l. si quis
2 arbitratu.de ver.obl.Quia† prædicta locum non hñt in alimẽtis, nec in dote, quorum promissionem incertitudo non vitiat,ſm Bar.& doc.in l.j.ff.sol.matr.& Alexa.& mod.in d. l. si quis arbitratu. sicut etiam dr̃ in legatis relictis ad arbitriũ tertij: quia non sunt conditionalia,sed pura.l.j.de leg.2.Idem ergo fauore dotis & alimentorum: & hoc modo etiam arguit Bar.in l.post dotem.sol.mat.Si ergo ex causa prædicta alimenta ministrauit,ex qua teneri credidit,cessat præsumptio dona-
3 tionis: quia in necessitatib. nemo † liberalis existit. l. ad rem legatã.de adim.leg.q̃ ẽt procedit,si adsit solum necessitas,ſm opi.quia cum ab aĩo pendeat credulitas obligationis,attenditur opi.ſm Bar.in l.si is qui putat.de acq.hær. & quia etiã donatio non præsumitur,vbi alia potest coniectura locum habere.l.cum de indebito.de prob.& l.si cũ aurum.de sol.& hoc ẽt in terminis nostris voluit Bal.in d.l.filiæ. C. fami.erci.dicens, q̃ alimenta non præsumunt̃ aĩo donandi per fratrẽ p̃stita, q̃n subest alia coniectura,nec ẽt extra causam alimentorũ est verũ,q̃ rõne consanguinitatis indistinctè præsumatur donatio, ſm Bar.& doc.in d.l.quæ dotis.sol.mat. qui spãliter loquit̃ in fratre,& rñdet ad l.si seruus cõis.de do.inter vir.& vx.Non p̃t ergo Bñdictus,vel hæres suus in donatione aliqua præsumpta se fundare: quia,vt dictũ est, præsumptio donationis cessat. Nec pôt a dictis expẽsis se excusare virtute promissionis ipsius Ioannis,de qua in diuisione.Quia cã,p̃p quã p̃misit, non est sequuta,iõ non tenet.l.2.& pe.& per totũ. de cõd. ob cau.l.2. §.fi. de donat. & quia ex quo illã promissionem impugnauit, nõ p̃t ex ea se fundare,vt in reg.ex eo.de reg.iu.in 6.& l. Papinianus §.meminisse.de inoff.test.& no.Bar.in l.post legatum in prin.de his quib.vt indig. & hoc ẽt locũ hẽt in alia instãtia, maximè inter easdem personas,& in eadem causa, vt.s.nõ possit in ea actu impugnato quis se fundare, q̃n impugnans obtinuit,ſm Inn. & do.Ant.in c.cũ olim.de censi.& ibi ẽt dicit, q̃ nõ pôt se fundare in tacita confessione Ioannis, vel sui hæredis,q̃ resultat ex p̃ductione dictæ diuisionis, allegãdo ad hoc Inn.in c.cũ venerabilis.de excep.quia reprobato & annullato instr̃o intelligit̃ ẽt reprobata dicta confessio accessoria,& cohæsiua ad instrumentũ. Et p̃ prædicta ad oĩa in ɔ̃riũ allegata colligit̃ rñsio clara,poterit ergo do.Angela nedũ consequi dictas expensas agendo,sed ẽt excipiendo:quia cũ sit condemnata ad fructus legitimæ,qui sunt consumpti, & sic cũ teneat̃ ad eorũ æstimationẽ, poterit de quantitate sibi debita occasione dictarum expensarũ opponere exceptionem compẽsationis, vt no.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.sol.matr. quæ opponi potest etiam post sententiam ad impediendum executionem. l.2.C.de compensa.quia ſm Bal.& Sal.ibi:qui compensat, vr̃
4 exequi cum † cõpensatio sit quædam solutio.l.si debitori.qui pot.in pig.hab.& l.si peculiũ §.q̃ si hæredi.de sta.libe. & idẽ vult glo. & omnes doc. in c.suborta.de re iudi. & gl.in c.cum Io.de fide instr.& Bal.in l.peremptorias.C.senten.rescin.non po.cum concor.de quib.per Mod.in d.c.suborta. Non.n.per talem exceptionem dr̃ male iudicatum, & sic nõ impugnatur sententia,sed executio modificatur: ideo post sententiam obiici non prohibetur.l.ex diuerso.§.fi.& ibi Doc.sol.mat.& l.Nessennius.de re iud.& per Bar.in l.1. C.de iur.& fac.ign.idcirco in hoc puncto cõcluditur,vt ex p̃missis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus a minore factus,non seruata forma, an valeat, & an præsumatur dolo factus.& nu.6.& 9.*
2 *Propter dolum præsumptum iuramentum non ligat.*
3 *Quando aliquid directò non permittitur,sed prohibetur, permittitur tamen,quando venit in consequentiam.*
4 *Per legem ciuilem potest induci præsumptio doli & fraudis.& num.8.*
5 *Cõtractus iuratus an annulletur per statutum, & dicitur,quod non neque directò,neque indirectò.& nu.7.*
10 *Confirmatio statutorum refertur ad valida,non ad inualida.*
11 *Clausula,omnia & singula,quid operetur.*
12 *Iuramentum quando debet præstari tactis euangelijs, vel alijs scripturis.*
13 *Minor ætas solum probatur per scripturas.*
14 *Statutum exorbitans, & contra ius non debet extendi.*
15 *Minor qui contrahit cum aliquo bona fide: & iurauit se maiorẽ non potest dicere contractũ non valere ratione doli, nec ex defectu solennitatis.*
16 *Detegens suam turpitudinem non debet audiri.*

CONSILIVM CIII.

8 pus, qa † & ipsa est locatio. l. 1. & 2. si ager vectig. vel emphy. peta. & ita ẽt vult Alex. in consi. 28. in 4. vol. & idem ꝑ̃suppo nit in consi. 17. in eo. vol. vnde ꝑdicta verba sequentia, vt aliquid operentur, non possunt referri nisi ad concessionem ad liuellum, vel in emphyteusim. Et ꝑpea perinde est ac si de dicta concessione facta fuisset mentio expressa. l. 2. de libe. & posthu. l. fundus, qui locatus. de fundo instruc. & ꝑ ꝯñs mandatum quantum ad hoc non dicitur generale, sed speciale mandatũ. Et per hoc tollitur, quod in cõtrariũ allegatur. Nec obstat, ꝙ facultas sit data concedendi ad tp̃s, & non in tertiã generationem, quasi ꝙ vna differat ab alia, vt ꝑ̃supponit Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. 5. quia immo & illa, q̃ fit in tertiam generationem est ad tempus & non perpetua, & vt etiã dicit ibi Spec. sed est ad tempus incertum, & in hoc differt ab illa, q̃ facta est ad tempus certum, & de hac differentia intelligitur dictum Spec. Et vbi generale mandatum dici posset, tñ sub eo contineretur facultas, de qua agitur, quia sic fieri consueuit ꝑ dictum constituentem vel per agentes ꝓ monasterio, aliàs nec ipse emphyteusim concedere potuisset, vt legitur & notatur in c. ex parte. de feud. & in c. ut super. de reb. eccle.
9 non alie. & per Alex. consi. 9. in 3. vol. qm̃ ea quæ sunt † cõsueta, veniunt in generali mandato. l. solutum. §. fi. cũ l. seq. & ibi per Bar. de pig. act. & l. si pignore. §. fi. eo. tit. & per Bar. in l. si procurator. de iu. fisci. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. ꝑ̃scr. & in l. 2. de iurisdi. om. iudi. & Abb. ĩ c. 2. de precar. per illum tex. & ubi etiam hoc, de quo agitur, in hoc vltimo mandato non contineretur, saltem virtute primi mandati ualuit cõcessio in emphyteusim, quod mãdatum quãtũ ad hoc, vt dixi, non inuenitur reuocatũ. Et ita concludo. Laus Deo

SUMMARIUM.

1 *Quarterium ciuitatis statuta condere potest circa ea, quæ ei incumbunt, & circa bona sua.*
2 *Contractus celebratus ab eo, qui habet potestatem legis condẽdæ, habet vim legis, & pacta in eo contenta pro lege allegari possunt, & vide nu. 11.*
3 *Alienatio contra legem facta prohiberi & annullari potest.*
4 *Statutum disponere potest, quòd res alienata contra eius prohibitionem ipso iure proximiori coniuncto applicetur.*
5 *Alienandi facultas regulariter per pactum auferri non potest quò ad dominij translationem, quod fallit, vt ibi.*
6 *Confirmatio principis ex certa scientia & plenitudine potestatis non solũ corroborat actum confirmatum, sed etiam extenditur vltra in eo contenta.*
7 *Cautela apponitur in pacto de non alienando, de qua ibi.*
8 *Dominij translationem impedit promissio de non alienando sub hypotheca bonorum speciali. & vide nu. 25.*
9 *Alienatio nulla redditur virtute iuramenti appositi in pacto*

de non alienando, sed vide nu. 26.

10 *Inferior a principe, ciuitatibus & populis exceptis, statuta cõtra ius commune condere non potest.*

12 *Statutum contra legem habentem clausulam derogatoriam nõ valet.*

13 *Statutis absolutè alienationem prohibentibus derogatũ est per l. dudum. C. de contrahen. emp.*

14 *Lex reprobans simpliciter consuetudinem contrariam, tam inductam quàm inducendam reprobare intelligitur.*

15 *Certa scientia principis operatur solùm in his, quæ sunt iuris, non autem in his quæ sunt facti, quorum notitiam non habuit.*

16 *Clausula, motu proprio, non præiudicat tertio, vbi non apparet de scientia principis.*

17 *Confirmatio principis de aliquo actu, ex certa scientia, vbi referri potest ad actum, qui est contra ius, & actum qui est secundùm ius, ad hoc, non ad illud refertur.*

18 *Rescriptum contra legem habentem clausulam derogatoriam, non valet, nisi de ea fiat mentio specialis.*

19 *Argumentum de pacto ad statutum, & econuerso, quomodo valeat.*

20 *Translatio dominij per contractum ipso iure fieri non potest sine traditione vera vel ficta.*

21 *Decretum iudicis super instrumentis interpositum, ad valida tantùm refertur.*

22 *Per sententiam iudicis sine traditione dominiũ nõ transfertur.*

23 *Iudex non potest prohibere alienationem quò ad dominij translationem.*

24 *Ex verbis resolutiuis contractus quis dominio non priuatur.*

27 *Vtile per inutile vitiatur, quando quid contra, vel in fraudem legis fit, vel quando quis damnum pateretur, si actus pro parte valeret.*

CONSILIVM CIX.

VIDETVR prima consideratione dicendũ, ꝙ alienationes factæ contra conuentionem ipso iure non valeant, & ꝙ dñium rerum ipso iure sit translatũ in ꝓximiores ipsius alienantis de quarterio Marengi ciuitatis Alexandriæ. Et primò:
1 quia cum † dictum quarterium facere possit statutũ circa ea, quæ incumbunt dicto quarterio, & circa bona eiusdem, secundum Bar. cum quo alij transeunt in l. omnes populi. in 3. q. 1. q. princip. de iusti. & iure. & Pet. de Ancha. in c. canonum statuta. in 11. charta. ver. in secunda quæstione licet &c. de cõsti. contractus diuisionis Fraschettæ & pactum de non alienãdo dictam Fraschettam inter eos initum dicitur habere vim legis
2 & statuti: quia vbi contrahitur cum eo † qui habet ptãtem legis condendæ, dicitur ille ɔtractus vim legis habere. l. pe. C. de don. inter vir. & vxo. l. Cæsar. de publica. & ita vult Bar. in l. ciuitas. si cer. pet. qui infert ex hoc in proposito, ꝙ pacta, q̃ fiunt in hmõi contractibus, possunt allegari pro legibus & statutis contra ciues, ac ẽt no. infert, ꝙ si consilium facit sindicũ ad obligandum cõe, & singulos de cõi, ac bona eorũ, ꝙ singuli poterunt perinde conueniri, ac si super hoc fuisset factum statutum. & cum eo transit Ang. & Fulg. & idẽ tenet Bart. in l. 4. §. actor. de re iud. & in d. l. sicut, in prin. quod cuiusq; vni. no. & Bal. in l. 1. §. quibus. eo. titu. & Raph. & Aret. in l. continuus. §. cum quis. de verb. oblig. Si ergo talis conuentio, & pactum de non alienando ꝑ illos de dicto quarterio, est lex inter ipsos, er
3 go potuit † tali pacto annullari & prohiberi alienatio, sicut fieri posset per legem vel statutum, vt per totum tit. de re. eor. & in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & inst. quibus alie. licet uel non, in prin. cũ multis similibus. & ꝑ docto. in l. ea lege. C. de
4 condict. ob caus. & in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. obl. ac † ẽt potuit inducere, ꝙ res alienata ipso iure accresceret ꝓximiori coniuncto, vt patet ex no. ꝑ Io. And. in additio. in rub. de rerum permuta. dum vult, ꝙ statutũ disponere possit, vt res alienata in forensem cõtra ꝓhibitionem statuti applicetur fisco. quod maximè est verum respectu eorũ, q fecerunt statutum, vel qui consenserunt statuto verè vel interpretatiuè, ſm eundem in c. si. de immunita. ecclesiæ l. b. 6. & pro hoc facit glo. in c. cũ aliquibus. de rescr. in 6. q probat, ſm Dominic. & Imo. in c. cum omnes. de constit. ꝙ singuli de vniuersitate ẽt carente iurisdictione, sicut est istud quarterium, ſm Bar. in d. l. oẽs populi. possunt obligare se adinuicem sub pœna ad obseruantiã suorum statutorum: potuerunt ergo singuli de dicto quarterio loco pœnæ pacisci, ꝙ res alienata cõtra prohibitionem alteri applicetur, & ꝙ in illum ipso iure dñium transiret: quia quamuis ꝑ pactum, qđ in finibus meri pacti remanet, ipso iure regulariter dñium non transferatur. l. traditionibus. C. de pactis. Ex pacto tñ habente vim statuti & legis est secus. l. fin. C. de sac. san. eccle. l. cum hæredes. in prin. de acq. poss. & plenè not. in l. si fundum. de fundo dot. ¶Secundò facit. Nã ẽt dato, ꝙ ista diuisio & pacta, de quib. in ea, non valerent in vim legis vel statuti, sed in vim contractus tñ, adhuc tñ dictæ alienationes factæ contra ꝓhibitionem contrahentium valere nõ de-
5 bent in casu nr̃o. Quia quamuis † per pactũ regulariter auferri non possit facultas alienandi, quo ad impediendum dominij translationem. l. nemo. de pact. & per doct. in d. l. ea lege. & in §. ea lege. & in l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. 1. dicta tñ regula fallit in multis casibus. Et primo qñ cum prohibitione hominis concurrit ẽt prohibitio legis. §. sanctissimas. in auth. de aliena. & emphy. & no. gl. in c. verum. de condi. apposi. & in c. licet. de iureiur. in 6. & Bal. in l. 1. in 8. oppositione. C. de pact. Imo. & Mod. in d. §. diui. & est ibi de mente Bar. per l. 2. C. de vsuca. pro empr. & ꝑ Bald. in c. 1. §. ꝑterea. de capit. Conra. Et ꝓpterea ꝑ pdicta dicit Alex. in l. quidam testõ. §. fi. ad Trebel. ꝙ ideo alienatio rei subiectæ restõni fideicõmissi facta cõtra prohibitionem expressam testatoris non ualet, ſm glo. no. in l. cum pater. §. libertis. de leg. 2. & Pau. de Cast. & Moder. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebel. quia ꝓhibitio testatoris concurrit cum tacita ꝓhibitione legis. Cum ergo dictum pactum de non alienando fuerit per illustrissimum ducem Mediolani confirmatũ, & sic cum duplex prohibitio, cõtrahentium, l. & legis concurrat, dicta alienatio non debet valere. Nã dicta cõfirmatio eius, qui legem põt condere, uim legis dr̃ obtinere. d. l. pen. C de donat. inter vir. & vxorem. & d. l. Cæsar. de publi. ꝓ hoc facit: quia natura confirmationis est dare robur confirmato, ſm Bal. in l. aduersus. C. si aduersũ rem iudic. Et ideo quamuis simplex pactum non possit dñij trãslationem impedire: debet tñ quò ad hoc ex confirmatione robur assumere: qa ꝑ hoc confirmatio extendi non dicitur extra illud, quod in actu confirmabili continetur, quæ extensio, ſm Bald. ibi, non ꝑmittitur, & per eundem in l. noĩationes. in fi. C. de appe. & in c. 1. in prin. ꝑ quos fiat inuesti. vbi alleg. no. per Inn. i c. dudũ. de decim. facit ẽt, quod no. Bal. in l. fi. C. de testam. tut. vbi dicit, ꝙ confirmatio superioris supplet defectum solennitatis, defectum formæ, & defectum ꝑsonæ. Hoc ergo pactum non habens vim impediendi translationem dñij ex defectu ꝑsonæ contrahentis, vim in hoc auget ex dicta confirmatione. Et tan-
6 to magis cum facta † sit ex certa scientia, de plenitudine potestatis, vt patet ex ea. Nam ex sola inspectione hoc ꝓbatur secundum gl. fi. in cle. 2. de rescr. quam ad hoc alleg. Imo. in l. fin. in 7. col. a quib. appel. non licet. Et idem dicit Inno. in c. pñti. in prin. de rescrip. & Bal. in c. super qõnum. §. ꝑterea. de offic. deleg. quo casu non solũ roboratur actus confirmatus, sed ẽt extenditur vltra illud, quod in eo continetur, ſm Bal. in terminis in c. ex parte. in fi. de consti. & in d. l. noĩationes. in fi. vt est ẽt de mente Bal. in d. c. 1. per quos fiat inuestit. ¶Secundò dicta alienatio non debet valere. ꝑꝑ iudicis decretum interpositum ex voluntate contrahentium. Nã ſm Bal. in l. fi. C. de pac.
7 inter empt. & vend. qñ fit † pactum de non alienando, cautela est, ꝙ fiat ꝑsente iudice, & authorante, ac ẽt interdicẽte partibus alienationem, per l. si quis sciens, de cõtrahen. emp. & ꝑ eandem legem Bar. etiam in d. §. diui. vult, ꝙ ꝑceptum iudicis impediat dñij translationem. ¶Tertiò: quia in casu alienationis faciendæ actum est, ꝙ translatio dñij facta in alienantem mediãte diuisione resoluatur ipso iure, cũ dictũ sit, & talis sit ipso iure & facto priuatus perpetuò omni iure & commodo dictæ Fraschettæ: quo casu ſm Bal. post antiquos in d. l. ea lege. dñium transfertur in tradẽtem, & alienatio impedit, sicut contingit in pacto legis cõmissoriæ & addictionis in diem, vt no. in l. 1. ff. de dona. in hoc ergo pacto debet idẽ ius esse, cum sit eadẽ rõ. l. illud. ad leg. Aquil. & sic dñium dictæ rei alienatæ ipso iure retransferri debuit in ꝓximiorẽ ipsius alienantis, sicut est cõuentum, q̃uis talis cõuentio sit ẽt collata in tps alienationis ꝑfectæ, vt vr̃ esse casus in l. si cũ venderet. de pig. act.

vbi

vbi dicitur, ꝙ ſi creditor debitore non ſoluente rem pignora-
tam vendiderit, cum pacto, ꝙ debitori liceret rem reemere,
poterit debitor ex tali pacto precium offerre, & rem uendica
re, & ſic dñium in eum ipſo iure transferatur: vnde dicit ibi
Pau. de Caſt. ꝙ q̃uis illud non ſit pactum legis cõmiſſoriæ, vt
no. gl. iuncto tex. in l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. tñ opera-
tur tranſlationem dñij ſine traditione ad inſtar dicti pacti le-
gis cõmiſſoriæ, & addictionis in diem, vt ibi latius ꝑ eum. Si-
cut ergo ex pacto creditoris potuit ipſo iure dñium in alium
iam tranſlatum per vẽditionem ipſum debitorẽ retransferri,
eodem modo alienatione ẽt ſequuta cõtra ꝓhibitione potuit
ex pacto agi, vt ipſo iure dñium trãſiret ad agnatos proximio-
res alienantis. Facit ẽt, quia agi põt, vt dñium, ſit apud aliquem
vſque ad tp̃s, & illo tpe ipſo iure in tradentẽ retrãsfertur. l. fi.
C. de lega. ꝑ quam legem ita dicit Bal. in terminis noſtris in d.
l. ea lege. ergo fieri potuit, ꝙ poſt alienationem dñium tranſi-
8 ret ad alium, & ſic ad agnatum ꝓximum. ¶ Quartò † vr̃ impedi
ri dñij translatio, quia facta fuit ꝓmiſsio de non alienando
ſub hypotheca oĩum bonorum. l. ſi creditor. §. fi. de diſtra. pig.
& no. Bar. in d. §. diui. & in d. §. ea lege. et in d. l. ea lege. et in d.
l. nemo. de pac. et in d. l. qui abſenti. et ꝑ alios ẽt in dictis locis,
et dictam dominii tranſlationem impedit nedum hypotheca
ſpecialis rei alienatæ, ſed ẽt gñalis omnium bonorum, ſm Pa.
de Caſt. in d. §. ea lege. et Alex. in conſi. 59. Viſo themate etc.
9 in 5. vol. Quintò † dicta alienatio vr̃ reddi nulla virtute iura-
mẽti appoſiti in dicto pacto de nõ alienãdo: tum quia ille, q̃
iurat, põt p̃cisè compelli ad factum, ſm gl. in l. ſi pecuniam. de
condi. ob cau. et do. Ant. et Abb. in c. veniens. de iureiur. et per
Abb. in c. ꝑ tuas. de arbit. tum quia iur̃m impleri dẽt in forma
ſpecifica. c. ad noſtram. et ibi no. de iureiur. Quamuis ergo il-
le, qui alienat contra ꝓhibitionem, ſoleat ad intereſſe teneri,
vt no. in locis præalleg. tamẽ vbi iurauit, nõ dẽt ſufficere p̃ſta-
tio intereſſe, quia hoc implemẽtum non eſt in forma, ſed per
æquipollẽs. Et ꝑ hæc, ac ẽt ꝑ quædam alia Are. in d. §. ea lege.
tenet, ꝙ virtute iur̃i ꝓhibeatur et annulletur alienatio. Sextò
p̃dicta cõfirmantur. Nam in caſu noſtro nõ ſolum alienãs cõ
ſenſit, vt res alienari nõ poſſet, ſed ẽt ille, in quẽ fuit alienatũ,
ſi erat de dicto quarterio, cũ oẽs ſimul diuiſerint et conuene-
rint ꝙ dicta alienatio fieri non poſſet. Quando igitur vni de
dicto quarterio cõtra ꝓhibitionẽ alienatur, cũ tam alienans
quam acquirens cõſenſerint, ꝙ alienatio nõ ualeret reſpectu
illius q̃ cõſenſit, nõ dẽt alienatio valere, q̃a ſicut ex cõi cõſen
ſu cõtrahentiũ a cõtractu iam perfecto diſcedi põt. l. iuriſgen
tium. §. adeo. et l. ab emptione. de pac. ita cõi cõſenſu põt mul-
to magis fieri, ꝙ alienatio faciẽda impediat, et nõ ualeat, arg.
l. a patre furioſo. de his qui ſunt ſui, vel alienetur. quemadmo
dum impediretur, quando uterq; fuiſſet ꝓteſtatus, ꝙ aliena-
tio facienda nõ ualeret. l. qui in aliena. §. Celſus. de acq. hær. l. ſi
debitor. §. 1. quib. mo. pig. uel hypo. ſol. regula ergo, qua dici-
tur, ꝙ per pactum nõ põt dñii tranſlatio impediri, locum ha-
bere uidetur, quando alienãs tm̃ cõſenſit, ꝙ alienari nõ poſ-
ſit, ſecus aũt, quando promiſsioni de non alienãdo cõſenſit ẽt
uolẽs acquirere, quia tunc dẽt impediri trãſlatio dominii, &
dẽt acquiri ꝓximiori agnato alienãtis, ut conuẽtum eſt per
utrũque. d. l. ſi cũ uẽderet. & facit l. quoties. C. de don. quę ſub
modo. Sed p̃miſsis non obſtantibus contrariã ſñiam ꝓbabi-
liorem puto, & veriorẽ: eſt igitur (vt ex p̃miſsis colligitur) de
duob. videndũ. Primò, vtrum dictum pactũ de non alienan-
do tãquam vim legis habẽs, vel ſtatuti dñii translationem im-
pediat. Secundò, an vi ſimplicis pacti, vel contractus poſsit di
ctam alienationem impedire. ¶ Circa igitur primum dico, hoc
pactum valere non poſſe in vim ſtatuti: & ↄñr prohibitio alie
nationis in eo contenta non põt dici legalis: q̃a conuentio p̃-
dicta de non alienando eſt contra ius cõe. d. l. nemo. de pact. l.
in re mandata. C. manda. atque ẽt dũ cauetur, ꝙ dñium rei alie
natæ ipſo iure tranſeat in agnatum proximiorem alienantis,
contradicit iuri cõi. d. l. traditionibus. C. de pac. Inferior autẽ
10 † a principe, exceptis ciuitatibus & populis eiuſdem non poſ
ſunt ſtatuta condere contra ius cõe. l. formam. C. de off. præt.
c. cum inferior. de maior. & obed. & in c. quod ſuper his. eod.
tit. & no. Io. And. in addi. Spec. in tit. de elect. in fi. & Old. con-
ſi. 259. incip. Impugnatur electio &c. & gl. in c. cum dilectus.
in ver. conſtitutionum. de conſue. & bene facit, quod not. glo.
in c. fi. de hær. in 6. in verſi. figura. & per Hoſt. & Io. An. in ca.
fi. de officio archipre. ꝑ Ant. de But. & Imo. in c. 1. de tranſlat.
præla. & in d. c. quod ſuper his. & legiſtæ maximè Bald. in d. l.
oẽs populi, in quinta col. & in l. nulli. C. de ſenten. & ꝑ Alex.
conſi. 106. incip. Perſpectis his &c. in prima col. ſecundo vol.
& in l. 1. in prin. quod quiſque iuris, & per alios in locis, de q̃-
bus ibi per eum. Cum ergo dictũ quarterium totum populũ
non repræſentet, vt ꝑ Bart. in d. l. oẽs populi. in 3. q. primæ. q.
principalis, non põt condere ſtatutum etiã ſuꝑ rebus ꝓpriis
contra ius cõe: & ꝓpterea condere ſtatutum non põt perti-
nere ad deciſionem cauſarum, ſm Bart. ibi, quia iuriſdõ eſt a-
pud totum populum, non autem apud dictum quarterium,
ſine qua tale ſtatutum fieri non poteſt, ſm eum ibi, ꝑ no. in l.
1. de iuriſd. om. iud. Similiter ergo dictum quarterium iuriſdi
ctione carens non debet poſſe cõtra ius cõe ſtatuere: quia ſi-
cut legem condere eſt iuriſdictionis, ꝑ no. in d. l. 1. cum con-
cordantib. de quibus ibi ꝑ Ale. ita & legem tollere, arg. l. eius
eſt nolle, de reg. iur. & l. nolle. & l. is poteſt. ff. de acq. hær. & p̃-
ſertim quia alii inferiores, exceptis ciuitatib. ut dixi, habentes
ẽt iuriſdictionem talia ſtatuta condere non poſſunt. Poteſt er
go tale quarterium ſtatutum in concernentib. adminiſtratio-
nem rerum ſuarũ p̃ter ius, puta qualiter pecunia cõis expen-
di debeat, non autem contra ius condere, & ita loquitur Bar.
in d. l. omnes populi. Et ꝑꝑea dici non poteſt, ꝙ pacta de non
alienãdo, & ꝙ dominium ipſo iure in ꝓximiorem tranſeat,
habeant vim legis vel ſtatuti, quia verſatur circa ea, in quibus
dictum quarterium non habet poteſtatem ſtatuendi. Secunda
rõne non poſſunt dicta pacta vim legis obtinere, quia ſuperio
rem recognoſcit quarterium p̃dictum, & primò Illuſtriſs. Du
cem Mediolani & totum populum Alexandriæ. Quod autem
11 dr̃ † ꝙ contractus celebratus ab habente ptãtem legis condẽ
dæ habet vim legis, locũ habet in eo, qui ſuperiorẽ non reco-
gnoſcit de iure vel de facto, ſm Alex. in d. l. 4. §. actor. de re iu
di. & in d. l. ciuitas. ſi cer. pet. ꝑ no. per gl. in l. 1. in ver. deroga-
ri. de fer. q̃ ſm Ang. ibi ꝓbat, ꝙ licet ſñia principis habeat uim
legis, ſecus tamen eſt in ſñia inferioris habentis ẽt poteſtatem
condendæ legis. Ergo idem eſt dicendum in contractu. Ter-
tiò non poſſunt hæc pacta vim legis habere, vel ſtatuti, quia
12 vbicunque † lex cõis habet cluſulam derogatoriam, ſtatutum
contra talem non valet, quia hoc caſu intelligitur ſtatuendi
ptãs ablata, ſm Bar. in d. l. omnes populi. in 3. q. 4. q. prin. Sta-
13 tutis † aũt ſimpliciter & abſolutè ꝓhibentib. alienationẽ tã-
quam irrationabilib. & iniuſtis eſt derogatum, ꝑ l. dudũ. C. de
contrahen. emp. igitur valere non poteſt. Nam dicta lex leges
p̃teritas dictã ꝓhibitionem cõtinẽtes, nedum reprobat, ſed ẽt
futuras, maximè hoc caſu, & hoc vult ibi Saly. dum dicit, ꝙ cõ-
ſuetudo generaliter reprobata permitti põt in certis caſib. per
illum textum cum gl. & ſic intelligit, ꝙ ſtatuta futura per illam
legem ita abſolutè ꝓhibentem alienationẽ intelligunturꝑ di-
ctã legem reprobata. Et hoc etiam clarius dicit, dum immedia
tè ſubdit, ꝙ aliud eſt prohibere, vt res extra conſortes non poſ
ſit alienari: quia hæc eſt grauis iniuria. Et hoc ſtatutum in fu-
turum faciendum eſt reprobatum: aliud eſt, ꝙ poſsit in quẽ-
cunque alienari, ſed ꝙ conſortes vſque ad certum tp̃s admit-
tantur ad reuocandum ꝓ eodem precio. Et quia hoc eſt rõna
bile, non intelligitur ei derogatum, ſm Cyn. ibi. Cum ergo in
caſu noſtro ꝓhibita ſit alienario voluntaria nedum. extra cõ-
ſortes, ſed ẽt in ipſos conſortes, & neceſſaria ſimiliter extra cõ
ſortes ſit ꝓhibita, dr̃ grauiſsimam iniuriam continere, ꝑꝑea
huic ſtatuto dicitur derogatũ per illam legẽ. Et idẽ ẽt ibi Pau.
de Caſt. & ꝙ illa lex ſtatutis futuris dicatur derogare, tenet ẽt
in terminis Cy. in l. 2. in 5. qõ. prin. C. q̃ ſit lon. conſue. vbi di-
14 cit, ꝙ † ſiue expreſsè reprobet conſuetudinem inductã, ſiue
ſimpliciter conſuetudinem cõtrariam, tunc nõ valet conſue-
tudo inducta, vel inducenda, allegat dictam l. dudum. & idem
tenet Imo. in l. 3. de teſta. & Abb. in c. 2. de probationi. & iſta
eſt cõis opinio, vt patet in locis allegatis ꝑ Alex. in l. ſi mihi, &
tibi. §. in legatis. de le. 1. & ꝑ Moder. poſt D. Abb. in d. c. 2. de ꝓ
batio. in quarta col. vbi dicunt, hanc eſſe cõem opinionem. Et
rõ eſt, quia ſi damnatur conſuetudo, ꝑ hoc apparet, ꝙ eſt irra-
tionabilis, & per ↄñs non poteſt de nouo cõtra ius commune
introduci. c. fi. de cõſuet. q̃ rõ locũ habet, ſiue cõſuetudini de-
rogetur gñaliter, ſiue ẽt cõſuetudini p̃teritæ, ſm doctores in
locis

locis allegatis,vbi supra per dictos modernos,de quibus aliter spālem mentionē non facio, qa in dictis locis facile inueniri possunt, q̄ opinio multo magis hēt locum in statutis ēt futuris,ſm Pau. de Cast. in d. §. in legatis. cū quo alij moderni ibi transeunt ꝑ rōnem,de qua ibi per eos.Sed his oībus ostare videtur confirmatio principis ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,quæ in vim legis valere p̄t: quia ptās condendæ legis est apud eum, & qui in terris suis idem pōt, quod imperator vniuersaliter,ſm Pau. de Castr. qui in specie loquitur de duce Mediolani in consi.227.incip.Super primo dubio &c.& ideo quāuis dictum pactum de non alienādo valere non possit in vim statuti ex defectu potestatis personarum, vt quia iurisdictionem non habent,vel quia superiorem recognoscunt: hæc tū cessant in ipsa cōfirmatione. Itē clausula derogatoria, de qua in d.l.dudum.huic confirmationi non vr̄ obstare; quia ex quo de plenitudine ptātis est facta, tollit dictam legē habētem clausulā derogatoriā,vt colligitur ex nō.per Bal. in procmio Decr. ver. Gregorius. in 4. col. dum dicit post Collectarium,ꝙ qn̄ Papa scribit de plenitudine ptātis,nihil p̄t opponi, qđ annihilet gratiam,nisi rescribatur contra ius gentiū, cuius transgressio crimen inducat, ꝑ q̄ verba inferunt q̄dam in specie,ꝙ rescriptum cū clausula,de plenitudine ptātis,tollit omnem legem contrariam,habētem ēt clausulam derogatoriam. ¶Sed tū ad hoc p̄t responderi,& est aduertendum,quia diuisionem,de qua fit mentio in precibus,cōfirmat, ꝓut iacet de verbo ad verbum: & istud nō nocet, q̄a pactum cōtinens prohibitionem alienationis rei diuisæ,differt a diuisione,& est quid separatum ab ea,vt colligitur ex no. ꝑ Bar.in l.Aurelius. §.idem q̄sijt.de lib.leg.per Bar.& doct.in l. 3. §. filius.de lib. & posth. Itē confirmat oīa contenta & specificata in instr̄o diuisionis. Et quamuis per hoc videatur ēt se referre ad dictā prohibitionem: istud tū est falsum ex plurib. Et primò.quia in p̄cib. narratur duntaxat, qualiter Fraschetta fuit diuisa,& sic de diuisione tm̄ fit mentio, ac solū petitur cōfirmatio dictæ diuisionis.

15 De pacto verò ꝓhibente alienationē nihil narratur,nec† eius cōfirmatio petitur: & ideo ad dictum pactū, de quo princeps notitiam non habuit,confirmatio ēt ex certa scientia se nō extendit,& dicta clausula nihil operatur in his, q̄ sunt ignorata, ſm Pau.de Cast.no.in consi.159.incip. Qō ista vertitur. in fi. bene facit,qđ no.Bal.in l.impetrata.C.sent. rescin. non posse. vbi dicit,ꝙ certa scientia principis operatur solùm in his,quæ sunt iuris,de quibus p̄sumitur princeps habere notitiam, non autem operatur in his,q̄ sunt facti, vt sunt statuta & consuetudines,qđ dicit esse no.& ꝑ p̄dicta ita ēt in terminis nostris cōcludit Alex.consi.122.circa fi.incip. Viso puncto &c. 2. vol. & consilio sequenti.Confirmatur ex his, q̄ dnr̄ ꝑ do. de Rota in tit.de confir.vti.vel inutili.decisione j.in nouis, vbi volunt, ꝙ certa scientia non prosit in defectu substātialium, puta incōpetētiæ iudicis,vel falsitatis narrationū,quod intelligit Do. in c.1.de transac.qn̄ de tali defectu substantiali non fuit narra

16 tum principi. Simile † videmus in clausula, motu ꝓprio &c. quæ non præiudicat tertio vbi non apparet de scientia principis,vt no.Rota de rescr.concl.65.Car.consi. 317. ad fin. & in consi. 41.inci Sāctissimus,& Imo.in c.mādatum.pe.col.de rescrip.& Abb.in c.ad aures.& ibi latè per mod.8.col.eo.titu.&

17 hæc est prima rn̄sio concludens.Secundò rn̄detur,ꝙ vbi†cōfirmatio ēt ex certa scientia pōt referri ad actū, qui est contra ius,& ad actum, qui est ſm ius, nunquam operatur in casu, q̄ est cōtra ius,ſm do. Anto.not.in c.dudum. de decim. dicens, ꝙ alibi istud rarò inuenies. & illū adducit ēt in proposito Alexan.in d. consilio. Cum ergo possit confirmatio referri ad diuisionem,quæ non est contra ius,circa illam tm̄ operari dēt, & non circa dictum pactum,ēt si confirmans de eo habuisset notitiam,cum illud sit contra ius. d.l.nemo.de pac. & d. l. dudum.& patet ex præcedentibus,ac ēt ex sequentibus, pro hoc facit optimè, qđ notanter dicūt Bar.& Bal.in l.1. in princ. de his,qui sunt sui,vel alie.iur.per glo.ibi,& Roma. & Mod. in l. quod seruus.de acq. poss. vbi volunt, ꝙ si princeps confirmet oīa priuilegia,vel statuta concessa collegio,vel ciuitati,ꝙ non dnr̄ confirmata statuta,vel priuilegia iniusta,& tamen erat cōcepta illa confirmatio vr̄: quamuis igitur oīa descripta & specificata in dicto instr̄o confirmentur, intelligi tū debet de cōtentis & descriptis in eo iustè, non aūt referri debet ad dictū pactum iniustum & iniquum.d.l.dudū. ¶Tertiò dr̄, ꝙ immo dicta confirmatio cum clausula,ex certa scientia,& de plenitudine ptātis,non tollit.d.l.dudum.habentem clausulam derogatoriam,vt apertè vult d.Abb.in c.nonnulli.in prin. de rescr.& illum ad hoc ponderant Moder.ibi in 4.fallen.ad primam regulam.& hoc tenet, & ad idem allegat Pet. de Anch. in consil. 311.incip.Tres dn̄i magnifici.versus finem. Et ideo quamuis

18 dictum pactum ēt confirmaretur expressè, tū dicta † confirmatio non valeret: quia rescriptum contra legem habētē clausulam derogatoriam non valet,nisi de illa lege fiat mentio specialis.d.c.nonnulli.in prin.& ibi doct.& in c.eam te.de æta.& qual.& in c.fi.de rescr.in 6. igitur patet, ꝙ prohibitio alienationis non impeditur ex eo, ꝙ dicatur facta per legē, sed dato ēt,ꝙ tale pactum,vel eius confirmatio in vim statuti,vel legis valeret,tū huic statuto,vel legi non esset standum,ex quo nunquam fuit vsu statuentium cōprobatum,vt concludunt primi dn̄i consulentes. Et vltra eos in terminis vult hoc Alex. in consi. 18.inci.Visis capitulis &c.in 2.vol. vbi dicit in specie, ꝙ intelligitur derogatum pacto habenti vim legis, sicut est pactū illius,qui potuit legem condere, qn̄ per decem annos est seruatum contrarium,allegat no. ꝑ doct.in c.1.de treug.& pace. Superest nunc videre de secundo principali dubio, videlicet nunquid impediatur vigore pacti. Et similiter est dicendum ꝙ non,allegatis in contrarium non obstantib. ꝑ d.l.nemo. de pact.& quia,vt ꝓximè dictum est,statutum etiam totius ciuitatis simpliciter & absolutè ꝓhibens alienationem non valeret,igitur nec pactum potest valere,quia si pactum valeret,va

19 leret ēt statutum,quia † de pacto ad statutum valet argumentum affirmatiuè,ſm Imo.& Moder.in l.alia.§.eleganter. solu. mat.& ꝯn̄r valet ēt de statuto ad pactum negatiuè,incipiendo a statuto: & sic quod non potest fieri per statutum,nec etiam per pactum: aliàs hoc modo argm̄ non valeret ēt affirmatiuè incipiendo a pacto: negatiuè verò incipiendo a pacto non valet regulariter,quia nō sequitur,non potest fieri ꝑ pactum,ergo nec ꝑ statutum,ſm Bar.in d.l.oēs populi.in 3.q.prin. quia plus pōt statutum,q̄ pactum,ut latè ostendit Bal. in l.de quibus.2.col.de legi. & ꝙ dictum pactum quò ad impediendam dn̄ij translationem non valeat, tenent oēs in d. l.ea lege.& in d.§ ea lege.& in dicta l.filiusfamiliàs.§.diui.& in d.l. qui absenti.nec in alium potuit transferri, tum quia translatio facta est post alienationem perfectam,cū dicatur,ꝙ ille,qui alienauerit &c. ac etiam ꝙ pars alienata &c. & sic per participium p̄teriti t̄pis,quod in relatiuum resoluitur,& verbum dicti temporis,ſm gl.in cle.1.in ver.dignitatibus.de p̄ben.& Bar. in l. Cēturio.in ea q̄one,qn̄ sunt substituti pauperes Christi, de vulg. & pup.quæ trāslatio post dictam alienationem perfectam fieri non potuit.l.si Stichus seruus de manumis. testa. & ꝑ Bart.

20 & alios in locis præalleg. atque ēt quia † sine traditione vera vel ficta, puta cōstituto, non potuit ꝑ uiam contractus dicta pars in alium ipso iure transferri,ēt si facta esset translatio, statim ꝙ ad actum alienationis deuentum esset,ſm doct. maximè Bar.in dictis locis, vbi vult expressè, ꝙ hoc casu ita demū dominii translatio impediatur,si prohibitus dicto casu adueniente constituit se alterius noīe possidere, & non aliter. Et est ratio,quia (vt statim dicetur) ꝑ uiam contractus non pōt ipsum dominium in alium transferri, & hoc etiā clarè firmat Pau.de Cast.in consi. 146. incip. Super puncto &c. in primo dubio. Sola igitur difficultas est in respondendo ad allegata in contrarium. Non ob.igitur primò, ꝙ in casu concurrit ꝓhibitio legis, i. principis cōfirmantis & ꝓhibitio hominis &c. Quia negatur,ꝙ confirmatio concernat pactum de non alienando,vt per plura est superius demonstratum. Item ꝓbatū est,ꝙ talis confirmatio vbi ēt pactum respiceret, nō ualeret, quia est contra legem habentem clausulam derogatoriam,de qua non est facta spālis mentio,ut fieri debuit. Non ob.dum secundò dicebatur, ꝙ ꝓhibitio est confirmata iudicis decreto,ꝑ no.ꝑ Bar.in d.§.diui.& ꝑ Bal.in l.fi.C.de pac. inter emp.

21 & vend. Et primò: q̄a licet † dictum decretum sit interpositum sup oīb. & singulis instrumentis,intelligi debet de instrumentis validis, quia sicut confirmatio principis non includit actum,qui est cōtra ius,si pōt referri ad actum de iure ualidū, ſm Inn.& D.Ant.in d.c. dudum.de deci. ita & hoc decretum iudicis,& eius verba ḡnalia referri tm̄ debent ad ea, quæ sunt

validè

validè facta, & ad illa restringi: non aũt ad ea, quæ sunt cõtra ius. Item restringi debet & referri ad oĩa & singula iusta & honesta, non aũt ad dictũ pactũ iniustum & in se continens grauem iniuriã. d.l. dudum. sicut dixi supra allegando Bar. & Bal. in l. 1. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, ꝙ confirmatio priuilegiorum & statutorum non porrigitur ad statuta, vel priuilegia iniusta, vel dici põt, ꝙ ad dictũ pactum referatur ẽm tñ iuris interpretationem, & sic ꝙ videatur ꝑ iudicem confirmatũ quantũ ad effectum actionis personalis, quò ad interesse agi potest, & ad pœnam, ẽm gl. & doct. in d. l. ea lege. cum concor. de quib. supra non autem quantũ ad effectum impediendi dñij translationem, cum de iure quò ad hunc effectum pactum non valeat, vt sæpe dictum est. sicut dicimus, ꝙ testator in dubio videtur se velle conformare cum dispositione statuti, ẽm Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. cum concor. de quib. per Moder. in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & posthu. facit ẽt, quod notanter dicit Bar. in l. vxorem. §. qui testamento. de leg. 3. vbi vult, ꝙ pater, qui stipulatur sibi & filiæ dotem reddi, videatur in dubio stipulari, ẽm iuris ordinẽ: quãuis verba aliter sonent. Et hæc videtur optima & rationabilis responsio. ¶Secundò potest responderi, ꝙ quamuis alienatio ꝑꝑ dictum decretum esset nulla: tñ in agnatum ꝓximio-
22 rem non esset dñium translatum: quia per sniam iudicis † sine traditione dominium non transfertur, ẽm gl. in §. fi. instit. de offic. iud. & not. Bar. & alij in l. ex hoc iure. de iustit. & iure. Et ideo iste rei vendicatione agere non potest contra ementem nec etiam alia actione, vt dicetur inferius. Similiter nec alienans poterit agere contra emptorem, quia non potest venire contra factum proprium, vt habetur in l. post mortem. de adoptio. & no. in l. 2. §. ꝙ si in patris. solu. matr. & in c. diuersis palatiis. de cleric. coniug. & per doct. in c. nostri. de elect. cum concord. nec etiam ius agendi poterit in alium mediante cessione transferre, sicut ꝑꝑ decretum alienatio facta primo non valeret, ita nec ista cessio continens alienationem dictæ rei ꝓhibitæ alienari. Et sic patet, ꝙ acquirens est tutus aduersus oẽs, etiam si contractus, ex quo acquisiuit, est nullus. Et
23 ista responsio similiter est concludens. ¶ Tertiò † põt rñderi, ꝙ immo iudex non põt prohibere alienationem quò ad impediendam dominii translationem, ẽm Inno. in c. Raynaldus. de testa. Nicol. de Matta. Bal. & Sali. in d.l. ea lege. & Imo. & Alex. in d. §. diui. vbi respondent iurib. allegatis per Bar. & Bal. in locis in contrarium alleg. ¶Non obst. tertiò, ꝙ actũ sit: vt dñii translatio facta ipso iure resoluatur, & ad agnatum proximum reuertatur, ad instar pacti legis commissoriæ & addi-
24 ctionis in diem, quia non est verum † quòd ex verbis resolutiuis contractus quis ipso iure priuetur dominio, exceptis dictis pactis legis commissoriæ & addictionis in diem. in quib. spãle est, ꝙ ipso iure dominium ad tradentem reuertatur, qđ non est in aliis secundũ Bar. & Ang. in l. 1. in fi. de dona. per l. pen. C. de ædili. act. & ibi Raph. hanc dicit esse communẽ opi. & idem tenet Ang. & Imo. in l. naturaliter. in prin. de vsucap. & Are. in d.l. qui absenti. §. 1. de acq. pos. & Alex. latè in consi. 10. 1. vol. præterea verba resolutiua collata sunt in tempus alienationis perfectæ, vt supra dixi, quo casu non potest locum habere opinio contraria, ẽm Iac. Butr. in l. traditionib. C. de pac. & Sal. in d.l. ea lege. & Alex. in d.l. q absenti. §. 1. Nec huic solutioni ob. d. l. si cum uenderet. de pignorat. acti. qa creditor, qui uendidit cum pacto, ꝙ ablato precio rediret res ad debitorem, non videtur transferre dñium, sed ius pignoris, ꝙ patet: qa dictum fuit, ꝙ debitori liceret recipere rem, quæ verba, s. rem suam, significant, ꝙ voluit transferre pignus, & non plenum dñium. & ita est ibi de mente Fulgo. & clarius hoc firmat Alex. in d. cons. 10. circa fi. vel vltra eum dici põt, ꝙ illud ꝓcedit, qñ pactum de dominio transferendo est appositũ in fauorem prioris dñi, secus autem qñ apponitur in fauorẽ tertij, sicut in casu nostro, quia dicto casu huic dominium ex pacto quæri non potest, & ita dicit Aretin. & inter prædicta differentiam facit in d.l. qui absenti. §. 1. per tex. in l. quoties. cum gl. C. de don. quæ sub modo. verius tamen est, quod etiam in ipsum dominum non possit ipso iure dominium retransferri, vt statim dicetur. ¶Non obst. etiam, ꝙ agi possit, vt dominium apud aliquem sit ad tempus, & quòd post tempus ad alium transeat ipso iure, per l. fi. C. de leg. quia hoc est falsum in casibus, in quibus dominium fuit translatum sine traditione, sicut in casu nostro: nam per diuisionem dominiũ non transfertur sine traditione, nisi inter diuidentes societas fuisset omnium bonorum: vt ꝑ Bar. in l. & ideo. de condi. furt. & ꝓpterea non potest ex pacto ipso iure retrãsferri in alium sine traditione, ẽm Pau. de Cast. & Are. in d.l. qui absenti. §. 1. & Alexan. latius in d. cõsi. 10. Nec ob. l. fi. C. de leg. quia ẽm ꝓdictos loquitur in vltimis voluntatibus, in quib. potuit testator dominium ipso iure transferre. Et quamuis ipsi non dicant, in terminis hoc vult Barto. in l. 1. in 2. q. de condi. & demon. ubi dicit, quòd dictio extinctiua, sicut est dictio usque, vel donec, si apponuntur circa ius dominii, quandoque extinguunt ipso iure, vt in vltimis voluntatib. l. fi. C. de leg. & est rõ, quia testator potuit ipso iure transferre dominium. In contractibus verò non extinguunt ipso iure, & est ratio, dicit ipse, qa per contractum hoc regulariter fieri non potest. l. ea lege. C. de cõdic. ob cau. l. fi. C. de rebus alien. non alienan. & sic Barto. ibi ca-
25 sum nostrum decidit in specie. Nõ ob. dum dicebatur † quartò, ꝙ impediebatur dominii translatio ꝑꝑ hypothecam bonorum l. si creditor. de distra. pign. quia hypotheca generalis non sufficit, sed requiritur specialis rei prohibitæ alienari, ẽm Barto. in d.l. qui absenti. §. 1. Imo. Ro. & Are. ibi, & idem vult Bal. in d.l. ea lege. in 3. col. & Imo. in d.l. si ita quis. §. ea lege. & Alex. in l. si filio. §. si vir in quinquennium. sol. matr. & ista est cõis opinio: a qua ut habetur in locis vulgar. non est recedẽdum. Præterea dato, ꝙ dominii translatio impediretur, tamẽ in proximiorem agnatum transferri nõn potuit ipso iure per. contractum, & sic ille agere non posset, similiter nec alienans posset contrauenire, nec alteri cedere, ut superius est dictum.
26 Non ob. ẽt † quintò iuramentum, quia per hoc dñii translatio non impeditur, quamuis iurans sit periurus, ẽm Inn. in c. dilecto. de præb. & Arch. in c. si a sede eo. tit. lib. 6. & Spe. in ti. de empt. & uend. §. tertio loco, versi. quid ergo, & idem in ꝓposito vult D. Abb. in c. intellecto. de iureiu. quia ẽm eũ actus pendens a mera voluntate valet contra iuramẽtum, quamuis periurium quis incurrat, per no. per Io. And. in regula. quod semel, de reg. iur. dum uult, ꝙ per ẽm testm̃ primum reuocetur: quamuis testator iurasset primum non reuocare, de quo etiam per Bar. in l. si qs in prin. testamẽti, in princ. de leg. 3. & ꝑ doct. in l. stipulatio hoc modo ꝯcepta. de verb. obl. Confirmatur hæc opi. ex no. ꝑ glo. in c. fi. de procu. in 6. q̃ uult no. ꝙ quis possit procuratorem reuocare, q̃uis cõtrarium iurasset, erit tñ periurus, ẽm gl. & ꝑ hoc in ꝓposito ẽt infert Alex. in d. consi. 18. secundo vol. ꝙ si duo conuenisẽt, nũquam se diuidere, quæ simplex conuẽtio nõ valet. l. si cõueniat. §. in hoc iudicio. famil. ercis. quãuis iuramẽtum interponatur, poterit nihilo minus contraueniri & diuisio peti: licet incurratur periuriũ, & ista est cõis opi. qcquid dicat Are. §. ea lege. Nec ob. ꝙ qs ꝓcisè ꝯpelli possit ad factũ iuratũ, & ꝙ iurm impleri debeat in forma specifica: qa hoc est verum, qñ factũ nõ dependet a mera uoluntate faciẽtis, secus aũt qñ in nuda uoluntate cõsistit, sicut est ꝓcuratoris reuocatio, & alienatio rerũ, & diuisio bonorũ, quia sicut non põt quis suæ uoluntati hãc legẽ imponere, & liberum arbitrium ꝑdere sine iuramẽto. Ita nec per iuramẽtum tolli põt, & impediri, ut clarè colligitur ex ꝓdictis. Non ob. dum dicebatur ultimò, ꝙ nedũ alienãs, sed ẽt acquirẽs consensit, ꝙ alienatio nõ teneret, & ꝙ ꝑꝑ cõsensum acquirentis in eum nõ dẽt dñium transferri: qa aduertendũ est, ꝙ alternatio uoluntaria est in quẽcunq; ꝓhibita, siue sit de dicto quarterio, siue sit extra dictum quarteriũ: quãtum ergo ad illos, qui sunt extra dictũ quarteriũ, dicta rõ cessat, & sic in illos dicta ꝓhibitione non obstante trãsferri posset dominium, ut ex ꝓdictis colligitur, sicut ergo quantũ ad eos, qui non sunt de dicto quarterio, hoc pactum non ualet, & est inutile: ita ẽt non debet ualere quantùm ad eos, qui sunt de quar
27 terio: quamuis pacto cõsenserit: quia quando † aliquid fit in fraudem legis, siue contra legem, utile uitiatur per inutile. l. si libertus. §. penul. de iure patro. per quam ita dicit Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. si cert. pet. & Imol. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. de uerb. obl. & Imo. in l. quod dicitur. in fi. eo. tit. cum ergo sub unica prohibitione, & pacto nõ alienando includãtur illi de quarterio, & extranei, & quò ad oẽs, si unum pactũ dicendum est, ꝙ ex quo non ualet quò ad

ad extraneos,quia eſt ꝯtra legẽ.d.l.nemo.de pactis.& d.l.dudum.C.de contrahen.emp.ꝙ ẽt vitiatur quò ad illos de quarterio. Præterea vbi quis damnũ ſentit, ſi actus ꝓ parte valeret,& ꝓ parte non,veriſimile eſt,quòd voluerit vtile vitiari ꝑ inutile,ſi per hoc damnum euitetur.l.cum eiuſdẽ.de edil.edic. per quam ita tenet Alex.in l.1.§.ſed ſi mihi. de verb. obl. in 1. q.Sed ſi hoc pactum de non alienando quò ad extraneos, qui non conſenſerunt,nõ valeret, & quò ad alios de quarterio ſic, ſequeretur , quòd poſſet Fraſchetta alienari in extraneos , & in illos de quarterio non,& ſic ipſi damnum incurrerent contra intentionẽ eorũ,qui voluerunt ſibi ꝓuidere, vt dicta Fraſchetta nũquam exiret de dicto quarterio, & ſ̃m hoc haberet neceſſe extra illud exire,nec poſſet in eo remanere, ideo inutile pactũ quò ad extraneos debet ẽt vitiari quò ad illos de quarterio q̃a damnum ex hoc euitabunt: q̃m & ipſi acquirere poterunt dictam Fraſchettã.d.l.ſi eiuſdem.& facit.l. qui duos.cũ gl.de contrahen.empt.& l.ſi non ſortem.§.ſi centum. de condi.indeb.vbi datio in ſolutũ vitiatur in totum, ne vterq; damnum incurrat, quod contingeret ex cõione. facit ẽt q̃a quãdo aliquid eſt indiuiſibile ex intentione partium,vtile vitiatur ꝑ inutile.l.Pedius.de arb.& declarat Bar.in l.Grecè.§.illud.de fideiuſſ.& per Moder.in d.l.1.§. ſed ſi mihi. Nã (vt in dictis locis declaratur) veriſimile non eſt,quòd in caſu.d.l.Pedius, voluerint partes ſtare arbitrio vnius tñ,& quòd de illo tñ confiderint,cum duos elegerint: ita in ꝓpoſito non eſt veriſimile, quòd voluerint Fraſchettã alienari poſſe in extraneos , & non in illos de quarterio, & propterea in totum dictũ pactũ dẽt vitiari : ne reſultet aliquid contra intẽtionem contrahentium. Alio modo & rectè poteſt ẽt reſponderi,quòd non impediatur dñij tranſlatio,quamuis acquirens dictæ ꝓhibitioni conſenſerit,q̃a ſicut ille,q̃ promiſit non alienare,non pot ſibi hanc legem,q̃ eſt contra eius liberum arbitrium , imponere : ita nec etiam acquirere volens potuit ſibi interdicere ptãtem acquirendi,q̃ a libero pendet arbitrio,q̃a vtroque caſu eſt eadem ratio.Nec ob.l.iuriſgentiũ. §. adeo. & l. ab emptione. de pac.vbi ab emptione perfecta cõi conſenſu diſcedi põt, q̃a ibi apparet de contrario ſenſu partium , nec per hoc imponitur neceſsitas,per quam tollatur liberum arbitriũ,ſed in caſu noſtro alienatio non valeret contra eorum intentionem,ẽt ſi apparet,quòd voluiſsent alienationem valere,& ideo q̃a legẽ ſibi imponunt,a qua diſcedere non poſſent, pactum non valet. Non obſt.ẽt quòd contractus valere non debeat, quaſi proteſtati uideantur inter ſe,quòd cõtractus inter eos faciendus nõ valeat,q̃a hoc procederet,vbi talis eſſet ꝓteſtatio, a qua diſcedere liceret . Sed quando ꝓteſtatio neceſsitatem inducit & liberum arbitrium erripit,tunc non valet,vt patet ex no. in d.c. ſi.de ꝓcu.& in d.l.nemo.de pac.& quamuis ẽt tale pactum in vim ſimplicis proteſtationis valeret,a qua recedere liceret, ab ea diceretur receſſum per alienationem deinde factam ex interuallo.l.cum plures.§.locator horrei,ff.loca.ſ̃m.cõem intellectum,vt no.Bar.& alij,in l.pacta nouiſsima.C.de pac.& in l. non ſolũ.§.morte. in prima ſpecie ꝓteſtationis. de oper. noui nun.cũ concord.de quibus per Moder.in dictis locis. Non poſſunt igitur proximiores agnati alienantis agere rei vendicatione,vt dictum eſt,nec aliqua actione perſonali , quia non ſunt ſtipulati ab acquirente, ſed tñ ab alienante, & poſt alienationem perfectam. Et ideo d.l.ſi cum venderetur.non obſt. etiam inquãtum loquitur de actione perſonali, quia ille, qui acquirebat, ꝓmiſit creditori ſtipulanti ꝓ debitore , quo caſu ſtipulatio facta alteri valuit,q̃a fuit interpoſita ſuper re ipſius debitoris,vt ibi dicit Bar.& in l.ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipuler. de uerb.obl.Sed in caſu noſtro acquirens nihil ꝓmiſit , ſed alienans tñ,& idem in caſu l.quoties.C. de dona.quæ ſub modo. ac ẽt illo caſu alteri vtilis actio ꝑſonalis q̃ritur ſine ſtipulatione,quia illud eſt ſpeciale fauore exercẽtis liberalitatẽ,ſ̃m Bar. & doct.in d.§.ſi ſtipuler.Itẽ ibi fuit actum,ꝙ donatarius alteri obligaretur,ſed in caſu noſtro ſecus , ſed fuit tñ conuentũ, ꝙ dñium in alium ipſo iure tranſiret, quod fieri non potuit , vt ſupra dixi,& ꝓbatur ẽt in d. l. quoties. Ad pœnam quoque agere non poſſunt: quia eis non fuit ꝓmiſſa,nec ẽt ad intereſſe,quia eorum nihil intereſt: quod patet: quia ẽt ſi inter viuos non fuiſſet facta dicta alienatio, potuiſſet tñ alienans vnũ hæredem extraneum,q̃ non eſſet de quarterio,inſtituere, ad quẽ portio Fraſchettæ ipſius alienantis tranſiuiſſet non obſtante ꝓhibitione,& ſic ꝓximiorem hoc mõ priuare potuiſſet,quia quamuis ẽt ſit ꝓhibita alienari in vlt. voluntate titulo vñi , tñ quantũ ad hoc talis ꝓhibitio facta in contractu nõ valet , q̃a per eã cogeretur ꝓhibitus, ſi vnũ , qui non eſſet de quarterio inſtituiſſet,decedere ꝓ parte teſtatus & ꝓ parte inteſtatus cõtra.l.ius nr̃m.de reg.iur.& ita in terminis tenet Pau. de Caſtr. in conſi.146.incip.Su ꝑ pũcto &c.in quarto dubio. Nec obſt. quod ipſe cõcludit in primo dubio: q̃a loquitur ibi, qñ in vlt. voluntate facta fuiſſet alienatio tit.ſingulari, & nõ vñi ꝯ ꝓhibitionem alienationis hñtem ſpãlem hypothecam, quo caſu dñij tranſlatio impediri potuiſſet,ꝑ ea q̃ ſupra dicta ſunt:non nõ aũt quò ad effectum,vt in aliũ trãſiuiſſet dñium ſiue cõſtitutio: vt ẽt eſt ſuperius oſtenſum. & ita in ꝓmiſsis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua dictio , poſita inter genus & ſpeciem, in coniunctam reſoluitur .*

2 *Conditiones duæ quæ veniunt ad determinationem vnius ſubiecti , ambæ impleri debent .*

3 *Diſpoſitioni negatiuæ plura continenti contrafieri dicitur, etiã ſi in vno tantùm contrafiat .*

4 *Alternatiua dictio inter genus & ſpeciem poſita , in coniunctã non reſoluitur, quando diſpoſitio negatiuè concepta eſt .*

5 *Precij mẽtio arguit tã locationis, quàm venditionis contractũ.*

6 *Iuramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto .*

CONSILIVM CX.

VIDETVR prima facie, ꝙ ex ſola locatione bãci non ſit facta cõtra factum: & per ꝯñs ꝙ pœna non ſit cõmiſſa.Q̃m declaratũ eſt, ꝙ ſi dictæ partes voluerint contractare,ſeu vendere & alienare eorum & cuiuſlibet eorũ domos,& banca, teneantur inuitare eos & quẽlibet eorũ adinuicem & viciſsim, q̃ vendere voluerint,& dare parti volẽti ꝓ iuſto ꝓcio, & ꝓcio quod poſsit hr̃i ab alijs ꝑſonis &c.Iſta igitur declaratio ĩcipit a ꝓcedẽti cõditione,& ipſum inuitare & denũciare ꝑ volẽtem vendere eſt in obligatione ſub cõditione, ſi voluerit cõtractare,ſeu vẽdere & alienare,& † q̃a illa alternatiua,ſeu,poſita inter verbũ ꝯtare,qđ eſt genus,& verbũ vendere , qđ eſt ſpẽs,
1 reſoluitur alternatiua in cõiũctã.l.ſæpe.ver.& cũ dicimus &c. de verb.ſig.& ibi Bar.& l.Quintus.§.ſi.de auro & arg.leg.& ꝑ Bar.in l.1.& l.ſi is q̃ ducenta.§. vtrum.de reb.dub. quod.n.dicitur in locis ꝓdictis de alijs alternatiuis, locũ ẽt habet in hac alternatiua,ſeu ex quo nõ agitur de legato,ſ̃m Bar.in l.ſi quis ita.de auro & arg.leg.eſt ergo perinde ac ſi dictũ fuiſſet. ſi voluerit cõtractare,& vẽdere &c.& ſic diſpõ & cõuentio ſequẽs
2 facta dr̃ copulatiuè ſub duplici cõditione: iõ † neceſſe eſt , ꝙ ambæ conditiones impleantur: q̃a veniunt ad determinationem vnius ſubiecti.l.ſi hr̃di plures.de cõſti inſti.& per Bar. in d.§.vtrum.& in l.1.in prin.de iuſti.& iu.& in l.ſcire debemus. in prin.de verb.obl.vñ ſequitur, ꝙ non eſt ſatis contractare, ſed oportet ẽt uendere,tãquam illa verba , ſi voluerit contractare,ſeu vendere,exponantur, i.ſi voluerit contractum uenditionis facere,prout fit ſimilis expoſitio in d.l.ſæpe. in verſic. præalleg. quia illa verba,dedi aut donaui &c.de q̃b. ibi,exponuntur ꝑ gl.1.ex cã donationis dedi, & ꝑ ꝯñs ꝑ ſolã locationẽ banci,nõ põt dici contrafactũ,nec pœnã fuiſſe commiſſam,& ẽt ex ſequẽtib. ꝓbatur, dũ diſpoſitio loquitur de eo,q̃ uendere voluerit : nam per hoc declaratur , ꝙ in conditione tñ eſt poſita uenditio , q̃a recipit cõditio interpretationẽ a diſpoſitione,cui accedit,ar.no.in d.§.vtrum.& in §.cũ ita. in ead. l.ꝑ gl.& doc.& quia de precio fit mentio, in dubio intelligitur de contractu uenditionis.l.1.C.de præd.cur.lib.10. ¶Sed tñ contrariũ verius arbitror.ſi.n.laudum,vel arbitramẽtum vlterius nõ ꝓcederet forte id,qđ in contrarium allegatur,obſtare poſſet,ſed poſt prædicta ſubijciuntur hæc verba.Et ꝙ non poſsit dare,nec contractare,vel vendere,& alienare alijs ꝑſonis , niſi prius facta dicta requiſitione,& inuito,& caſu, quo foret ꝑ ipſas partes cõtrafactũ &c.Nam hoc loco,nõ poſſe cõtractare,vel vendere,non ponitur in cõditione , vt paulò ante factũ fuit,ſed in diſpoſitione: & requiſitio eſt in cõditione , q̃ prius fuit in diſpoſitione: q̃a illa dictio, niſi, facit cõditionẽ iſto caſu,

su,vt colligitur ex no.per Bar.in l. 1.de condi.& demon. & sic
partes obligantur ad non cõtractandũ, vel ad non vendendũ:
qa ergo alternatiua ẽt hoc casu resoluitur in coniunctam, ex
quo posita est inter genus & speciem p iura pallegata, perin-
de est,ac si dictum fuisset,ꝙ non possit contractare, nec ven-
3 dere,nisi prius facta dicta requisitione & inuito: quia † igitur
conuentio,& dispositio pcedens est cõcepta negatiuè, & plu-
ra continet copulatiuè,ad hoc vt adimpleuisse & contrafecis-
se non dicatur,oportet,ꝙ neutrum fiat, & sic ꝙ non contra-
ctet,& nõ vendat: & si in vno ꝯtrafaciat, & alterũ adimpleat,
pœna cõmittitur:vt est casus in d.l.si is qui ducenta.§.cum ita.
ſm qđ ibi gl.ponit casum,& in d.§.vtrum.ſm ẽt glo.& Barto.
ibi.& in istis ẽt locis dicitur,ꝙ vbi stipulatio præcedens cõce-
pta negatiuè continet plura copulatiuè,ꝙ quãuis sequẽs stipu
latio pœnalis cõcipiatur alternatiuè,quod erit idem: quia illa
sequitur naturam principalis,& per illam limitatur, & decla-
ratur.Et ppea quia Simon est obligatus non ꝯtractare, & sic
in genere aliquem contractum nõ facere,& in specie nõ ven-
dere: incidit in pœnam locando bancũ: qa per hoc dicitur ꝯ-
tractasse.l.Labeo.§.contractũ.de verb.sig. quãuis non vendi-
derit: qa (vt dixi) ad euitandũ pœnam fuit necesse neutrum
facere,vt in dictis iurib.¶Nec ob.allegata in contrarium: quia
loquuntur,quando plura facta in conditione copulantur af-
firmatiuè: tunc.n.vt cõmittatur pœna,requiritur,ꝙ vtrũque
fiat,nec sufficit ad cõmissionẽ pœnæ, ꝙ in vno tñ sit contra-
factum.d.l.si hæredi plures.& l.si quis ita stipulatus fuerit. de
verbo.obl.sed vbi ad plura quis tenetur copulatiuè ex disposi-
tione concepta negatiuè sub pœna,tunc non sufficit vnum nõ
esse factum,sed requiritur neutrum factum esse,vt ibi, & in d.
§.cũ ita.& in d.§.vtrum.& ideo quãuis isto casu ipsum ꝯtracta
re, & vendere fuerit in conditione primò positũ affirmatiuè,
tamen postmodum non contractare,& non vendere,fuit po-
situm in dispositione, per quam partes tenebantur neutrũ fa-
cere,& ideo mediante cõtractatione aliter quã per venditionẽ
pœna promissa casu,quo fuerit contrafactũ,fuit cõmissa.Nec
etiam per prædicta ob.dum dicebatur,ꝙ illa verba cõtractare
seu vendere,sint exponendi.i.contractũ venditionis facere, p
l.sæpe.cũ gl.de verb.sig. quia talis expositio est necessaria, quã
uitutes.& in l.cū de in rē verso.de vsur.& in dispu. Mulier ha-
bens magnū patrimoniū.&c.Bar.& Imo.in l.1.§.fi.de aqua pl.
arc.Inn.& Abb.in d.c.si diligenti.de præscr.Ant. de Butr.post
Io.And. in d.c.peruenit.de censi. Et istud ēt locū habet cōtra
ecclesiam quò ad temporales, s̄m Sali. in l.cum de in rem uer-
so.de usur.in 7.q.& Ant.de But.in d.c.peruenit. col.14. dicēs
q̄ sufficit tēpus 10. uel 20.annorum, etiam de iure canonico
contra ecclesiam: quia licet tempus sit augmentatum usq; ad
40.anno. in præscriptionib. rerum ecclesiæ. d.c. de quarta. tn̄
aliud est, quantum ad probationem tituli allegati, q̄ est sepa-
ratum à tempore præscriptionis, ut patet ex præmissis. Vnde
ad mutationem ultimi non sequitur mutatio primi. l. præci-
pimus.C.de appel. uel saltem contra ecclesiam sufficiunt ann.
8 40.ut est de mente gl.in d.c.peruenit.† Et tanto magis proba
tur titulus allegatus ex cursu tanti temporis, cuius initii, &c.
quia ex tali tempore præsumitur, ēt si non allegetur titulus
maximè specialis: quia habet in se titulum.s.constituti.d.§.du-
ctus aquæ.p rout ēt uult Cy.in l.certis annis.C.de pac.in pen.
q.Ang.& Pau.de Cast.ibi.Bart.in d.l. cum de in rem uerso. &
Io.And.& alii, in c.peruenit.de cens. Et ex dicto tempore pro-
batur titulus contra patientem, ēt si agatur de magno illius p̄-
iudicio, s̄m Ant. de But. in c.peruenit.char. pe. quamuis tunc
secus esset, si minori tempore passus esset, iux.no. per Bart.in
9 d.l.cum in rē uerso.& alios, in d.l.si certis ann. Nec † aduersus
probationem tituli allegati ex dicto tempore poterit ecclesia
restitui ex aliquo capite: quia cursus eiusdem temporis habet
uim constituti, & sic perinde est, ac si seruitus fuisset rite, & re-
ctè constituta.d.§.ductus aquæ.& d.c.super quibusdam.§.præ
terea, cum ibi no.& obtinet uim legis.l.1.§.fi.& l.2.in princ.&
l.fi.de aqua plu.arc. Et quia non potest probari indebitum, &
per consequens nec læsio post cursum tanti temporis, cuius
initii &c.secundum Ant. de But.in d.c.peruenit. de censi.col.
10 18.vbi concludit † q̄ aut quis deducit tempus, ut causam, quæ
rens saltem mediate, q̄ pōt in personali: ut quia allegatur tem
pus ad probationem cōsuetudinis, cuius initii, &c.et quia tūc
materia non habet se declaratiuè, aut probatiuè, sed inducti-
uè.d.§.ductus aquæ. non admittitur probatio in contrarium.
Et idem dicit in reali, quando habet comites ad præscriptio-
nem; quia ibi causa operatur inductiuè.igitur figit pedes, & sic
non admittitur probatio, et sic intelligit.c.fi.de consue. et isto
etiam casu intelligit glo.in c.seruitutum. 18. q. 2. uidelicet in
realib.habentib.causam discontinuam: quando allegatur vsus,
& consuetudo: ut causa producens ex tanto tempore, cuius
initij, &c. Si verò tempus deducitur in iudicio, vt causa decla-
ratur, & probans, & tunc admittitur probatio in cōtrarium:
quia ius habet se tantum præsumendo. Et cōprobatur ex not.
per And.de Iser. in ca.1.quæ sint rega.in 3.col.vbi dicit, q̄ cō
suetudo & vsus tanti temporis, tantum potest, quantum Im-
perator cum causa, & faciunt not.per Bart. in l.quo minus. in
2.q.de flumi.& in l.si publicanus.§.fi.de publica. Præterea de-
negatur restō, quia à die completæ læsionis, & præscriptionis
elapsum est quadriennium.c.1.de rest.in integr.li.6. Nec po-
test modernus prælatus prætendere ignorantiā, ex quo priui-
legia, & processus ecclesiæ reperitur habere penes se.l.non est
ferendus.de transf.cum ibi no.per Bal. & Ang. & probatur ex
no.per Bar.in l.fi.quemad.test.ape.& per Alex.in l.si ita stipu
latus.§. Chrysogonus.de ver.ob.in 1.char. Et quo de p̄nti re-
periuntur penes illum, præsumuntur etiam retro fuisse apud
eundem.per no.per Bal.in l.si magr̄atus. de magist.conueniē.
Et in istis consistit tota vis, iudicio meo. Quib.tn̄ non ob.con
trarium puto verius. Et præmitto in primis, q̄ sicut in puncto
narratur, reueren.episcopus ecclesiæ Anglon. omni tempore
retro fuit, & est de p̄nti in possessione pascuorū Anglon.ter-
ritorii, ex quo illa singulis annis locauit, & pensionem perce-
11 pit: quia † ex locatione, & pensionis receptione, probat̄ pos-
sessio ēt in preiudicium tertii, s̄m Bar.Imo.& Are.in l.qui uni
uersas.§.quod per colonum.de acq.pos. & Ang. in l. quædam
mulier.de rei vend. Et de titulo etiam dictæ ecclesiæ cōstat ex
priuilegio & donatione Cæsaris: ex quo etiam, & ex possessio
ne longissimi temporis probatur p̄scriptio, & per cōsequēs
dn̄ium ecclesiæ dictorum pascuorum.auth.nisi tricennalis.C.
de bo.mater.& per no.per doc.in l.rem quę nobis.de acq.po.
12 Est etiam præmittendum, q̄ † ius pascendi potest competere
iure seruitutis tantummodo q̄n quis habet fundum vicinum,
ad cuius commodum & vtilitatem oues suæ depascuntur in
fundo alieno.d.l. pecoris pascendi.de serui.rust.præd. Et ubi
non habet dictum fundum, vel ad commodum fundi non de-
pascuntur, non pōt ius pascendi competere iure seruitutis: sed
pōt quæri ius personale, & deberi ius pascendi ex oblatione
personali, s̄m gl.in d.l. pecoris.& gl.in l.si quis binas ædes. de
vsuf.& p no.per Bar.& alios, in l.vt pomū.de serui.& in l.Me-
la.§.fin.de alim.& cib.lega. Quamuis ergo in dictis pascuis cō
sueuerint hoīes Tursii oues suas pascere, tn̄ non constat, nec
constare pōt, q̄ ante primū iudiciū contra illos motum, quod
dr̄ fuisse tempore reginæ Ioannæ, p̄scripserint, uel ius pascē
di acquisiuerint alio modo. si ergo p partem aduersam allege
tur præscriptio post illud t̄ps, & non constet, q̄ ad utilitatem
fundi uicini oues depascantur in pascuis ecclesię: sine dubio
non potest ex hoc capite obtinere: quia tanto tempore, ēt cu-
ius initii, non potuit seruitus realis, vel personalis acquiri: si-
cut etiam non potuisset p contractum, vel ultimā uoluntatē
concedi: ut tradit in locis præall.& hoc, quia non concurrunt
necessaria ad acquisitionē seruitutis, s̄m gl. & doc.ubi sup. Et
q̄a ēt agi posset de p̄scriptione dictæ seruitutis, quæ diceretur
prius inchoata, fuisset tn̄ per litis contestationem postea in-
terrupta. Et q̄uis deinde potuisset de iure ciuili deserta instan
13 tia, de † nouo inchoari p̄scriptio, & finiri tm̄ spacio, 40.anno.
d.l.cū notissimi.§.fi.C.de præscr.30.vel 40.annor.& p Bar.in
prin.illius legis, & Ant.de Bu.in c.illud.de p̄escr.tn̄ de iure ca
nonico dicto casu non potuit amplius, etiam usq; ad mille an.
p̄scribi: q̄a p litis contestationem p̄sumitur possessor esse in
mala fide, & de iure suo titubare, s̄m gl. 16.q.3.c.1.& in c.fine
possessione.de reg.iu.in 6. An.de Bu. Imo. & doc. cōiter in d.
c.illud & quāuis Abb.istud reuocet in dubium, tn̄ fatet, q̄ d.
opi.gl.est cōiter approbata. Et ideo ab opi.cōm. in consulen-
do & iudicando non est recedendum, ut traditur in locis vul-
garib. Et quod ius canonicum in hac materia est seruandū: ut
no.in d.c.possessor.de reg.iu.in 6.& per Bar.in l.priuilegia.C.
de sa.san.eccl. Nec ob. q̄ Imo.in d.c.illud, dicat, q̄ licet nō pos
sit inchoari p illos, contra quos fuit lis contestata, poterit tn̄
per successores eorū, qui fuerūt in bona fide, de nouo inchoa
ri p no.per Dy.in c.possessor. de reg. iu. q̄a imò etiam de iure
canonico mala fides defuncti nocet vl̄i successori, s̄m Ant.
de Bu.

de Bu.& Abb.in c.si diligenti.de præscr.Abb.in c.nihil.& Imo. in c.fi.eo.ti.col.3. quia hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.c.fi.de sepul.& idem tenet Pau.de Cast.in l. 3. & in l. sequitur.§.hæres.de usuca.Bal.in auth.ad hæc.C.de usur.Bald. & Alex.in l.Pomponius.§.cum quis.de acq.pos.Rom.cōs.149. & 201.Abb.cons.16.Quidam habens 2.uol.Alex.consi.84.In causa vertente &c.i.uol.in consi.4.2.uol. & consi. 39. eo.uol. incip.Visis scriptis.& quāuis multi transeant cū Dyn.de quib.
14 in dictis locis,uerior tñ vř ista contraria opi.Nec ob.ꝙ† mala fides,quæ inducitur per litis contestationem,sit præsumpta, & non uera,per no.in l.nemo.C. de acq. pos. quæ præsumpta mala fides defuncti non nocet hæredi,sed ficta,ſm Pau.de Castr.in l.nunquam.in prin. de usucap. & Alex.in d. §. cum quis. quia loquitur Pau.de Cast.in ficta,& non in præsumpta mala fide defuncti, sicut contingit,qñ errauit quis in iure: ut expressè ēt dicit Pau.de Castr.quæ fictio præsupponit ueritatē in cōtrariū: ut no.gl.in l.unica.§.accedit.C.de rei uxor.act. Et ꝑut ſm ueritatem est in bona fide ille,qui errat in iure,ſm glo.quā Pau.de Cast.alleg.in l.tutor rerū.de admi.tu.per l.sed si lege.§. scire.de peti.hær.licet quantum ad præscriptionem fingatur esse in mala fide. d.l.nunquam. sed per litis contestationem non fingitur,ꝙ possidens sit in mala fide: & sic non præsupponitur,ꝙ uere sit in bona fide:sed præsumit̃,ꝙ cęperit de iure suo titubare,& in mala fide esse: vt no.in d.l.nemo.& in d.c.1.16. q.3. & in d. c. super possessionc. quæ præsumptio cadit super dubio & non super certo,ut no.in d.§.accedit. Propterea isto casu præsumpta mala fides defuncti nocet successori vniuersa
15 li;sicut uera:quia†iuris præsumptio dř liquidissima probatio, ut no.glo.in l.si tutor petitus.C.de peri.tu.quam ad hoc alleg. Imo.in l.quæsitum.de re.iud.in l.in tp̃s.§.2. de hær. inst. & l. si ita quis institutus hæres fuerit excepto fundo.eo.ti.& probatur in l.1.ſm unam solu.& ibi no.Ang.C.de test.mil.& facit.l. licet imperator.de leg.1.Secundò etiam rñdetur ad no. ꝑ Dy. in d.c.possessor.ꝙ iam annis. 150. uel circa,fuit lis contestata contra dictos homines.& etiam iterum iam sunt anni 25.ut p̄supponitur in themate. Ab illis ergo, qui tunc uiuebant, non potuit inchoari præscriptio,etiam de iure ciuili, durante instātia illius litis,secundùm Abb. in d.c.illud. nec etiam post finitā instantiam potuit ab eisdem de iure canonico inchoari de nouo,ꝑꝑ præsumptam malam fidem superuenientem mediante litis contestatione, secundùm gl.& doc. communiter in locis superius alleg.Si ergo dicatur,ꝙ successores eorum cœperunt præscribere,& ꝙ per illos præscriptio fuit completa: oportet constare,ꝙ post mortem illorum, contra quos fuit lis contestata,& post instantiam desertam,decursi sint 100.an.antequā inchoaret̃ ſm iudicium; quia istud tp̃s est necessarium ad p̄scriptionem seruitutis habentis causam discontinuam.d.l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aq.pl.arc.& d.l.seruitutes.2.cum gl. de seru.ti.gñali.nam p̄sumūtur vixisse vsque ad 100.an.l.fi.C. de sa.san.eccl.& iō illi de Tursio, qui se fundant in morte p̄dictorum,tenentur illam probare,ſm Bar.in l.si quidem.C.so.mat. & in l.1.§.si quis negat.quemad.test.aperian.Et similiter quia ēt fundant se in dicto tp̃e,illud præcisè ꝑbare tenentur.l.eum actum.cum ibi no.de neg.gest.& l.matrem. C. de proba.& no. Ang.in l.2.de peti.hær.& faciunt no.per Bart.in l. non solum. §.sed ut probari.de no.oper.nun.Et prædicta procedunt, ut dixi,qñ pars aduersa fundaret se in præscriptione seruitutis iuris pascendi,q̃ seruitus,vt dixi,p̄scriptione ēt centum annor. non potuit q̄ri: si non pabulantur oues ad commodū alicuius fun
16 di.Si verò pars intentionē non fundaret in præscriptione,†sed in titu.& concessione ualida seruitutis iuris pascēdi, casu quo pro commodo fundi uicini de pascantur oues,uel iuris personalis,ꝙ ēt cōstitui,& ex tit.p̄t concedi:si ad cōmodū fundi vicini non depascantur: & tp̃s p̄dictum induceret ad ꝑbationē tituli prædicti.Et adhuc dico,ꝙ p̄sumptio & probō tit. cessat isto casu ꝑꝑ malā fidē partis aduersæ,q̃ cāta fuit ꝑ litis contestationē:vt no.in l.nemo.C.de acq.pos.cum concor. de quib. sup.q̃a ad hoc,vt ex tp̃e p̄sumatur,& probetur tit.oportet, ꝙ ex dicto tp̃e iustificetur possessio,vel quasi ſm An.de Bu.in d. c.peruenit.in 20.col.versi.sed est dubium quantū tempus &c. quæ isto casu non iustificatur,ex quo ꝑꝑ malam fidem ortam ex litis contestōne nō pōt esse possessio iusta; vt dř clarè in d. l.nemo.Et idē probatur ex no.per eundem in eo c.ult.char.vbi dicit,ꝙ finis iuris canonici in ꝓhibenda p̄scriptione malæ fidei fuit,occurrere p̄scriptioni cū peccato,& acquisitioni, quæ nō fieret ex bona fide:quia oē quod nō fit ex fide, malū est.c. fi.de præscrip. oīs ergo acquisitio ſm eū cum annexione non bonę fidei,per ius canonicū est inhibita.Si ergo hoc ultimū est uerum. s.ꝙ oīs acquisitio cum annexione non bonæ fidei per ius canonicū sit prohibita, sequitur, ꝙ sicut de iure cano.non pōt vllo tp̃e currere præscriptio,si fuit prius per litis contestationem interrupta,& hoc ꝑꝑ malam fidē,& ꝑꝑ peccatū,ut sæpe dictum est: eadem rōne præcedente tali interruptione non præsumitur,neq; probatur tit.iustus:ēt ex cursu tāti tp̃is, cuius initii memoria non sit in contrariū q̃a aliàs acquisitio con cederetur saltem per indirectū cū peccato.Nā sicut ista præsūptio malæ fidei,q̃ oritur ex interruptione iudiciali,nō tollitur spatio dicti tp̃is ad effectū præscriptionis, vt dictū est: & hoc, q̃a cōstat de mala fide:ita ēt & eadē rōne nō tollit̃, neq; purgatur cursu eiusdē tp̃is de iure canonico ad effectū præsumendi & probandi iustū titulū. Et quāuis ex p̄dictis colligi possit rñsio ad oīa in cōtrariū allegata, nihilo minus rñdēdo sp̄alius, nō ob.ꝙ seruitus hñs cām discontinuā præscribatur spatio tāti tp̃is,cuius initii,&c.q̃a aut nō cōstat,ꝙ ad cōmodū fundi ui
17 cini oues depascerentur,& dicto † tp̃e nō potuit seruitutis q̄ri:aut probabitur,ꝙ ad utilitatē dicti fundi sic fuerit factū. Et alia rōne non ob.cōtrariū; quia illud hēt locū, qñ præscriptio nō fuit per litis cōtestationē interrupta: sed qñ inchoata p̄scriptio interrūpitur dicto mō;tunc nō pōt inchoari de nouo,neq; ad mille an.finiri, ſm glos.16. q.3.c.1. & in d.c.sine poss.& est rō diuersitatis;q̃a isto casu ultimo per dictā litis contestōnē probatur,ꝙ semel fuit in mala fide. l.nemo. cū ibi no. C.de acq.pos.Vnde cū simus in casu certo, nō inducitur ex cursu dicti tp̃is p̄sumptio bonæ fidei,per no.in d.l.j.§.accedit. C.de rei vxo.& p̄ñr ex ullo tp̃e nō pōt præscribi.c.possessor. de reg.iu. in 6.& c.fi.de præscri. sed primo casu ex aliquo actu uerè, uel præsumptiuè non apparet de mala fide:sed sumus in dubio,super quo cadit præsumptio, vt no.in d.§.accedit. ꝑpea tunc ex cursu tanti tp̃is, qđ habet uim constituti præsumitur titulus & bona fides vsq; ab initio & cōtinuato tp̃e.d.§.ductus aquæ. & per Ant.de But.in d.c.peruenit.Non ob.dum dř,ꝙ licet interrupta præscriptione per litis contestationem non possit de iure canonico inchoari præscriptio per illos, contra quos fuit interrupta præscriptio: poterit tñ inchoari per successores eorum,qui sunt in bona fide.& quib.non ob. mala fides defuncti de iure canonico,ſm Dy.in d.c.possessor.& Bar. in l.cū hæredes.de diuer. & tempo. præscri. cum quo multi alii transeunt: quia vt superius tactum est,Ant.de Butr. & Abb.in d.c.si diligenti.de præscrip.tenent contrarium, & quam plurimi alii superius allegati: & quorum opinio etiam vř de iure verior, vt patet ex no.per Doc.in dictis locis,& maximè per Alex. in d.l. Pomponius.in §.cum quis.& in dictis consiliis: qui respondet oībus allegatis in contrariū.Et dato ēt ꝙ opi.Dy.esset verior, tñ non probatur,nec probari poterit, ꝙ successores prædicti vsi fuerint dictis pascuis tāto tp̃e, ꝙ potuerint præscribere ius seruitutis, vel ius personale acquirere in dictis pascuis: per ea quæ latius sunt in præcedentib.deducta.Non ob.ēt aliud vide
18 licet†ꝙ ex cursu tanti tp̃is, cuius initii &c. probatur seruitus iuris pascendi: uel saltē ius personale fuisse constitutum ex iusto & legitimo titulo per ea, quæ traduntur in l.cum de in rē verso.& in l.si certis an.& in d.c.peruenit. quia istud similiter procedit, quando possessio iustificatur ex illo titulo præsumpto,secundum Ant.de But.in d.c.peruenit. quod esse nō pōt, qñ semel lis fuit contestata contra illum,qui fundat se in dicto titulo: quia propter talem litis contestationem possessio, vel quasi,non potest esse iusta,nec legitima:vt expressum est in d. l.nemo. C.de acq. pos. Et quia ex tali contestatione inducitur mala fides,& per illam constat de mala fide.d.l.nemo. & ꝑ no. in d.c.sine possessione,& in d.c.1.16.q.3. omnis acquisitio. & sic etiam per istum modum,sicut per alium impeditur,ſm Anto.de Butr.in d.c.peruenit.in loco præalleg.Et ita concludendum puto. Laus Deo.

¶Lignorum incisio an censeantur permissa, si quis habeat facultatem utendi & fruendi:uel prohibita,ex quo quis prohibetur damnum dare.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis & specialis si in eadem dispositione ponan-*
tur, sub generali non continetur specialiter dispositum, secus si
in diuersis: tunc enim concurrunt.
2 *Damni appellatione generaliter venit omne damnum, etiam in*
cisio arborum.
Dictio, nec, non inducit repetitionem qualitatis præcedentis di-
spositionis.
3 *Species & genus si ponantur in eadem oratiooe, enumeratio spe*
cierum quando dicatur esse ex abundanti.
4 *Generi per speciem quando dicatur derogari: & enumeratio spe*
cierum fiat gratia determinationis.
5 *Verba vti & frui, significant factum, non aũt ius vsusfructus.*
6 *Consuetudo contra ius onerosa non extenditur ad alia loca, nec*
ad alias personas.
7 *In dubio est contra producentem interpretatio facienda.*
8 *Testis de vniuersitate non est idoneus in his, quæ sunt ad singu-*
lorum commodum.
9 *Sermo indefinitus prolatus à testibus non æquipollet vniuersa-*
li, sed in duobus verificatur.
10 *Consuetudo quando non dicatur inducta, nec etiam probata.*
11 *Seruitus habens causam discontinuam non præscribitur, nisi*
ex cursu tanti temporis, cuius memoria in contrarium non
existat.
12 *Quasi possessio in seruitutibus non quæritur sine patientia ad-*
uersarij:

CONSILIVM CXIX.

IN cã, & lite vertente inter cõmunitatem, & hoĩes
de Sanallo ex vna, & vniuersitatem ac hoĩes vil-
læ Fundi ex altera requisitus, vt cõsulam decisi-
uè, q̃ sint, & esse debeant partes dñi iudicari dẽn-
tis. in primis ad oĩa, q̃ proponũtur in facto, & de
inde ad ea q̃ allegãtur in iure per vtrãq; partẽ diligentia aĩad-
uerti, & quãtum in me est, id, quod verius est & æquitus per-
quisiti: & quanquam hincinde dicãtur multa, in paucis tñ cõsi
stit difficultas. Et iõ circa ea tm̃modo, quæ ad rẽ pertinẽt, insi
stam, & aliena prætermittã. Est igitur primo animaduertẽdũ,
ꝙ primũ capitulũ laudi, su ꝑ quo cõtẽdit & in quo vtraq; pars
intentionẽ suã fundare conatur, ẜm verba est gñale, quò ad lo
ca posita intra terminos designatos, & quò ad personas dicta-
rũ cõitatũ, & quo ad tp̃s. Quia hincinde concedit oĩb. & sin-
gulis vbiq;, & vndiq;, perpetuis tp̃ib. pasculare: circuire, & ẽt
vbiq; buscare, vti, frui, & gaudere. In mõ aũt fruendi reperitur
disparitas: quia hoĩb. de Fundo cõceditur, ẽt malgas facere, ꝙ
illis de Sanallo denegatur: & sic in hoc exceduntur: sed in alio
ipsi excedũt hoĩes de Fundo: q̃a ẽt cum aĩalib. magnis, pñt pa-
sculare: ꝙ illis de Fundo nõ cõceditur: sed solũ cũ paruis pecu
dib. permittitur: sed gñalitati huius capituli respectu locorum
derogatur per aliud capitulũ spãle quo ad loca posita inter di
ctos cõfines, ꝙ incipit. Itẽ post hoc dicimus. &c. In quo decla-
ratur, ꝙ prædictæ ambæ partes, vna pars alteri in suis bonis ꝓ
priis vel affictitiis nõ audeatur, nec ꝓsumant pasculare, nec dã
nũ in his facere sub pœna &c. Certũ extũt, ꝙ respectu bono-
rũ propriorũ, & affictitiorũ, de quib. spãliter disponit̃ in hoc
posteriori capitulo, derogatum intelligitur præcedenti capitu
lo gñali: adeo ꝙ gñalis dispositio nõ refertur ad loca specifica-
ta: sicut nec ad casum specificatũ, ẜm Dy. & Bart. in l. 1. §. 1. de
1 ope. no. nun. cum quo alii transeunt, vbi dñt, ꝙ † qñ in eadem
dispositione ponitur clausula gñalis & specialis, ꝙ sub generali
nõ cõtinetur casus specialiter promisus, per l. sanctio legum.
de pœ. & l. doli clausula. de ver. ob. secus aũt q̃d dictæ clausulæ
ponerentur in diuersis dispositionib. quia tunc concurrẽt, sed
est dubium, vtrum, sicut in bonis propriis, & affictititiis per
hoc capitulũ speciale est prohibita pasculatio, ita ẽt sit prohibi
ta lignorũ incisio. Et est dicendũ ꝙ sic, per illa verba non au-
deant pasculare, nec damnum &c. Nam illud verbum dam-
2 num dare, † est generale, & tot habet species, quot sunt modi
dandi damnum: & continet sub se damnum illatum ex incisio-
ne arborum, secundum Bar. in terminis in l. 1. de publi. Item
illa dictio, nec, licet sit copulatiua. l. si quis stipulatus fuerit. x.
aureos. de uerbor. significatio. & ibi not. Docto. & Barto. in l.
sæpe. de uerb. sig. tñ nõ inducit repetitionem qualitatis præce-
dẽtis dispositionis, ẜm Bar. in l. si cui dulcia. de vi. tri. oleoque
leg. qui reprehendit Dy. aliter dicentem in c. generi. de regu.
iur. in 6. & vbi etiam dictum Dy. locum haberet in copula &,
de qua loquitur: tñ aliud est in dictione, nec, quæ est etiã im-
plicatiua. & sic perinde est, ac si dictum fuisset, nec etiã aliud
damnum dare, secundùm Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus
de damn. infec. in uersicu. sextò quæro &c. ad intellectum. l. 3.
C. de bo. dam. quo casu, s. qñ dictum fuisset explicitè, nec etiam
aliud damnum dare, clarum vr̃, ꝙ laudum habuisset respectũ
ad omne aliud damnum diuersum ab expresso. Et comproba
tur ex no. per Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum, de fun. in-
3 stru. dum concludit † ꝙ qñ in eadem oratione ponitur spe-
cies & genus substantiuum & determinatum inter res, ꝙ enu
meratio specierum præsumitur facta ex abundanti, & nõ grã
determinationis: qñ non determinat verbum uel participiũ
significatiuum generis, prout contingit in casu nr̃o per illum
tex. Et adhuc istud confirmatur ex verbis illis sequentib. eius-
dem capituli, videlicet, & si una pars in his friuolo, ac proter-
uo, & violenti animo damnum inferetur, similiter infrascriptã
pœnam soluere debet, & damnum soluere &c. ex hoc. n. ꝙ de
damno simpliciter loquit̃ & sine adiuncto: prout etiam fecit
proximè, & ex modo inferendi damnum, s. per vim: cõstat ꝙ
non habuit respectũ tm̃ ad damnum illatum ex pasculatione:
sed etiam ad aliud damnum per violentiam illatum: quia talia
sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant: & ecõtra. l. fun-
dum. in pri. & ibi no. Bar. de fun. inst. Sed an in omni parte an-
ni prohibita sit pasculatio, & arborũ incisio in bonis propriis
& affictitiis, adhuc remanet dubium ꝑ ꝑ exceptionem, quę po
nitur in eodem capitulo spirituali. dum in eo dr̃, exceptis illis
diebus & mensib. videlicet a festo S. Michaelis Archang. in Se-
ptemb. vsque ad festum S. Georgij militis in Aprili, prædictæ
ambę partes quietè, pacificè, & perpetuò in propriis bonis, &
affictitiis, pratis, & grezicis, in illis metis, terminis, & signis si-
tis pasculare, circuire, vti & frui pñt & dẽnt, sine omni impe-
dimento, & contradictione &c. Et est clarum ꝙ his dieb. exce
ptis ꝓmissum est vtrique parti in dictis bonis propriis, & affi-
ctitiis pasculare, & circuire, sed dubitatur an etiam incisio li-
gnorum sit permissa, dictis dieb. exceptis. Et arbitror ꝙ nõ: q̃a
hoc non importat verbum pasculare, nec ẽt verbũ circuire, vt
ex ꝑcedentib. colligit̃: vbi verbũ illud, & illud verbum s. busca
re ponunt̃ tanq̃ diuersa: & ꝑ q̃ sequentia declarant̃. l. q̃ filiab.
in prin. & l. si seruus pluriũ §. fi. de le. 1. & q̃a significatio illius
verbi circuire est circumire. l. 2. §. quod diximus. ver. at si quis.
ff. si q̃s cau. s. pasculando. ar. l. sed si adiiciat̃. pro soc. non. n. re-
perit̃, ꝙ verbũ istud ad incisionẽ arborũ ꝑtineat, nec de illo
loquit̃. l. cędere. §. 1. & l. furtũ. §. siue aũt. ar. fur. cæsa. sed de ver
bo cingere, q̃d est diuersũ, vt patet ex diuersitate noĩs. l. si idẽ
C. de codicil. nec ẽt verbũ, cingere, ꝑtinet ad totalẽ incisionẽ
verborũ, de qua agit̃: ut no. gl. in d. l. cædere. §. 1. Et similiter
hoc loco verbũ, vti & frui, nõ cõcedit facultatẽ incidẽdi: sed si-
gnificatio illius gñis in portata ꝑ illud uerbum, dẽt restringi
ad alia eiusde qualitatis, cuius sunt ꝑcedentia spãliter exp̃ssa.
& quò ad ea, q̃ sunt eiusdẽ qualitatis, ampliat concesionem,
4 ꝑ l. fi. §. cui dulcia. de uino, tri. oleoque leg. ubi probatur, † ꝙ
si præcedat enumeratio specierũ, & sequatur genus ꝑ aliq̃d
adiectiuum naturaliter positũ, ꝙ generi ꝑ specie derogatur ĩ
aliquo, uidelicet q̃a dẽt restringi illud genus ad res eiusdẽ qua
litatis, cuius sunt res expressæ: & adiectio gñis ampliat in his, q̃
sunt eiusdẽ speciei. Et est rõ, ẜm Bar. ibi: q̃a tale adiectiuũ req-
rit substantiuum: iõ dẽt intelligi de substantiuo eius qualitatis,
quã testator expresserat in alia parte ipsius testĩ illi coniuncta.
Et q̃ rõ locũ hẽt in casu nr̃o: q̃a uerbũ illud, uti, & frui, signifi
catiuũ gñis ꝑ se nihil importat, sed rõne adiuncti: quia ergo re
q̃rit, ꝙ illi aliud adiũgatur, dẽt fieri adiectio actus eiusdẽ quali
tatis, cuius sunt actus ꝑcedentes spãliter exp̃ssi, & quò ad illos
genus ampliabit. Et ꝑ ꝯseq̃s sub dicto verbo gñali, nõ includitur,
ꝙ possint ligna incidere: q̃a iste est actus diuersæ qualitatis, &
speciei: sed sub illo continetur, ꝙ possit etiã malgas facere, de
quo non fuit facta hoc loco spãlis mentio, qui actus tendit, &
ordinatur ad actum pasculandi, & habet connexitatem cum il
lo de quo prædixit: & sic dr̃ esse satis eiusdem qualitatis. Et
per hoc patet, ꝙ istud uerbum nõ est superfluũ, sed ꝙ operatur
multum.

multũ.Nã & in alio ꝓcedẽti capitulo,ſub quo,vt dixi, ſolũ includũtur alia loca, quæ nõ ſunt propria,neq; affictitia, hoĩb. de Fundo conceditur ſpecialiter malgas facere:ꝙ hominib.de Sanallo denegatur expreſsè. In ſequẽti ergo capitulo idem intelligitur conceſſum dictis hoĩb. in locis propriis & affictitiis per verbum illud generale, vti & frui: quia hoc non fuerat expreſſum ſpãliter.Prædicta ẽt cõfirmãtur.Nã in ꝓcedẽtib. nunquã ſub illo verbo,vti & frui,includitur facultas incidendi: & hoc eſt certũ, qñ dr̃,ꝙ poſsint paſculare,circuire,malgas facere,buſcare,vti & frui &c.quia actus buſcandi ſpãliter cõceſſus nõ includit̃ ſub verbo,vti frui, gñali, qđ ſequitur. d.l.doli clã. & per alia iura,ĩ quib. dr̃,ꝙ ſpecies derogat gñi,de qb. ꝑ Bar. plenè in d.l.quæſitũ.§.ſi quis fundũ.de fund.inſtru.immo tunc genus reſtringitur ad ſpecificata, & enumeratio ſpecierũ intelligitur facta gratia determinationis:quia cũ oẽs actus ſint ſpecificati,genus nõ poteſt in alio verificari.
5 Nam illa † verba,vti & frui,ſignificãt factũ,& actus conſiſtentes in facto:& nõ ius. i.ſeruitutẽ vſusfructus:quæ nõ eſt cõſtituta, ſed q̃ritur quoddã ius debitũ perſonis,per no. per Bar.poſt gl.in l.Mela.§.fi.de alimẽ.& cib.leg.Et pariter in aliis locis eiuſdem primi capituli, in quib.diſponitur,ꝙ certo tempore anni hoĩes de Fundo debeant ſuas pecudes ducere ſuper certis mõtib. & ꝙ ibi poſsint paſculare,malgã facere,circuire, vti & frui:ſub hoc vltimo verbo nõ includitur facultas buſcandi,quia ꝙ dicto tempore debeant pecudes duci in dictis locis, nõ diſponitur ad effectũ buſcãdi,ſed paſculãdi:qm̃,vt dixi,talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant. Et quia erat prius ſpãliter cõceſſa ẽt quãtũ ad iſta loca facultas buſcandi, in alia clauſula eiuſdem primi capituli,nõ continetur ſub dicto genere.d.l.doli clauſula. de verbo.obl.& per no.per Dy.& Bar.in d.l.1.§.1.de ope.nou.nun. Cum ergo in præcedentib.vt dictũ eſt,ſub illo verbo gñali,vti & frui,nõ includatur actus buſcãdi:dicendũ eſt, ꝙ ẽt in ſequẽtib.non comprehendatur: quia per præcedentia declarantur ſequentia.vt dixi.in d.l.qui filiab.in prin. & dicit Bar. in d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.el 1.ad Treb.ꝙ ſi in præcedentib. ſit facta ſimpliciter, ꝙ intelligitur de naturalib. ẽt in caſib.in quib. appellatione filii non ſolet naturalis comprehendi,per dictam l.qui filiab.Quia igitur in locis propriis,& affictitiis, non licet paſculare,nec damnum dare,per quod verbũ generale intelligitur prohibita inciſio lignorũ, & quo ad hanc prohibitionẽ lignorum non intelligitur receſſum, niſi certis menſib. exceptis ſequitur,ꝙ hoĩb. de Fundo non licet incidere ligna in aliqua parte anni in dictis locis propriis, & affictitiis dictorũ hominũ de Sanallo.Et fruſtra etiam diſputatur,vtrũ hominib.de Fundo ſit quæſitum ius incidendi, conſuetudine, vel præſcriptione: quia non eſt probata aliqua conſuetudo, vel præſcriptio.Teſtes. n.illorum de Funndo nihil probant.Nam illi de S. Laurentio,& vltimus teſtis alterius villæ,inquantũ deponũt de inciſione illorũ de Fundo in loco, de quo agitur, deponũt
6 de auditu:&† conueſtudo alterius villæ,de qua deponunt, cũ ſit contra ius,& oneroſa,nõ extenditur ad alias perſonas, neq; ad alia loca, ſm̃ Innoc.in c.fin.de offic. Arch. & Abb.in c.cum inter vniuerſas.col.1.de elec.& per Cy.in l.1. C.quæ ſit longa conſuetu.& faciunt no. per Bart.in l.1. §. ſi quis hoc interdicto.de itine.actuq; priua.Præterea dicti teſtes nõ deponũt clarè,vtrũ hoĩes vnius vniuerſitatis poſsint incidere in locis propriis hoĩum alterius cõitatis, de quo agitur in caſu noſtro:ſed ſimpl'r dñt, ꝙ larices ſunt cões. & ꝙ vicini pñt incidere.quæ verba pñt importare, ꝙ larices, q̃ ſunt in bonis hoĩum vnius vniuerſitatis, ſint cões inter homines eiuſdem vniuerſitatis: & ꝙ illi de eadẽ vniuerſitate poſsint incidere. & hoc eſt etiam magis veriſimile:& ita intelligendo iſti teſtes nihil probarent: quia de hoc nõ quæritur: ſed an illi de vniuerſitate poſsint incidere in bonis hoĩum alterius vniuerſitatis:ſiue ſint illa bona in eadem villa,ſeu territorio, vel in alio diuerſo, & ſeparato.
7 †In dubio igitur facienda eſt interpretatio contra producentem c.in præſentia.de prob.& per Bar. in l.inter ſtipulantẽ.§. 1.de ver.ob.cũ concor.de quib. ibi per mod. Nec ẽt probant alii teſtes de villa,vel caſtro Fundi in fauorem ſuæ cõitatis: q̃a ex quo ſinguli percipiunt commodum, & cauſa, ſuper qua deponunt,reſpicit commodum ſingulorum,non ſunt idonei, ſm̃ Io.And.Ant.de Butr. & Imo. in c.cum nuncius. de teſtib.
8 vbi dicunt,ꝙ† ſi eſt quæſtio de paſcuis,vel de nemore,in quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur,vel ſinguli ligna incidunt teſtimonium illorum non admittitur ſicut in cauſa propria repellerentur. l.oĩb.C. de teſtib.& idẽ vult Bart. in l.in tantum. §.vniuerſitatis.de rer. diui. & in l.ſed ſi hac. §. qui manumittitur.de in ius voc.& idem Bal.& Salic.in l.parentes. C.de teſta. poſt Cyn.vbi loquitur de paſcuis, in quib. beſtiæ ſingulorum paſcuntur gratis.& Bal.in c.tertio loco.de prob.de quo etiam per mod.in c.inſuper.de teſt. qui idem tenent. ¶Præterea eſt aduertendum,ꝙ Simon quondam fidelis teſtis illorum de Fũdo dicit,ꝙ iam ann.25.fuit famulus in villa Fundi, & ꝙ ipſe fuit ad buſcandum,& incidendum in loco dñe;& ſic deponit de ſua tm̃ inciſione.Sequens verò teſtis,ſ.Thomaſius dicit, ꝙ iam annis.30.habitauit in villa Fundi,& ab illo tp̃e illi de Fũdo buſcarunt,& inciſerunt in monte dñæ.Et inquantũ dicit,
9 ꝙ illi de Fundo &c.iſte † ſermo indefinitus verificari poteſt in duob.l.inter illam,de verb.ſigni.& hoc modo capitur, qñ ꝓfertur a teſtibus,& non æquipollet vniuerſali: quia probatio debet de neceſsitate concludere, ſecundùm Old.in cõſi.100. an executiones &c.Pe.de Anch.& Imo.in c.q̃ãto.de his quæ fiunt a præl. & Alex.in l.reſcriptum.in prin.de pac.Item non dicit, ꝙ in pratis propriis illorum de Sanallo inciderint: ſed ſimpliciter,quòd inciderunt in monte dñæ. Minus etiam ꝓbat ſequens teſtis,qui loquitur per ſermonem indefinitum:& qui dicit,quòd iam ann.20.fuit in uilla Fundi,& incidit,& vidit alios incidere &c.quamuis enim deponat de tẽpore, quo fuit in dicta uilla,non tamen deponit de tempore inciſionis. Sequens etiam teſtis,ſ.Ioannes de tempore inciſionis & de ip
10 ſa inciſione nihil dicit. Sequitur ergo,quòd † conſuetudo nõ dicitur probata,ex quo non probatur,ꝙ omnes homines,vel maior pars hominum de Fundo inciderint per ea quæ habentur in l.de quib.ff.de legib.& in l.1.quæ ſit longa conſuetu.& in c.fi.de conſuetu.Et quia conſtat de contradictione illorum de Sanallo: & ſic de diſſenſu apparet: & non de tacito conſẽſu illorum, ideo etiam ex hoc capite conſuetudo induci non potuit, quæ oritur ex tacito conſenſu populi. Et quia etiã de tempore non conſtat, quod eſt neceſſarium ad inducendum cõſuetudinem,de quo etiam per doc.in dictis locis. Et ꝓpter hoc etiam minus probatur præſcriptio, per quam non acqui-
11 ritur † ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, ſicut iſta: niſi ex curſu tanti temporis,cuius initij memoria non ſit in cõtrarium,ſm̃ gl.& doc.in l.ſeruitutes.ff.de ſerui.& in l.2. C. eo. & in l.1.§.ductus aquæ.de aqua plu.ar. de quo tempore nõ cõſtat.& minori tp̃e etiam alia rõne non potuit præſcriptio currere:quia cum illi de Sanallo non ſint paſsi,ſed cõtradixerint, ſine illorum patientia non potuerunt illi de Fundo eſſe in
12 † quaſi poſſeſsione, ut traditur in l. 1. & 2. C. de ſerui.& ſine qua poſſeſsione præſcriptio non procedit.l. ſine poſſeſsione. de uſucap.Et ꝓpea etiam non ſufficit iſto caſu allegatio tituli,ex quo non probatur quaſi poſſeſsio 10.anno. quæ (ut dixi) quæri non poteſt ſine patientia aduerſarij,de qua non cõſtat,ſed contradictione.& ſic iſto caſu non poteſt hr̃e locũ illud quod dicit Bar.in d.l.ſeruitutes. & in l.1.§. fi. de aqua plu. ar.& doc.in l.ſi certis annis.C.de pac.Concludo igit̃,& conſulo partes d.iudicis fore,& eſſe in pronunciando,& declarando, nullũ ius competere hoĩb. de Fundo in aliqua parte anni incidendi ligna,& buſcandi in bonis propriis,& affictitiis hominum de Sanallo,poſitis intra terminos,& confines,de quibus in laudo lato inter dictas partes.Item dico, & cõſulo partes ab expenſis eſſe abſoluendas. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Forum originis voluntate,vel alio modo amitti non poteſt.*

2 *Ciuis in loco originis munera ſubire tenetur, quamuis alibi habeat incolatum,& domicilium habitationis.*

3 *Ciuis originarius ex domicilij mutatione, priuilegia, quæ ciuibus conceduntur,non perdit.*

4 *Forum originis concurrens in perſona eiuſdem, cum foro domicilij,vel incolatus,præualet necne.vide num.8.& 11.*

5 *Ciuis,qui a loco originis in alium cum omnib. bonis ſe tranſtulit, ad munera perſonalia vel mixta in loco originis non tenetur,municepſque eſſe deſinit.*

6 *Municeps non eſt,qui omnia munera,ſcilicet patrimonialia,et perſonalia non ſuſtinet.*

7 *Repræsaliæ concedi non possunt ei, vel ad eius commodum, qui licet ciuis sit, municeps tamen non sit: & conuerso, concedi nõ possunt contra eum. & vide num. seq.*

9 *Subditi propriè dicuntur, qui ratione domicilij subditi reperiuntur.*

CONSILIVM CXX.

VIDERETVR fortasſis prima facie dicendũ, ciui origine Placentino potuerint repræsaliæ cõcedi, quãuis iã annis 25. alibi cũ oĩb. bonis transtulerit domicilium, & munera in loco originis non subierit, nec subeat de præsenti. Qm̃ forum
1 †originis retinet, quãuis alio domicilium transtulerit & incolatũ: quia voluntate vel alio modo perdi, vel amitti non pōt. l. assumptio. in prin. ad muni. l. origine. & ibi gl. C. de munici. & origi. lib. 10. ẽt si locus originis esse vilissimus. l. fin. & ibi no. eo. ti. & hoc nõ tm̃ quo ad temporalia sed etiam quò ad spiritualia. c. 3. de tẽpo. ordi. lib. 6. & per Abb. in c. 1. de fo. compe. Quod etiam procedit, quãuis in d. loco originis per se vel aliũ munera nõ subeat: quia licet ex hoc desinat esse mnniceps, ciuis tñ propriè remanet ꝯm Bar. in l. 1. col. pen. ad muni. Propte
2 rea† munera personalia in loco originis subire tenetur, quãuis alibi habeat incolatum, & habitationis domicilium, ꝯm Bart. in l. assumptio. §. 1. probatum in d. l. 1. 2. & fi. C. de munic. & origi. & no. gl. in l. ciues. C. incolis, eo. li. aut igitur nõ fuit vocatus ad dicta munera in loco originis, & sibi nõ potest imputari: quia per eum nõ dicitur stetisse. l. fi. §. 1. quorum lega. aut requisitus fuit contumax, & adhuc potuerunt sibi concedi repræsaliæ, ꝯm Bar. in trac. repræsal. in 2. q. 4. q. prin. vbi concludit, ꝙ ciui nõ facienti factiones potest ciuitas denegare repræsalias, per l. sed si prætorem. §. sed si dum decreto. ex quib. cau. maio. sed vbi ciuitas taceret, hoc aliàs ei opponere non posset, arg. l. 2. C. de iure emphy. cũ ibi no. & in l. 2. cum gl. si ager vecti. vel emp. pet. & in hoc differt ciuis ab incola, ꝯm eum: qa sola voluntate perficitur obligatio inter ciuẽ & ciuitatẽ, quæ mutari non potest. d. l. assumptio. & subdit, ꝙ ille, qui petit repræsalias vt ciuis, debet probare se ciuem. Secũdo præmissa cõ-
3 firmantur: quia† ciuis originarius ex mutatione domicilii nõ perdit priuilegia, quæ ciuibus conceduntur, vt no. gl. in d. l. pe. de sena. & Bar. in l. fi. §. idem rescripserunt. ff. ad muni. inquantum vult, ꝙ mulier, quæ nupta est extra locũ originis suæ, nõ desinat esse ciuis originis, quo ad commoda, & fauores, dummodo per id nõ separetur a seruitiis viri, & propterea, ꝯm eũ, gaudebit statutis ciuitatis, vnde est oriunda. Tertio facit: quia
4 †quotiescunq; in persona eiusdem concurrit forum originis, & forũ domicilii, vel incolatus, forum originis præualet, & ꝓfertur. l. libertus. §. præscriptio. ad munici. & no. gl. in d. l. 1. C. de munici. & origi. li. 10. & in d. l. ciues. Ergo in casu nostro dẽt attendi magis locus originis, quam domicilii, & habitationis. Facit ẽt: quia cã naturalis ꝓfertur accidentali. l. qui hẽt. in prin. de tute. & maximè qñ cã naturalis & accidẽtalis nõ repugnãt, licet repugnẽt effectus earũ, vt ibi per Bar. sed ꝙ quis ciuilitatẽ naturalẽ retineat, & accidentalẽ de nouo acquirat, non repugnant. d. l. 1. & 2. C. de muni. & orig. & no. in d. c. ciues. ergo quo ad effectũ, de quo quærimus, ciuilitas originalis ꝓualet. Sed tñ præmissis non ob. contrariam sententiam veriorem ar-
5 bitror: nã† ciuis iste originarius, qui in loco originis bono nõ hẽt, vt in puncto præmittitur, sed ad alium locũ cum oĩb. bonis se transtulit, non tenetur in loco originis ad munera patrimonialia, nec ad mixta: sed ab illis ipso iure se liberauit transferendo alio incolatũ cũ bonis, ꝯm Bar. in d. l. assumptio. §. 1. & & Bal. in d. l. 1. C. de municip. & origi. & probatur in l. 1. C. de mulieri. & in quo loco, & ibi plenè no. per oẽs li. 10. Quamuis igitur ciuis sit loci a quo originẽ ducit, & ad honores & munera personalia ibi trahi possit, per allegata in contrariũ: municeps tñ esse desiit, ex quo in originario loco alia munera patrimonialia videlicet & mixta cũ aliis ciuib. nõ subit: sed ab illis ipso iure se liberauit, vt dixit, transferendo aliò domicilium cũ oĩb. bonis, prout iure permittente facere potuit. l. domiciliũ, & ibi Bar. ad muni. & per eũ in d. l. assumptio. §. iuris prudentib. & probatur in d. l. 1. 2. & fi. C. de muni. & origi. Ad hoc ergo, vt quis municeps dicatur, non sufficit, ꝙ munera subeat personalia in loco, sed necesse est, ꝙ oĩa alia munera ẽt faciat. d. l. 1. in prin. ad muni. & hoc est, quod voluit Bar. in d. l. 1. col. pen. dũ concludit, ꝙ ille, qui munera non sustinet, municeps nõ appellatur: quia repugnat allusio vocabuli, quamuis ciuis
6 propriè dicatur. †intelligit ergo, ꝙ ille, qui nõ subit omnia munera, & sic ẽt patrimonialia & mixta nõ dicatur municeps: qa si ciuis est propriè, vt ipse dicit, ad personalia munera vocatur, & compellitur: vt superius dixi, & tñ dicit illũ non esse in municipẽ: & hoc, qa ab aliis munerib. ipso iure & iure permittẽte se liberauit, & ꝑpea qa oĩa munera cũ aliis nõ subit municeps dici nõ pōt, vt probatur in d. l. 1. in prin. ibi, vt munera nobiscũ facerent & c. perinde ac si diceretur, vt oĩa munera, qa inde finita æquipollet vñi. l. si plurib. in prin. de leg. 2. & ibi not. Cũ ergo ciuis iste origine Placentinus desierit esse municeps ciui
7 tatis Placentiæ, ex hoc† infero, ꝙ ei seu ad eius cõmodũ nõ potuerunt cõcedi repræsaliæ, per no. ꝑ Bart. in d. trac. repræsalia. in 2. q. 9. q. prin. vbi cõcludit, ꝙ repsaliæ cõcessæ ꝯ Florentinos nõ potuerũt exerceri ꝯ ciuẽ Florẽtinũ habitãtẽ alibi, si non subit munera in ciuitate Florẽtiæ, per se, vel aliũ: quia municeps nõ est. d. l. 1. in pri. ad munic. & idẽ tenet Bar. in l. prouinciales. de verb. signific. & per Bar. & Pau. de Cast. post antiquos in l. si eadem. de off. assesso. & Imo. in rub. sol. mat. & ibi Alex. in 3. col. q. dicit, hanc opi. esse comm. & alii idẽ tenent in locis ibi allegatis per eun. & sic quamuis ẽt ciuitas originis taceat: alius tñ id est ipse captus poterit allegare, ꝙ munera non subiit, & ꝙ municeps esse desiit, & idem opponere poterit ciuitas domicilij habitationis vendicando, vel suum ciuem captum defendendo: iuxta no. per Bar. in l. j. §. per hanc. de rei ven. & in l. de iure. in prin. ad muni. Nec ob. ꝙ sit propriè ciuis, vt dicit Alex. quia nudum nomen ciuilitatis sibi nocere non debet, ar. l. 2. §. sed si sint sui. ad Cert. ꝯm Bal. in rub. C. si a non cõpe. iud. Nec ob. si dicatur, ꝙ immo non est nudo noĩe ciuis, cum ibi possit conueniri, si ibidem reperiatur: & ad munera personalia ibi etiam trahi possit. Quia ex quo ab illo loco se subtraxit, inquantum potuit, & quantum in eo fuit, debet excusari, ar. l. mulier. §. pe. de cond. instit. & eius, quod no. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & dem. dum concludit, ꝙ filia, cui fuit per patrem dos assignata in testõ, vel inter uiuos cõtinebitur sub statuto excludente filiam dotatam: quia quàmuis ante matrimonium propriè dotata non dicatur. l. fi. C. de do. ante nup. Statis tñ dotata dici pōt, ex quo pater in eã actũ dotandi exercuit, quantum in eo fuit. d. §. pe. Similiter non ob. ꝙ in eo loco originis munera personalia teneatur subire: quia per hoc tm̃ municeps non remanet, quia oportet oĩa munera illum in ciuitate subire ad hoc, ut municeps dicatur: sicuti dixi superius. & quamuis quidam nouissimi in d. rub. sol. matr. ad hoc aliter rñdere conent, rñsionẽ tñ eorum non refero: quia non est vera, nec ad propositum: & quia præcedens ueritatem continet: sicut igitur ciuis originarius, qui cum oĩb. bonis ab originali domicilio recessit, etiam si ciuitas originis taceat, nõ pōt pro repræsaliis capi ea rõne: quia oĩa munera in dicta ciuitate non facit: sic eadem rõne ei, & pro eo non potuerunt repræsaliis concedi: & quilibet extraneus, cuius intersit, de hoc poterit conqueri: quia non dẽt petere posse, cuius contrariũ non esset postulaturus. l. pe. C. de sol. l. si ea lege. C. de vsur. quẽadmodum uidemus, ꝙ sicut contra incolam, qui munera non subeat, repræsaliæ non conceduntur, nec exercentur ꝯm Bar. in d. trac. in 1. q. prin. sic ẽt pro eodẽ incola non sustinenti onera non pñt, nec debent concedi, ꝯm eundẽ ibi in 1. q. 4. q. prin.
8 Secundò † pro hac parte facit, quia in isto cõcurrit duplex domicilium, s. originis & incolatus. Si ergo quærimus, quod ꝓualeat, & quod in proposito magis attendi debeat, recurrendum est ad ea, q̃ no. ponit Bal. in l. cũctos populos. in repetitio. Paduana, col. 4. super verbo, Chrianorum. qñ in una, eademq; ꝑsona concurrit domicilium originis, & incolatus: ut puta, qa Placentinus origine habet incolatũ hic Paduæ. primò arguit, ꝙ debeat appellari Paduanus, per illum tex. & per l. prouinciales. de uer. sig. & l. si eadẽ. de off. assesso. & l. 1. §. bestias. de postu. & ad hoc allegari possent oĩa iura, q̃ uolunt, ꝙ magis attẽdatur causa accidentalis, q̃ naturalis. In contrariũ tñ allegat, ꝙ appellari debeat Placentinus: eo ꝙ debemus hẽre respectu potius ad qualitatem naturalem, seu naturam, quam ad accidentalem; quia, quod naturaliter dicitur, magis propriè dr̃. l. qui

habet.

habet.de tute.l. fin. C. de his qui veni. æta. impetraue. l. filio quem pater.de lib. & posth.& de condi.& demon.l. fideicommissum. Tertiò ēt allegat, ꝙ vtrumque domicilium attendi debeat, qa idem iuris esse uidetur de origine,& de domicilio. l.1.C.ubi de cri.agi opor.demum soluit Bal. quòd aut loquimur in materia indifferenti,& attendatur utrũque forum.d.l.1.& probatur in l.3. de off. præsi. Aut in materia differenti, & tunc aut ratio subiectæ materiæ cõcernit originē, & importat originem,arg.d.l.qui hēt.cum similib.aut concernit domicilium,& importat domiciliũ.d.§.bestias.cũ concor.Qualiter autē hoc cognoscatur,an materia sit differens, uel indifferēs, & quid concernat, idē Bal.distinguit,ꝙ aut in actu,de quo agitur,persona consideratur in se, id est pp se, & importat originem. Exēplum,dicit statutũ,si qs offenderit Placentinũ &c. Aut cõsideratur extra se, id est, qa consideratur accidēs in psona magis,quã ipsa persona. Exemplum,si imponatur collecta,quæ imponitur personis pp res, uel si indicantur repræsaliæ, quia etiam simile onus imponitur personæ pro rebus, et non arctat meros originarios : quia isti non tenentur ad talia,nisi in subsidium,ut l.neminē.C.de sac.san. eccl. & hãc doctrinã Bal.etiam refert & sequitur d.Marianus in c. fi. de for. compe.ver.quintò principaliter quæro &c.& Fel. ibi in fi. pe. char.ver.in gl.pe.&c.& d.Io.Bap. Caccialupus in repe.d.l. cũctos populos. in 20.char.Ad propositum igitur, cũ velit Bal. ꝙ vbi agitur de repręsaliis contra aliquos indicendis, psona dicatur considerari extra se, & ꝙ consideretur accidens in persona magis, quam ipsa psona, & ppea, ꝙ merus originarius non includatur. Sic in concedendis repræsaliis alicui, merus originarius non dēt audiri, qa similiter hoc casu persona considerari dēt extra se,id est accidēs magis esse dēt in consideratione,quã ipsa persona. Et quãuis Bal.loquatur de repręsalijs passiuè, idē tñ est de repræsaliis actiuè,de quib. agimus. Quia sicut non conceduntur contra originarium nõ sustinentē onera,ꝭm Bar.in d. 2.q.7.q.prin. & alios in locis præall'e. & iõ in his persona dicitur considerari extra se,& pp accidens principaliter. sic ēt non conceduntur nec concedi debent,ei vel pro eo,qui non sustinet onera,ꝭm eundem Bar.in d.1.q.4.q.prin. & ppea,quia in illis concedendis hr̄ respectus, vtrum ille, qui petit,& instar,vt concedantur,oĩa munera subeat,vel non, minus hoc casu,quã in illo, de quo loquitur Bald. persona venit consideranda extra se,& magis pp accidens,quã pp personã, & ꝯñr locus originis quantũ ad effectum,de quo agimus,non debet attendi: sed locus domicilii,& incolatus. & ista ratio,ni fallor est concludens & vera. Et confirmatur: qa in dubio habetur respectus magis ad domicilium habitationis, quã ad domicilium originis,ꝭm gl.in c.statutum.§.cum verò.in ver.vnã dietam,de rescr.in 6.& facit gl.in c.psenti.de pb. in 6. & vtrobique infert Domini.repræsalias concessas contra certos homines intelligi de subditis rõne domicilii tm̃: & hinc est † ꝙ
9 subditi pprie dicuntur, qui rõne domicilii reperiuntur subditi,ꝭm gl.in cle.1.de for.compe.in fi.ver.subditos. cum qua ibi transeunt omnes.& Abb.in c.pe.& in c.proposuisti.eod.titu. Superest est nunc ad allegata in contrarium respondere. Non ob.igitur in primis, quòd forus originarius sit immutabilis, quia sicut hoc non sufficit, quantum ad hoc, vt merus originarius capi posit, si ibi omnia munera non subit: sic non debet sola origo sufficere,vt ei,& pro eo posint concedi repræsaliæ, qa,ut fuit dictum, nõ debet posse petere, quod non esset postulaturus contra se.d.l.pe.C.de sol.pterea quãuis ciuis remaneat,municeps tamen esse desinit.d.l.1.in prin. & ibi Barto.in pe.col.Ad hoc ergo, vt indicantur, vel concedantur repræsaliæ,non sufficit aliquem ostendere esse merè originariũ, sed oportet ostendere, illum esse municipem,vt pbatur ex pdictis.& hoc, quia persona consideratur extra se,id est magis pp accidens in persona,videlicet pp ipsa munera, ideo mera origo circa prædicta non debet attendi,sed locus habitationis & incolatus,in quo munera subeat,ꝭm Bal.& sequaces in d.l. cunctos populos. Non ob. ēt quòd in loco originis teneatur subire munera personalia,per ea,quæ hñr in l.assumptio.§. 1. cum concor.Quia hoc non sufficit ad hoc, vt municeps dicatur,sed,vt, dictum est, necesse est, quòd oĩa munera, & sic ēt patrimonialia faciat,& mixta.d.l.1.in prin. dum de munerib. loquitur indefinitè.Et probatur clarè ex no.p Bar. ibi col. pe. & in d.tracta.in q.parte.inquantum vult,quòd municeps esse desinat,qui nõ sustinet onera,quãuis propriè ciuis remaneat, & ppea, ꝙ pro repræsaliis detineri non posit rõne originis tm̃,& sic præsupponit illũ ad onera personalia teneri, ex quo dicit,illum esse ciuem pprie,vt habetur in d.l.assumptio. §.1. & tamen illum negat esse municipem,& hoc non alia rõne,nisi quia ad reliqua munera non tenetur. Nõ. n.personalia sunt in consideratione per se, quia ab oĩb. onerib. transferēdo alio domicilium, se exemit, quantum in eo fuit, & ideo ex quo fecit,quicquid potuit,vt ab originali domicilio, & eius oneribus se liberaret, non debet etiam quo ad commoda, vt municeps tractari.Non ob.ēt,quod vult Bar.in d.tract. in 2. q.4. q.prin.dum concludit,ꝙ pro ciue originario,qui sit etiã contumax in soluendo collectas,possunt cõcedi repræsaliæ, quia non loquitur Bar.de illo, qui aliò transtulit domiciliũ cũ oĩb. bonis,sed de illo,qui in loco originis domicilium habebat,uel saltē bona,quamuis domicilium haberet alibi,et sic de illo, q in dicto loco oĩa munera pstare tenebatur, sed in pstãdo tm̃ erat contumax: & per consequens de eo, qui de facto tm̃, & non de iure municeps non erat. Quia per solam contumaciã in soluendo verè municeps esse non desijt ipso iure,ex quo de iure ad collectas compelli poterat,et iõ de tali contumacia extraneus non põt opponere,si ciuitas taceat, qa de iure tertii, et sic ciuitatis nõ põt tertius opponere, qñ non est ipso iure exclusiuum iuris petentis,quo casu loquitur.l.2.cũ gl. si ager vecti.vel emphy.peta.iuncta.l.2.C.de iure emph. quam Bart. allegat in loco prædicto,& in l.2.de exce.rei iudi.sed nos loqmur qñ ipso iure fuit liberatus a munerib. patrimonialib. & mixtis,& non ob.contumaciam,sed iure permittente.sicut cõtingit,qñ a loco originis cum omnib.recessit,vt habetur in d. l.rescripto.§.j.& per Bal.in d.l.j.C.de municip. & origina. & probatur in l.j.& ibi no.C.de mulie.& in quo loco.li.10.& pterea isto casu quilibet,cuius interest,põt opponere, ꝙ municeps esse desiit,ex quo ipso iure exclusiuum iuris ipsius petentis,vel impetrantis repræsalias:ut per Bart. in d.l.2.de exce.rei iu.& hac rõne,si iudicatur contra aliquos,non pñt exerceri contra meros originarios non facientes munera in loco, ꝭm Bar.in loco præallegato:quia tales, & ēt ciuitas domicilij pñt opponere, ꝙ desierunt esse municipes loci originarii, & sic de iure dicti loci: quia est ipso iure exclusiuum iuris agentis,prout etiam superius fuit dictum latius. Non ob.insuper, ꝙ meri ciues originarij non perdant priuilegia cõcessa ciuib. ꝭm Bar.in l.fi.§.idem rescripserunt, ad muni.quia hoc non negatur: qm̃ ciues propriè remanent ꝭm eundem in d. l. 1.col. pe.sed alicui,neque contra aliquem conceduntur repræsaliæ, ex hoc tm̃,quia sit ciuis:sed quia est municeps,& sic, quia oĩa munera subit,secundùm doc.in d.locis,& maximè,ꝭm Bal.& & sequaces in d.l.cunctos populos.& ppea cum desinat esse municeps ille, qui cum omnib. bonis aliò transtulit domicilium,ꝭm Bar.in d.pe.col.ei,& in eum repræsaliæ concedi non
7 C.de ꝓb.vbi † dicunt, ꝙ ex præsenti non p̃sumitur in præteritum,nisi q̃n aliqua p̃sumptio, vel coniectura est in contrarium.d.l.ex persona.cũ glo.quo casu loquitur & Old. & Bal. in l.1.§.si magistratus.de magi. cõue. & ideo qui dn̄s est de p̃senti, non præsumitur retro fuisse dn̄s, quamuis hoc allegetur: nisi ꝓbetur.l.& quæ nondum.§. quod dicitur. & l. 1. de pig.de quo ẽt per Alex.in consi.16.in 1.col.5.vol. Ad hoc ergo,vt rapina dicatur facta de voluntate mulieris,& causa matrimonij,necesse est ꝓbare, ꝙ literas receperit dn̄s Iulius, & ꝙ de illis notitiam habuerit ante raptum.¶Sed his non obstãtib. quæ verè non obstant iudicio meo,contrarium verius arbitror. Nam ꝙ do. Barbara contraxerit matrimonium uoluntariè,& non per metum cum do.Iulio,ꝓbatur ex his,quæ dixit ante raptum, & ante matrimonium: & ex his,q̃ dixit post, dum esset adhuc apud d.Iuliũ, & ẽt ex his, quæ dixit postquã sub custodia d.Iulij esse desijt. De primo autẽ constat ex literis dictæ d.Barbaræ,in quibus,vt dixi,inuitat.d. Iulium ad raptum, & de t̃pe, & de modo illum instruit ac de matrimonio cum illo contrahendo tractatum continent,& hæc sufficiunt ad hunc effectum, vt non dicatur rapta, & vt matrimoniũ sit validum.c.pen.de rapto.vbi hoc est expressum.¶Nec ob.dum dicebatur non constare,ꝙ d.Iulius dictas literas receperit, & ꝙ de illis notitiam habuerit ante raptum. Quia ex quo literæ reperiuntur apud eum,p̃sumitur,ꝙ illas receperit, & de illis notitiam habuerit ante raptum : & ꝙ rapuerit occasione dictarum literarum,vt ꝓbatur ex no.per Soc.in l.2. de condi.& demon.in vlti.col.ver.aliquando & quartò &c.vbi prius dixerat,ꝙ si nauta promisit portare res in naui, & in naui fuerint positæ illo sciente,ꝙ debetur vectura, si verò illo ignorante, & tunc virtute contractus,& ꝓmissionis non debetur. Sed si dubitetur, an res fuerint positæ in naui a nauiculario, vel eo sciente,an verò eo ignorante,& concludit Soc. ꝙ detur actio ex promissione,quia ex quo factum reperitur,præsumitur ex p̃cedenti causa factum,arg.l.quædam mulier.de rei uend. per no.per Bar.in l.cum solus.prope fi.de vsucap.& in l. triticum. de verb.obl. Eadem ergo rõne in casu nostro debet præsumi, ꝙ raptus fuerit factus ex causa, & tractatu p̃cedenti, & consequenter præsumitur in dubio, ꝙ de literis p̃cedentib. habuerit scientiã d.Iulius,apud quem repertæ sunt dictæ literæ. Et confirmatur hoc ex no.per Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres. in 3.q.de verb.obl.cum quo alii transeunt,dum dicit, ꝙ scientia testamenti ꝓbatur, q̃n filii diuiserunt inter se hæreditatẽ, ꝓut deferebatur illis ex testamẽto, & non ꝓut successuri erãt ab intestato. Vnde & isto casu scientia literarum p̃sumitur,ex quo factũ fuit,ꝓut in illis continetur. Præterea p̃sumendum
8 est,ꝙ ante raptum d.Iulius receperit literas : quia † mediante tali p̃sumptione quamuis delictum non tollatur in totum, saltem minuitur.d.c.pe.de rap.Et ideo sicut capi debet præsumptio,per quam cessat delicti suspicio.l.meritò. pro soc. ita capienda illa præsumptio, per quam maius delictum euitatur, ſm Bar.in l.hæ.n.in prin.de suspec.tu.& l.si p̃ses,de pœ.Bal. in l.si.C.de ædil.act.& Are.in consi.31.& per cõsequens præsumendum est,quòd rapta fuerit d. Barbara post literas receptas a dicto do.Iulio,per no.ꝑ Bar.in l.non solũ.§. sed ut ꝓbari,de ope.no.nun.vbi concludit,quòd aliquid in dubio præsumitur factum tempore ꝑmisso, potius quàm t̃pe prohibito, ad finem ut delictum euitetur in totum.l.meritò.Ergo idem est dicendum ad effectum, vt ex duob. delictis minus delictũ p̃sumatur cõmissum ꝑ p̃dicta. Sed dato ẽt, quòd ante rapinã d.Iulius literas non receperit, & quòd earum tenorem ignorauerit; quia tñ ſm veritatem do.Barbara rapi voluit, & con-
9 sensit,debet † attendi veritas, & ignorantia dn̄i Iulij non põt allegari cõtra eum,vt est casus in l.inter oẽs.§.rectè.de fur. vbi dicitur,quòd furtum non committitur per illum, qui credidit inuito dn̄o rem subripere,si ille consensit, & ibi not. Bart. qui per hoc infert,quòd ille,qui occidit bannitum, qui ex forma statuti poterat impune occidi,nõ punitur,si rectè erat bãnitus: quamuis ignoraret illum esse bannitum, quia in maleficiis non attenditur credulitas,sed ueritas, & idẽ dicit Bart. in l.genero.de his q̃ no.infa.ꝑ d.§.rectè.& ꝑ l.fin.de cri.expil. hære.& insti.de obli.q̃ ex delic.§.placuit,& ibi respondet ad l. 2.de condi. & demon. & alia iura in contrariũ allegata, ꝙ ibi allegatur ignorantiam ad incõmodum ignorantis, quantum ad hoc ut lucrum perdat, & non ad effectũ vt pœnam incurrat, quamuis ergo do. Iulius crediderit d.Barbaram inuitã rapere, quia ignorabat eam consensisse:tñ raptum non cõmisit,

ex

ex quo illa prius voluit, & pp̄ n̄s matrimonium contractum cum ea valuit.d.c.pen. de rapto. Et istud puto tutissimum fundamentum, si aliud non ostendatur in contrarium. Et si forte diceretur, has literas fuisse scriptas post rapinam ad persuasionem d.Iulij, quamuis fingantur prius scriptæ: istud esset ꝓbandum, q̄a hoc non est p̄sumendū.d.l.meritò. ¶Secundò † dixi
10 cōstare, ꝗ d. Barbara matrimoniū cōtraxit voluntariè ex his, q̄ dixit, & fecit post raptum, & matrimoniū contractū, q̄m dicitur constare & ꝓbatum esse, ꝗ post despōsationē fecit multa signa lætitiæ, petendo videlicet instrumentū ad sonandum, sonando & cantando, ac etiam inuitando maritum ad cantandum, & illum de osculando. Vnde ex huiusmodi gestis ꝓbatur animus, vt no.in l.Fulcinius.§.1.de bo.autho.iu. po. in gl. in ver.aīus, & in l.apud Celsum. in prin.in gl.2. de do. excep. ¶Nec ob.quod no.doc.in c.insuper.de renun.quia illud, quod dicunt, ꝓcedit, q̄n puella rapta prius ꝓuocata ostendisset signa lætitiæ: quia tunc potuit fingere, & ita p̄sumendū est instante eadem causa metus, pp quam expediebat forte simulare. Sed q̄n ipsa vltro, & sponte, ac nemine instāte ad hos actus lætitiam indicantes accessit: ex illis apparet, ꝗ non timuit, & ꝗ voluntariè matrimonium contraxit, vt bene ꝓbatur in l.de minore.§.tormenta.de qō.dum ibi consideratur, qua constantia, & qua trepidatione quis respondeat. Sicut ēt cōfessio sponte facta, & nemine instante est efficacior contra confitentem,
11 quā si facta sit ꝑsuasione aduersarij: quia isto vltimo casu datur restitutio in integrum, ēt post sententiā ꝓbato errore, sed primo casu, s̄m Bar.in l.error.circa primā col.C.de iur. & fac. ign.& Bar.& alios, in l.1.in prin.de eo, per quem fac.erit, cum concor.de quib. ibi per Alex. Et propterea ēt si rapina nō fuisset facta de voluntate do.Barbaræ, valeret matrimonium cum raptore, quia prior dissensus postmodum transiuit in consensum: & quod antea displicuit tandem incœpit complacere.ca. fin.de rapt.& non tm̄, ꝗ dictus superuenerit tp̄e matrimonij ꝓbari potest ex his, q̄ præcesserunt matrimoniū: sed ēt ex his, quæ sequuta sunt.l.si seruus pluriū.§.fi.de leg.1.Et sicut videmus, ꝗ mens testatoris fuerit excludere matrem ex tacita pupillari, non solum pōt ꝓbari ex his, q̄ dixit ante testm̄, s̄m Bar. in l.2.in prin.de vulg.& pup.col.pen. Sed ēt ex his, quæ dixit post testm̄, ēt ex interuallo, s̄m Bal.in l.precibus. C. de impu. & al.subst.circa 3.col.& Imo.in c.Raynutius. de testa. in materia pupi.substi. Tertiò dictū est, ꝗ ex his, q̄ do.Barbara dixit cessante causa metus, ꝓbatur, ꝗ matrimonium liberè contraxit. Nam, vt in facto præsupponitur, coram do.Gubernatore Mediolani confessa est matrimonium voluntariè contraxisse
12 cum do.Iulio, quæ confessio pōt † dici meticulosa pp præsentiam dn̄i Gubernatoris, q̄ facit cessare oēm suspicionem, secūdum Bar.in l. frater a fratre. in vlt. char.versi.tertiò est videndum &c.de cond.indeb.allegat.l.fin.in prin.ff.quod met.cau. & facit l.transactionem.cum ibi no.ꝑ Bar.& alios.C. de transac.& dicunt ēt doc.in d.c.insuper.de renun. ꝗ actus factus in præsentia iudicis, p̄sumitur voluntarius, qui aliàs ꝑ metum p̄sumeretur factus, ex qua confessione ꝓbatur animus dictæ puellæ tp̄e cōtracti matrimonij, s̄m gl.& Bar.in d.l.Fulcinius. §.quid sit latitare. in verbo, animus, quæ declaratio animi parte ēt absente potuit fieri, vt no.in l.Pomponius.de nego.gest. & per Bar.in l.quo.n.rem rat.hab.Nec huic primæ confessioni derogatur, vel detrahitur per aliam confessionem cōtrariā, factam apud matrem.l.generaliter.C.de non nume.pec. & q̄a
13 † prima confessio est pro matrimonio, & secūda tendit ad separationem matrimonii consumati ꝑ copulā, ad quam etiam postremò tendit ipsa do. Barbara, ideo non valet, s̄m Host.& oēs doc.in d.c.pe.de rap.& ꝓbatur in c.super eo. & ibi ēt per doct.de eo qui cog.consang.vxo.suæ.Sed ēt dato, ꝗ do.Barbara contra eius voluntatē fuisset rapta, & matrimonium contraxisset ꝑ metum, adhuc tm̄ tenet matrimoniū, ex quo per copulam fuit consumatū, quia ꝑ hoc metus p̄cedens intelligitur purgatus.cap.consultationi. de sponsal.& c.2.de eo, qui duxit in matri.&c.& c.insuper.qui matri. accus.pos. Nec ob.quòd præsumatur do.Barbara per vim cognita durante eadem causa timoris, vt no.in d.cap.insuper, quia immo consensit in copulam, ex quo dr̄ esse probatum, ꝗ illa inuitabat do. Iuliū ad dormiendum secum.& sic cum ipsa etiam q̄nque prouocaret, & non prouocaretur ad copulam, cessat dicta præsumptio.sicut tollitur, q̄n mulier rapta potuit aufugere, & non aufugit: etiā si cohabitatio fuisset modica, vt plenè not. in c. ad id q̄d. de sponsa. non.n. minus debet operari talis prouocatio mulieris ad copulam, q̄ facultas discedendi. Præterea aduertendū puto, ꝗ aut post matrimonium contractum per metum copula fuit voluntaria, & hoc constat: & tunc sine dubio conualidatur matrimonium etiam ab initio nullum: vt in iurib. prēalleg. Aliq̄n, & secundò constat, ꝗ mulier per vim, vel iustum metum fuit cognita, & tunc nihil operatur copula: nec purgatur metus adhibitus in matrimonio, s̄m doc.in d.c.insuper.&
14 in d.c.consultationi. Quandoque † & tertiò sequuta est copula, & metus, & dubitatur vtrum voluntaria fuerit uel coacta: & isto casu præsumitur voluntaria, licet etiam mulier rapta matrimonium contraxerit per metum, & adhuc esset sub custodia rapientis, & ita determinat Abba. expressè in c. ad id
15 quod.in fi.de sponsa.vbi quærit, an † ad purgandum metum, qui interuenit in matrimonio necessaria sit cohabitatio anni cum dimidio: ut ibi dr̄ in tex.& post Hos.r̄ndet, ꝗ non: sed sufficit, ꝗ cohabitauerit uoluntariè, prout fecisse præsumitur, q̄n potuit aufugere & non aufugit: quia in matrimonio sufficit solus consensus. Vnde ex quo sponte cohabitauit cum viro, vt cum marito, videtur approbasse matrimonium, ꝑ c.vnicum.de despon.impu.lib.6.& subdit Abb. ꝗ iudex habet considerare quantitatem moræ, & oportunitatem fugiendi, et si interim intercessit copula, omnino præsumitur pro cōsensu: nisi probaretur per vim extorta.d.c.consulationi.cum ibi no. et in c.ex literis.inf.tit.propxim. Ecce ꝗ Abb.loquitur, quādo mulier post metum illatum adhuc cohabitabat cum uiro: et utrum ex tali cohabitatione purgetur metus, uel non: distinguit, considerando quantitatem moræ, & oportunitatem fugiendi: sed si sequatur copula, dicit, ꝗ oīno præsumitur pro consensu: nisi probetur per vim extorta. quod verbum, omnino, exponitur, i.sine distinctione, ut no.in l.si cum exceptione.§.quatenus.quod met.cau.& sic dicto casu vult, ꝗ indistinctè, i.siue cohabitatio fuerit modica, siue longa, siue habuerit facultatem fugiendi, siue non, & sic durante adhuc eadem causa metus, præsumat̄ pro consensu.& istud vr̄ etiam velle Hosti.quem refert, & sequitur Ant.de Bu.in d.c.ad id quod.dum dicit, ꝗ si copula interuenerit, illa sola sufficit. & idem etiam videtur uelle Abb.post Vincentium in d.c.consultationi.qui dn̄t, ꝗ per copulam purgatur metus, nisi mulier probet, ꝗ per vim fuit cognita.& sic uidetur requirere ueram & extrinsecā probationem uiolentiæ ad istum actum. Nec est mirum: quādo per copulam matrimonium contractum per metum præsumptione iuris, & de iure intelligitur approbatum, & ratificatum d.c.consultationi. sicut etiam ex longa cohabitatione oritur præsumptio iuris, & de iure approbationis eiusdē matrimonij.d.c.ad id quod.& ibi no.Anto.de But. quæ in hoc æquiparatur copulæ subsequenti, ut no.glo.in c.de illis. el 2.de despon.impu.& in d.c.insuper. Et ideo prædictis casib. nō admitteretur ꝓbatio in contrarium directa, s. ꝗ matrimonium non sit ratificatum, vel approbatum, ut clarè ꝓbatur in d. ca. consultationi, & in d.c.ad id. Sed ꝑ indirectū posset ꝓbari cōtrarium, videlicet, ꝗ cohabitatio, vel copula fuit ꝑ vim, vel metum exorta, s̄m doc.in dictis locis, quemadmodum aliàs dicta ꝓbatio directa non admittitur contra p̄sumptionem iuris, & de iure, q̄ resultat ex sponsalib. & copula subsequenti, & sic ꝓbari non potest, ꝗ matrimonium non sit contractū. c.is qui fidem.eo.tit.sed per indirectum sic: videlicet, ꝗ copula fuit ꝑ vim extorta, s̄m Ant.de But. & alios ibi. Et hoc est verum, q̄n dicta ꝓbatio indirecta est vera ꝓbatio: sed si sit præsumpta, non admittitur. Et ꝑpea quamuis verè ꝓbari posit, quòd longa cohabitatio fuerit violenta, ut dicunt doc.in d.c. ad id.nō tn̄ ꝓbatur, ꝗ ꝑ vim, vel metū mulier cohabitauerit, ex hoc solū, quòd matrimonium fuerit metu contractum, & quòd eadem causa timoris durauerit, quia hmōi p̄sumptio, q̄ ex hoc aliàs oriri consueuit, vt no.in d.l.2.C.quod me.cau.cōfunditur ꝑ p̄sumptionem contrariam iuris, & de iure. d. c. ad id.cum ibi no. ꝑ doc. Similiter igitur, quemadmodum directa ꝓbatio nō admittitur isto casu, hoc est, quòd matrimonium metu contractum non sit ratificatum.d.c.consultationi. eodē modo non admittitur ꝓbatio indirecta, q̄ non sit vera, sed p̄sumpta: & cōsequenter licet ꝓbari posit verè, quòd copula fuit

fuit per vim extorta, ſm doct. in eo. c. non tñ iſtud ꝓbatur ꝑſumptiuè ex hoc tantùm, videlicet, ꝙ matrimonium fuerit metu contractum, & ꝙ cauſa metus duraret tp̃e copulæ. Et hoc ꝑꝑ præſumptionẽ iuris & de iure, quæ oritur ẽt per indirectũ in contrarium ex dicta copula. Nec iſto caſu locũ habet, quod no. in d. l. 2. C. quod met. cau. ſed qñ tp̃e actus durat eadẽ cauſa metus, & non oritur præſumptio iuris, & de iure, quòd per illum actum ſequentem, metus qui interuenit in actu pręcedenti, intelligatur purgatus. Sed contra ꝑdicta facit: quia ſicut cõtra præſumptionẽ iuris & de iure admittitur ꝓbatio in contrarium per veram cõfeſsionẽ: ita ẽt admittitur per fictã, ſm Bar. in l. abſentem. de pœn. in prin. ergo ſicut vera ꝓbatio per indirectum admittitur cõtra dictam præſumptionem: ita etiam debet admitti præſumpta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus non amittit ea, quæ ſunt iuris communis, ſed ea tantùm quæ ſunt propria ſuæ ciuitatis: & in hoc ſecundo æquiparatur deportato.*

2 *In confiſcatione non veniunt bona, nec iura poſt confiſcationẽ acquiſita, & vide nu. 7.*

3 *Fiſcus poteſt hæreditatem bannito delatam, cuius eſt capax de iure communi, tanquam ab indigno auferre, ſed vide nu. 5.*

4 *Conditio, quæ neceſſaria eſt ad actus validitatem, quamuis impoſſibilis ſit de iure, non reijcitur.*

6 *Indignus ſucceſſionis quis non cenſetur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

8 *Paria ſunt, quòd conditio ſit neceſſaria ad actum, vel ad actus effectum.*

9 *Conditionem impoſſibilem vitiari, introductum eſt fauore vltimæ voluntatis conſeruandæ.*

CONSILIVM CXXIII.

QVAMVIS Guliel. Bar. Bald. & alij, in l. ſi qua pœna. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. velint ꝑ illum tex. ꝙ ſi filius viuente patre ſit bannitus, ꝙ mortuo deinde patre, viuente adhuc filio eius, legitima non applicetur fiſco: quia cum filius per bannum ſublatus ſit de medio alteri proximiori defertur ſucceſsio, vt ibi dr̃, & ſic fiſcus excluditur. Nihilo minus hoc aſ-
1 ſumptum non vr̃ verum, quia † bannitus ꝑꝑ bannum nõ redditur incapax ſucceſsionis, & alterius iuris delati de iure cõi ex teſtamento, vel ab inteſtato: ſed ſolũ amittit ea, q̃ ſunt ꝓpria illius ciuitatis: & quãtum ad illa æquiparatur deportato: ſed ea, q̃ ſunt iuris cõis retinet, & in hoc differt à deportato, q̃ amittit iura ciuium Romanorũ, ſm Bar. in diſpu. Lucanæ ciuitatis ſtatuto. & in l. amiſsione. §. qui deficiũt, de cap. dim. & in l. 1. C. de hær. inſt. & eſt com. op. ſm oẽs mod. ibi, & ꝑpterea ſm Bar. & alios bannitus eſt capax hæreditatis, quæ defertur de iure cõi tam ab inteſtato, q̃ ex teſtamento. & ſic non eſt verum, ꝙ dicatur ſublatus de medio: & ꝙ alius poſt bannũ ſucceſſerit loco eius, quia non deſinit filius bannitus eſſe in ptãte patris, q̃a patria poteſtas eſſet de iure cõi, ſicut ẽt hac rõne patre bannito filius non deſinit eſſe in ptãte, ſm Nellum in tracta. banni. in 1. par. 2. temp. q. 20. ¶Nec ob. d. l. ſi qua pœna. & l. 1. §. fi. de bo. poſſ. cõtra tab. quia loquitur in deportato, vel in ſeruo pœnæ, q̃ amiſit oĩa, q̃ ſunt iuris ciuilis, & deſiit eſſe in ptãte patris, & ſic primũ locũ tenere deſijt: à quo in hoc, vt dixi, differt bãnitus, q̃ pot ẽt impune offendi, & hoc ẽt ſatis ſentit Pau. de Caſt. in d. conſi. 32. qui vim facit non ſolũ in banno ſimplici, ſed in alio ſtatuto, quod reddit expreſsè bannitũ incapacem bonorũ immobilium exiſtentium in territorio. Vnde ex ꝑdictis infertur, ꝙ relictum vnius aurei factũ ab auo mortuo nepoti bannito valuit, & ꝙ illi competit ius agendi ad ſupplementũ legitimæ, quod conceditur de iure com. l. omnimodo. C. de inoff. teſt. quæ legitima ẽt ſuppletur in ſubſtãtia ipſo iure, antequã petatur, ſm Sal. in l. ſcimus. in prin. C. de inoff. teſta. & quãuis ad fiſcum non tranſeat virtute publicationis om-
2 nium bonorum facta adhuc viuente auo, q̃a † in confiſcatione non veniunt iura futura, nec bona poſt confiſcationẽ q̃ſita, vt no. gl. in l. non ad ea. de condi. & dem. & ꝓbatur in l. ſi tibi mãd uero. §. is cuius. ff. manda. & in l. eius. qui. §. 1. de teſt. & in l. ex facto. §. Iulius. Longinus. de vulg. & pup. & ibi ꝑ Cyn.

Bal. & Alex. in l. 2. C. de præſcr. fiſcus tñ põt ab hoc bannito legitimã de nouo quæſitã auferre velut ab indigno, ſm Bart. in
3 d. l. 1. in fi. C. de hære. inſt. vbi † vult, ꝙ q̃uis bãnito poſsit poſt bannum hæreditas deferri ex teſtõ, & ab inteſt. de iure com. & illius ſit capax, & illam poſsit adire, & acquirere: poterit tamẽ fiſcus ab illo velut ab indigno hæreditatẽ auferre. Idẽ ergo dicendum eſt de legitima, q̃ vt dixi, eſt ipſo iure ſuppleta, & quãuis non ſit bannito acquiſita cum effectu ante acceptationẽ, attamen poteſt etiam ius delatũ, & nondũ quæſitum auferri per fiſcum ab aliquo tanquã ab indigno, & ſic dictũ Bar. procedit in hæreditate tã delata quã adita, vt ꝓbatur in l. cũ fiſco, ad Silla. & no. glo. & doct. cõmuniter in l. recuſare. §. ſi fiſco. ad Trebel. & per gl. in l. eam quam. C. de fideicõ. in 11. fall. Quinimò videtur, ꝙ etiam fiſcus conſequi poſsit dimidiam hæreditatis relictæ per fideicõmiſſum dicto bannito, ſi quo tempore dictus bãnitus redire & ſtare ſecurè poterit in ſtatu Illuſtriſſimi ducis Vrbini cũ ſua bona gratia & eiuſdẽ ducis ſucceſſorum. Quia ergo dictum fideicõmiſſum relictũ eſt ſub cõditione, q̃ pendet a voluntate principis, q̃ reputatur impoſsibilis. l. apud Iulianum. §. fi. de leg. 1. debet talis cõditio reijci de fideicommiſſo. l. 1. cum materia. de condit. inſt. & ſic cum fideicõmiſſum remaneat purum, poterit fiſcus illud a bannito tãquã ab indigno auferre, licet adhuc non ſit reſtitutũ, ſed tantummodo delatũ per prædicta. Nec ob. reſponſio quædam, dum
4 dicitur, ꝙ † huiuſmodi conditio eſt intrinſeca, hoc eſt neceſſaria ad validitatem actus, ideo quamuis ſit impoſsibilis, de iure non reiicitur: ſicut dicitur de filio ſpurio inſtituto ſub conditione, ſi legitimabitur, q̃ a principis poteſtate pendet, & reputatur impoſsibilis, ſm Bar. in l. Gallus. §. ẽt ſi parente, de libe. & poſth. in fi. & tñ nõ reiicitur, q̃a aliter inſtitutio de ſpurio nõ poteſt eſſe valida, & ſm Bal. qui ita declarat, in l. 1. in 6. q. C. de inſti. & ſubſt. & Alex. in d. l. apud Iulianum. §. fi. & videtur ꝓbari in le. quidam relegatus. de reb. du. ſm Soc. ibi. Quoniam falſum eſt, ꝙ iſta conditio ſit neceſſaria, ad ualiditatem dicti actus: q̃m fideicommiſſum potuit purè huic bãnito relinqui, & valuiſſet, ſi purè relictũ fuiſſet, ex quo defertur ex teſtamẽto valido de iure cõi, ſm Bar. & alios, in d. l. 1. C. de hære. inſti. & in aliis præallegatis locis. Sed ꝑmiſsis non obſtantib. cõtrarium eſt verius. Nam legitima, vel fideicõmiſſum etiam ſi ſit purum, q̃ uel quod defertur, aut acquiritur poſt bannum, non cõtinetur ſub publicatione omnium: quoniam, vt dictũ eſt, quærenda in futurum non veniunt in confiſcatione præcedẽte, vt in iuribus præallegatis, per no. in d. l. non ad ea. de condi-
5 tionib. & demon. cum concor. Nec † etiam a bannito bona poſſunt auferri tanquã ab indigno de iure cõmuni, quia hoc non reperitur iure cautum. Nec etiam ex forma ſtatuti, q̃a ſtatutum hoc non dicit, & ita vult Bal. in d. l. 1. C. de hære. inſt.
6 quia † ſm eum, nemo eſt indignus, niſi in caſib. a iure expreſſis, & ideo qui dicit aliquẽ eſſe indignum, dẽt hoc probare. l. ab ea parte. de probatio. & cũ Bal. in effectu tranſit Alex. in d. l. 1. in fi. & licet dicat, ꝙ poſſunt occupari bona talis banniti, ſi poteſt impune offendi, hoc tñ non cõceditur ſolũ fiſco, ſed ẽt cuilibet alteri, ſm Alex. & quia per alium, i. per hæredem bona hæc prius reperiuntur occupata, ad illum pertinent, ꝓut ẽt fatetur Ale. & cũ opi. Bal. tranſit ẽt Nellus in dicto tracta. in 1. par. 2. tempo. q. 39. nec Bar. firmat cõtrarium, ſed loquitur ꝑ verbũ forte, & ſine lege, et multo minus fiſcus tanquam quilibet alius põt occupare bona ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſsi vr̃s, quia ex quo non ſunt adhuc re, vel verbo reſtituta, dñium eſt apud heredẽ. l. reſtituta. in prin. ad Trebellia. & cũ nõ ſint bona banniti, ſed hæredis, occupari non poſſunt: nec etiam fiſcus agere poteſt ad reſtitutionem, ẽt ſi fideicõmiſſum dicatur purum reiecta dicta conditione, tanquam de iure im-
7 poſsibile: quia † dixi quæſita poſt bannum, nõ pñt cõfiſcari, ẽt ſi habeant ortũ de ꝑterito, ꝑ no. in d. l. non ad ea. & in d. l. ex facto. §. Iulius Longinus, de vulga. et pup. et ꝑ Bal. in d. l. 1. in pen. col. multo minus ergo publicatio dẽt trahi ad futura, q̃ non oriuntur ex ꝑteritis, ſed ex noua cã, ut in caſu noſtro. l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mãda. et hoc non habet dubium. Præterea arbitror, ꝙ iſto caſu non reiiciatur dicta cõditio, q̃a quãuis non ſit neceſſaria ad actũ: quia fideicõmiſſum potuit bãnito relinq̃ purè, ut dictũ eſt, ſi tñ bona venirẽt in ꝓfiſcat ione, vel ſaltẽ poſsẽt a bãnito ꝑ fiſcũ auferri tanq̃ ab ĩdigno, ſm

opi.Bar.in d.l.1.in fi.dicta conditio esset saltē necessaria ad effectum actus: quia fideicommissum non potest aliter effectū habere, ꝯm intentionem testatoris, qui voluit, ꝙ cedat ad commodum nepotis banniti, & non fisci, & quantū ad hoc intentio testatoris dēt attendi, ꝯm Bar.in l.3.de lega.1.dum respon
8 det ad l. in conditionib. de condi. & demonstr. & † paria esse videtur, ꝙ conditio huiusmodi sint necessaria ad actum, vel ad effectum actus, per no. ꝑ Bar.& alios, in l. Gallus. §. & quid si tm̄.de lib.& posth. Vnde sicut vno casu non reijcitur, scilicet quando est necessaria ad actum, ꝯm Bal. & Alex. in locis præallegatis, ita etiā reiici non dēt alia casu. Et alia rōne arbitror,
9 ꝙ † non sit reiicienda: quia ꝙ conditio impossibilis vitietur, & non vitiet, introductum est fauore vltimæ voluntatis, & ꝓ conseruanda voluntate testatoris, ꝯm Bar.& doc.in l.1. de cōdi.insti. quod non esset in casu nostro, si reijcietur cōditio ad effectum, vt bona peruenirent ad fiscum; qm̄ hoc non tenderet ad conseruandum, sed ad impugnandum voluntatē testatoris, qui conditionem apposuit ad finem excludendi fiscum a dictis bonis, & vt ad illum peruenire non possent, & ꝙ a nepote per fiscum non possent auferri, quod ergo fauore testatoris & suæ voluntatis introductum est, non debet retorqueri in eius odium.l.quod fauore. de legi. ꝓut in odium redundaret, si conditio reiiceretur ad cōmodū fisci, & ideo non dēt conditio ista reijci, nec ēt debet vitiare vltimam voluntatem, sed eius fauore debet potius illam suspendere, & sicut suspendit, & non vitiat, neque vitiatur, qn̄ hoc cedit ad fauorem testatoris, & vltimę voluntatis: sicut accidit, qn̄ conditio ista est necessaria ad validitatem actus, ꝯm doct.in locis præalleg. Nā & tunc non vitiatur, neque vitiat: quia hoc tendit in fauorē vltimæ voluntatis, & cōtrarium in eius odium, eadem ergo ratione idem est dicendum in casu nostro. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Dec.consi.348.in 2.conclu.& Socin.Iun.& Curt.Iun.vt ibi annot. Hier.Zanc.

SVMMARIVM.

1 *Filia spuria sub aliqua dispositione de filijs loquēte non comprehenditur.*
2 *Potestas legitimandi, extantibus filijs legitimis, & naturalibus, specialiter & expresse concedi non debet.*
3 *Legitimatio, in cuius petitione nō fuit expressum de filijs, quos quis ex matrimonio habet, non valet: tanquam subreptitia, & vide nume 9.*
4 *Filius legitimatus verè non est filius legitimus, & naturalis, sed fictè. vide nu.6.& 11.*
5 *Numerus, xij. liberorum immunitatem a collectis & onerib. etiam de iure communi præbet: & hoc procedit etiam in liberis legitimatis.*
7 *Legitimatus in omnibus et per oīa legitimè nato æquiparatur.*
8 *Legitimatio retrotrahitur ad natiuitatis tempus.*
Priuilegium immunitatis propter numerum duodecim liberorum concessum conualidatur per legitimationē filij naturalis.
10 *Subreptitium non dicitur priuilegium, in quo expressum non fuit id, quod notorium est.*

CONSILIVM CXXIIII.

CIRCA illud, de quo quæritur, vr̄ prima facie dicendum, ꝙ priuilegium immunitatis cōcessum D.Pietro Antonio non valeat, & non possit sortiri effectum tanquam subreptitium, l.sed si hac. §.patronum.de in ius voc.c. super literis. & c.postulasti.de rescriptis.qm̄ principi exposuit, habere filios duodecim, inter quos erat filia spuria, cuius qualitatem, & cōditionem non expresit, qua expressa dictum priuilegium non impetrasset, qa nec ēt de iure cōpeteret, qa spuria filia nō est no-
1 minanda.auth. ex complexu.C.de incest.nup. Ideo † non cōprehēditur sub aliqua dispositione de filiis loquente, secundū Bar.& alios in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Trebel. & Ioan. And.in addi.Spec.in rub.qui filij sint legitimi.alleg.Guido de Suza.in d.auth.ex complexu. & facit, quod no.glo.in l.qa semper. de in ius voc. Quinimmo ēt propter naturales filios tātum immunitas petita non competit.l. 2. §. 1. & ibi not.C.de exac.trib. Nec iuuare uidetur superueniens legitimatio: quia actus ab initio inualidus, ex post facto, & tractu temporis validari non potest.l.quæ ab initio.de reg.iur.l.1.§. filius. de leg. 3.& dicit Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.col.9.versi. ex his apparet &c. Quòd si pater leget filio spurio, & deinde illum legitimet, ꝙ legatum ab initio nullum. d. auth. ex cōplexu. non reconualidatur. Præterea videtur, ꝙ legitimatio, de qua agi-
2 tur, non valeat: & sic ꝙ Thomasia adhuc sit spuria: quia † comiti specialiter, & expresse nō cōceditur ptās legitimandi, extantib. filiis legitimis, & naturalib. sicut concedi dēt, ad hoc vt dicto casu legitimare possit: adeo ꝙ sub gn̄alib. verbis, & ꝑgnantib. dicta potestas nō includitur, ꝯm Bal.in l. cum filius. de testam.mili.in l.4.§.quæsitum.si quis caut. & sentit idem in c.domino guerram. in titu. hic fin.lex Conra. & sequitur Pau. de Cast. & Aret.in l.Gallus.§.& quid si tm̄. de liber.& posthu. & Pau. de Cast. consi. 23. Super eo, quod primo loco quæritur. & Alex.in consi.69.vel seq.pe.col.2.volu. & vbi etiam comes ptātem legitimandi habuisset, adhuc tn̄ legitimatio non
3 valeret. Qm̄ pater, qui † preces obtulit, quot filios ex matrimonio haberet, nō expresit: ꝓpea legitimatio tanquā subreptitia valere non potuit, ꝯm Io.An. in addi.Spec.in tit. de suc.ab intestato.§. 1.ver.item scias &c.& Pau. de Cast. & alios Mod. in d.§.& quid si tm̄. & quamuis comes concedat, ꝙ cum alii filiabus legitimè natis succedere possit non tn̄ ꝑ hoc apparet, ꝙ de masculis filiis notitiam habuerit, & ꝙ illis extantib. legitimare voluerit, plus ēt videtur dici posse, ꝙ priuilegium non ualeret, ēt si dicta Thomasia, antequam impetraretur, rite legitimata fuisset, si in dicto numero filiorum legitimatā contineri, aut connumerari pater non expresisset. Quia cū in multis legitimatus differat a legitimè nato.c. naturales. si de feu. fue. controu.inter do.& agna.& in auth.quib.mod. nat. effici.sui. §.filium.& §.qm̄ variæ & per Bal.in c.per tuas.de maio. & obed.& Alex.in l.ex facto.§. si quis rogatus. ad Treb. circa fin. & in d.l.sed si hac.§.patronum.princeps si hoc sciuisset, priuilegium difficilius concesisset, ideo nō valet.d.c.postulasti. de rescri.& per oēs in d.c.super literis.eo.ti.& quia, vbi ꝑꝑ filios priuilegium conceditur, intelligi dēt de filiis legitimè natis, &
4 non de legitimatis, qa † hi verè non sunt legitimi, & naturales, sed fictè: vt in auth.quibus mo.na.effi. sui. §. & gn̄aliter. & d. §.filiū.& ita ēt dixit Iaco.Butr.in procе.C.& Iac.de Belu. in §. tribus.in auth. quib.mod.nat.effi.sui.Bal.& Ang.in l.fi.de his qui.ue.æta.impe.& in l.2.C.de iure annu.aure.Bal. & Imo.in l.si ita quis.§.is cui.de leg.2.Benedict.de Plumb. in disput.inci. Statuto Pisano. & Roma.in l.si is, qui pro emptore.de vsuca. Et idcirco dictum priuilegium contra ius intelligitur de uero filio legitimo, & naturali, & non de ficto.d.l.fi.C. de his, q. ve. æta.impe.& d.§.is cui.facit l.3.§.hæc uerba. de nego.ge Sed præmisis non obstātib. cōtrariū uerius arbitror. Nam nume
5 rus † duodecim liberorum immunitatem a collectis & oneribus præbet, ēt de iure cōi.l.si quis decurio.la 2.& ibi no. C.de decurio.lib.10.inter quos sunt connumerandi ēt legitimati ꝑ
6 rescriptum, quoniam sunt uerè † legitimi, & naturales, ꝯm Barto.in d.l.si is qui ꝓ emptore.in 2.q.prin.uer.item quæritur circa prædicta &c.& probatur ex no. per eum in l.si maritus. §.legis.de adul.& sequitur Bal.in l.nuper.C.de nat. lib. in d.l.3.§. hæc uerba.de neg.gest.et ꝓbatur in §.liceat.et in §. si quis igitur.in auth.qb. mod.nat.effi.leg.& in auth.quib. mod. nat.effic.sui.§.qm̄ uariæ.§.reliqui.et §.illud. et hinc est, ꝙ conditio, quæ debet impleri in forma specifica. l. qui hæred.in prin. & l.Mæuius.de cond.et demon. si de filiis legitimis et naturalib. loquitur, in legitimatis uerificatur, ꝯm Iac.de Are. quē refert & sequitur Io.And.in addi. Spe.in ti.de success.ab.intest.§.fin. in fi.Bald.& Moder. in l. Gallus. §. si eius. de lib.et posthu. et Ang.in disput.Nobilis quidam genere. Albe. in l. generaliter. §.cum autē.C. de instit. & subst. cū concord. de quib. ibi per Alex. in consi.2.in 1.uol.ubi dicit, hanc esse cōem opinionē. Et dato etiam, ꝙ legitimatus non esset legitimus uerè, adhuc tamen patri propter illam competeret immunitas, sicut ꝑꝑ fi-
7 lium legitimè natum. Quia in omnibus † & per oīa æquiparatur filio legitimè nato: vt probatur in iurib. proximè allegatis. ratione ergo adæquationis, quod attribuitur legitimo, intelligitur legitimato attributum.l.1.de leg.1.et hac rōne in simili qōne utitur ēt Ang.in consi.71.incip. Arbiter & arbitrator &c. ista.n.est extensio passiua, quæ est permissa, ꝯm Alex. in d.

in d.consi.2.per l.1.§.lex Falcidia.ad leg. Falci. & magis in specie hoc confirmatur:nam immunitas cocessa ingenuo compe tit etiam restituto ad ius ingenuitatis per ius annul.aur.l.cum ex oratione.de excus.tuto. & tñ ille non est ꝓpriè ingenuus, & verè.d.l.sed si hac.§.patronum.& plenè no.in l.2.C.de iure annu.aure.vbi habetur, ꝙ in multis differt ab ingenuo. Multo igitur magis immunitas concessa ꝑ filios legitimos & naturales competere debet etiam ꝑ legitimatos legitimis adequatos,etiam si nō sint propriè legitimi. Sicut ergo priuilegiū immunitatis competens de iure cōi ꝑ numerum filiorū legitimorum & naturalium competit etiam propter legitimatos: eodem modo & priuilegium immunitatis a principe concessum competere debet propter dictos legitimatos:siue sint verè & proprie legitimi,siue impropriè,& fictè.Quia vbi ius cōmune vult per omnia idem esse in casu ficto, quod est in casu vero,sicut contingit in proposito,vt in iuribus prædictis, statutum,& eadem ratione priuilegium simpliciter disponens in illa materia locum etiam habet in casu ficto, secundū Roma. & Alex.in l.qui se patris.col.19. C.vnde lib. per c. cū dilectus. & c.ad audientiam.de cle.non residen. & præsertim, quando disponit in materia iuris communis,sicut loquuntur dicta iura,secundū Do.Anto.& Abb.ibi, prout in materia iuris communis disponit dictum priuilegium immunitatis, quæ etiam, vt dixi, per ius commune conceditur habenti. 12.filios.d. l. si quis decurio. Per hæc igitur constat,& ꝓbatur,ꝙ vbi Thoma sina ante priuilegium fuisset legitimata, quòd in numero liberorum connumerati debuisset. Restat autem videre, an dictū priuilegium confirmetur legitimatione deinde superuenien-
8 te,& arbitror dicendum,ꝙ sic: quia † legitimatio trahitur retro ad tempus natiuitatis: & sic tempus immunitatis concessæ fingitur fuisse naturalis,& legitima,secundū Bar. & docto. in d.§.& quid si tantum.& propterea dicta fictione attēta debet priuilegium reuiuiscere. quod etiam comprobatur authoritate Ang.& Imo.in l.si alienum.§.in extraneis.de hærc. inst. vbi volunt, ꝙ institutio de filio spurio, quæ fuit nulla ab initio,reconualidetur, si adhuc viuente testatore legitimatur, & hoc quia vsque ab initio legitimus fingitur,& cum eis concordat Alex.in d.l.Gallus.§.instituens,& vltra eos istud confirmatur ex no.per Bar.in l. 2.de vulg.& pup.col.3.ver. item quæro quòd si aliquis filius &c. vbi no.concludit, ꝙ substitutio pupillaris facta filio naturali,quæ non ualuit ab initio,cum non esset in potestate,vt ibi,recōualescit per legitimationem principis sequutam post mortem patris, & quia legitimatus nihil differt a legitimo,ut dixi: & quia legitimo trahitur retro, pari ergo rōne est dicendum, ꝙ conualidatur ab initio inualidū. Et si forte dicatur, ꝙ legitimatio non potest trahi retro in ꝑiudicium principis,sicut nec cuiuslibet alterius tertii, ꝓm glo. & docto.in d.§.& quid si tm̄, prout traheretur,si per hoc priuilegium reuiuisceret, quia gabellas non exigeret: ad hoc respondetur,ꝙ istud solū posset esse verum, vbi ageretur de gabellis præteritis,& quæ inceperunt deberi ante legitimationē, sed quò ad futuras,& quò ad eas,quæ in futurum possent exigi,vel deberi,non dicitur agi de iure quæsito aufferēdo,sed de iure quærendo: cum nullo iure debeantur antequā superueniat,vel occurrat casus,per quem ad denunciandum & soluēdum teneantur. In hoc igitur iure quærendo potuit præiudicare legitimatio, & quò ad illud trahi retro, quia in tali iure potest princeps,vel habens ptātem ab eo,ēt sine causa præiudicare,ꝓm Bal.in l.2.C.de iuris & facti igno.in c.domino guerram.in ti.hic fi.lex Conra.in l.Deo nobis.C.de episco.& cler. & Alex.& alios Moder.in d.§.& quid si tm̄.Præterea etiā in iure q̄rendo priuilegium omnino ꝑiudicat, quia non de iure cōmuni competebat.d.l.si quis decurio.& ideo frustra fuit impetratū.l.q̄ sub conditione.§.fi.de cond.inst.uel gratia dubitationis tollendæ,aut quia de facto ius cōe non fuisset obseruatum l.qui mutuam.si cer.pe.l.quæ dubitationis.de regu. iur. & declarat Bar.in simili in l.priuile.C.de sacrosf.eccl. dum loquitur de confirmatione priuilegii validi.¶Non ob.allegata in cōtrarium.& primò, ꝙ priuilegium ab initio non valuerit, q̄a planè hoc cōceditur, sed per superuenietem legitimationē assum psit vigorem,ꝑ allegata superius,& q̄a trahitur retro actus validatus,qui aliàs non validetur.d.l.1.§.si filius.de leg.3.& sic non obst.¶Nec ob.ꝙ ꝑ legitimationē sequentem non validetur legatum ab initio nullum,ꝓm Bal.in d.l.tāquā, q̄a hoc est falsum,& contrarium tenet Bal.& Pau.de Cast. in l. cætera.in prin.de leg.1.Bar.in l.1.col.3.de reg.Cato.& Alex.in d.l.Gallus.§.instituens.Non ob.insuper dum dicebatur, legitimationem non valere ex defectu potestatis ipsius legitimantis, quia
9 † quamuis explicitè non concedatur facultas legitimādi extātibus legitime natis: ex eo tñ ꝙ in priuilegio est cl'a non obstantib. legib. quib. cauetur, ꝙ spurii legitimari non possint sine consensu parentum,filiorum, & legitimorū hæredū &c. constat manifestè,ꝙ intentio principis fuit,ꝙ comes dictis filiis extantibus legitimare possit, quia frustra derogaretur legibus requirentib. consensum filiorum.quamuis.n.dicta clausula non obst.non augeat gratiam,per no.in cle. 1. de præbē. declarat tñ intentionem circa consensum,ꝓm Bal. in d. l. eam quam.col.10.ver.pone, quidam &c. vbi determinat, quòd si quis legitimetur simpliciter,vt spurius, & sit icestuosus & spurius simul,ꝙ legitimatio non valebit,nisi ex clausula, non ob. non appareat de mente contraria,vt quia dicat, non obst. l. si quis incesti.C.de secun.nup.& §.fi.in auth.quib. mo. na. effi. sui.quia ꝓm eum ex hoc declaratur intentio cōcedentis, allegat.l.fi.in prin.C.de ind.vidu.tollen.& c. 1.de no. for. fide. & cum eo transit Alex.consi.61.Nobilis vir &c. 1.vol. istud etiā est de mēte Bal.in l.fi.quia illustris.in 1.col.C.ad Orficia.Quia per hoc respondetur ad illud,qđ limitationi obiiciebatur, videlicet,quòd erat subreptitia,quia non fuerat comiti narratū filios,præsertim masculos legitimè natos extare,q̄a per eandē clausulam repetitam in legitimatione per ipsum comitem ꝓbatur,quòd illis etiam extantib. voluit legitimare, ꝓm Bal.in locis præalleg. Præterea in ciuitate Mutinæ debebat esse notorium tempore legitimationis, quòd D. Pet. Anto. habebat
10 plures filios vtriusq; sexus ex legitimo matrimonio.Nō† redditur ergo legitimatio subreptitia,si non fuit expressum ꝙ in loco erat notorium,quia de eo ꝑsumitur comes ibi morā trahens habuisse notitiam, vt probatur per id quod uoluit Fede. de Sen.in tract.de re.permu.colu.3.q. 4. & Pet.de Perusio,in tract.eiusdem ma.col.17.ibi,quæro tertiò &c.vbi dicunt,ꝙ si non fit mētio de reseruatione,quam fecit Papa, literæ nō sūt subreptitiæ,quando erat plurimū generalis, & nota in curia, ita quòd est verisimile,eam Papā sciuisse, quos refert & sequitur Feli.in d.c.super literis.col.7.ver.tertia regula.& in c.1.de re iud.in tertia ampliatione.nam ꝓm Bal.in l.2.in fi.C. quæ sit long.consue. princeps ꝑsumitur scire consuetudines multum generales,præsertim loci, in quo residet, nec illas licet ignorare,ꝓm Bal.in rub.de cōsue.rec. feud. & idem in effectu uult Bar.in extrauag.ad reprimen.in versi.non obstantib.&c.ad fi. & hoc magis procedit,si comes, qui legitimauit, erat affinis, vel vicinus d.Dom.Petri Anto.quia præsumitur sciuisse id, de quo quæritur.l.octaui.unde cogn.l.de tute.C.de in inte. rest. mino.et plene per doct.in l.1.ff.si cer.pet.Item non obst.dum dicitur,ꝙ priuilegium non ualuisset, ēt si legitimatio præcessisset,nisi de qualitate filii legitimati mentio facta fuisset, quia cum ab aliis in multis differat,princeps concessisset difficilius si hoc sciuisset. Quia hoc vltimū negatur, ex quo de iure cōi competebat priuilegium,ut dictū est,denegasset princeps cōcedere id,quod de iure cōi competebat,arg.l.merito. pro soc.
11 Postremò † non ob.quòd legitimatus non sit filius verè,et ꝓpriè,et ꝙ de legitimis verè priuilegium debeat intelligi, quia istud negari potest,qm̄ Barto.in d.l.si is pro emptore voluit, quòd verè legitimus dicatur. Et dato, quòd esset fictè legitimus,ex quo tñ in effectu non differt a legitimis, immunitas patri concessa ꝑ legitimos cōpetit ēt ꝑ legitimatos.l. cū ex oratione.de excus.tu.et per Alex.in d.consi.2.vol. 1. Et ꝑpea concluditur,quòd dictus D.Pet.tam de iure cōi, quàm ex tenore priuilegij immunis est et exemptus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Princeps priuilegium immunitatis concedere potest.*
2 *Collectæ propriè dicuntur, quæ personæ pro rebus imponitur.*
3 *Onus collectarum, quod pertinebat ad eos, qui nunc sunt exempti, alijs accrescit, sed quando hoc procedat, uide nu. 4.*
4 *Quod remedium competat aduersus priuilegium principis alicuius damnum concessum.*
5 *Inferiores ab Imperatore, et Papa non possunt in aliquorū, vel* reipu-

reipublicæ præiudicium concedere exemptionem.
6 *Exemptus munera sponte suscipiens, sine vlla protestatione exemptionis, priuilegium amittit.*

CONSILIVM CXXV.

VISO priuilegio exemptionis concesso illis de Romandellis, & verbis eius diligenter ponderatis, videtur absque dubio dicendum, quòd priuilegium immunitatis potest princeps concedere, ſm Io.And.& alios, in c.2.de imm.eccle.& habetur in l.vacuatis.C.de decu.lib.10. & ꝓbatur in l. medicus. de ꝓfeſ. & medi.& in l.1.C.de superindic.lib.10. & per totũ de iur.immu.& in c.accedentes.de præscr. Et similiter ex hoc priuilegio ꝓdicti vñr exempti ab illo onere, qđ imponitur ꝑ æstimum, & per æs & librã: quia spãliter immunitas conceditur a
2 collectis quæ † collectæ propriè dicuntur illæ, q̃ imponuntur personæ pro reb.& sic modo ꝓdicto.l.rescripto.§.fi.& ibi per gl.& Bar.de mune.& honor.& ꝑ doc.in l.placet.C.de sac.san.eccl.& Bar.in l.2.C.de mulie.& in quo lo.lib.11.& in consil. 180.inci.Si aliqua possessio &c.& An.de Iser.in c.1.quæ sint reg.vbi inquit, ꝙ fiscales regni dñt, ꝙ collecta est munus ordinarium, quia indicitur omni anno personæ pro reb.l.1.C.de indic.lib.12.& ſm eum vocatur collecta: q̃a colligitur in possessionib. pro modo facultatũ, & dicit Bal.in auth.defuncto, C.ad Tertul. ꝙ quantitas impositionis respicit de directo rẽ, & necessitas soluendi respicit personam: ideo ꝑꝑ hoc collecta dicitur imponi ꝑsonæ pro reb. de quo aũt per Bar.& Moder. in l.4.§.actor.de re iudi.& per Abb.in d.c.2. de immu.ec
3 cle. Cum ergo per † priuilegiũ principis sint à dictis collectis exempti, & ab alijs oneribus in quibus in priuilegio: videtur ꝙ onus, ad quòd isti fuissent obligati, ad alios ꝑtineat & aliis accrescat.l.ab oĩbus, in prin.& ibi no.Bar.de leg 1.& not. Bal. post Guliel.in l.si vnus.§.sed si gñaliter.ff.de pact.& bene ꝓbatur ex no.per Bar.in l.qui quadringenta.in princ.ad leg. Falc. vbi per illum tex.dixit, ꝙ si testator grauat vnum ex multis legatis præstari integrè, & sine vlla diminutione: & de alijs hoc non dixit, ꝙ hoc non cedit ad damnum hr̃dis, sed aliorum legatorum: quia falcidia hæredi non diminuetur, sed id qđ detrahendum fuisset de illo legato aliis accrescet: & ex aliis per hæredem detrahetur.& hoc ẽt locũ habet hodie, ſm Alex.ibi, quamuis possit prohiberi falci.auth.sed cum testator.C.ad le. Falc.q̃a in dubio videtur testator potius in hoc alia legata grauare, quã Falcidiam minuere, & vbi etiam aliquis eorum munera sponte suscepisset, nulla ꝓtestatione præmissa, quo casu solet sibi quis præiudicare, & priuilegium amittere, l.1.& ibi Bar.C.de his, q̃ spon.mune.sub.lib.12.si tñ iste erat minor, aduersus hanc tacitã renunciationem sibi succurritur: saltem mediante in integ.resti.l.1.cum gl.C.de in integ.resti. mino. in 1. solutione. Sed istis non obst. contrarium puto verius. Nã in facto præmittitur, ꝙ ex collectis impositis per dictum cõmune princeps consequitur cõmodum, & ꝙ imponuntur ẽt pro
4 satisfaciendo principi eximenti. Quo † stante dico, ꝙ onus, qđ ad exẽptos pertinuisset cessante exẽptione, non dt aliis accrescere: sed ad damnum principis cõcedentis exemptionẽ cedere: si ad eum spectat cõmodum collectarũ, siue si ex collectis & muneribus quæ imponuntur per dictum cõe, princeps eximens ꝓdictos emolumentum capiat. Quia dum dicitur, ꝙ onus, à quo quis eximitur per priuilegiũ aliis accrescit: procedit & habet locum, q̃n priuilegium tendit ad præiudicium tertii, puta ꝓ soluendo salario pãti, quia tunc ne illa damnum patiatur, & ne salarium auferatur, vel diminuatur, aliis accrescit id, in quo exemptus absoluitur, & liberatur, & ea rõne, q̃a nõ præsumitur, ꝙ eximens voluerit illi tertio præiudicare. l.2.§. meritò. & §. si quis à principe. ne quid in loco public. Sed vbi collecta imponitur ad commodum ipsius eximentis, sicut dicitur fieri in casu nostro: tunc ad illius damnum cedere debet exemptio, & ꝑꝑea minuitur præstatio consueta, & per alios non suppletur, ſm Spec.& Io.And.in tit.de censi.§.2. versicu. quid si vniuersitas &c.& Io.And.in c.2.de immu. eccl. Gulie. & Bal.in d.§.sed si generaliter. & Guliel.in l.auus. de pact. sequitur Pau.de Cast. qui dicit vidisse ita de facto seruari. Roma.in d.l.4.in prin.de re iud. Imo.& Pau.de Cast.in d.l.ab omnibus.in prin.de leg.1.& quamuis collectæ imponerentur nõ tñ pro principe, vt illi præstetur, quod singulo anno ꝑstari consueuit, & debuit, sed ẽt ꝑ aliis necessitatib. dicti cõis, adhuc tamen idem esset, quia satis est, ꝙ de his collectis princeps eximens participet, & ꝑ parte commodum capiat, quia lata est facienda interpretatio cõtra concedentẽ.l.fi.de consti. prin.& c.cum dilecti. de don.& sunt ista in præiudicium alterius.d.§.meritò, & c.quamuis.de rescr.in 6.& ꝑꝑea est interpretandũ, ꝙ isti dicantur exempti in præiudicium ipsius principis eximentis, & non ipsius cõis, & hoĩum dictæ terræ Lugi, & ꝑ cõsequẽs, ꝙ onus, quod ad exemptos pertinere potuisset, ad alios non transeat: sed ꝙ tanto minus ꝑstetur principi de eo, qđ ei cõsueuit præstari, quantũ est illud, quod exemptis per priuilegium est remissum. Quia est eadem ratio sic interpretandi, siue collecta imponatur & principi eximenti in totum prętetur, siue pro parte, ut ex præmissis clarè colligitur. Sed dato ẽt, ꝙ princeps nihil esset ꝑcepturus, sed solũ imponerẽtur collectæ pro aliis necessitatib.dicti communis, adhuc tamen aliis de dicto cõi huiusmodi exẽptio nocere non deberet. Quia, vt ẽt in facto ꝑsupponitur, mediante tali immunitate alii nimium grauarentur, & aliis damnum satis notabile inferretur: vnde priuilegium non tenet tendens ad noxam, ſm Cardi.in cle.præsenti.in vlt.q.de censi.& ibi refert, idẽ tenuisse in c.accedentes.de ꝑscr. vbi dicit, quòd si multi per priuilegium Apostolicum eximantur à procurationib. legatorum, ita quòd alii nimium grauantur, quòd reliquus clerus põt resistere, ne soluat totã procurationẽ, & appellare expressa hac causa in appellatione: quia enormiter ex hoc grauãtur, & debebat princeps hoc viso priuilegia reuocare tanquam tendentia ad noxam.d.c.suggestum. Abb.verò in d.c.accedentes, dicit
5 † quòd aut exemptio est cõcessa motu ꝓprio principis, & nõ videtur, quòd appellatio sit interponenda, q̃a à dispositione principis non licet appellare.9.q.3.cuncta per mundũ.& c.ꝑ principalem, sed si nimium grauat, debet implorari medium à principe, cuius interest decernere de suis priuilegiis, ut not.in c.cum venissent.de iu.& in d.c.suggestum, si verò fuit concessa immunitas ad instantiam exempti, sicut in casu nostro: & tunc dici potest, quòd cõcessio emanauerit per ambitionem, vel importunitatem impetrantis, & quòd si princeps sciuisset cũ ꝑiudicio aliorum non concessisset: maximè cum sint cõtra rempublicam, & à iure damnata.l.fi. C. si contra ius, vel vtili. publ.& d.l.vacuatis.C.de decur. lib. 10. & si talis exceptio nõ mittitur secundũ Abb.poterit appellari, ar.c. super eo. de offi. deleg.& sic Abb.ꝑsupponit, quòd isto casu priuilegium sit nullum, & idem in effectu vult Imo.in d.l.oĩbus, in fi.prin. dicẽs, quòd remedium erit, quòd illi de clero adeant Papã, quòd ꝓuideat. Nam ſm cum reuocandum est priuilegium, quod nimis tendit ad noxã.d.c.suggestum. Et sic patet, ſm oẽs, quòd tale priuilegium, ꝑ quod cõmunitas nimium læditur, non ua
6 let, vel ꝙ est reuocandum. † Tertiò ꝓdicta confirmantur, q̃a tunc onus, quod pertinebat ad exemptum, accrescit aliis: quãdo exemptio cõceditur à Papa, vel ab Imperatore. Si verò immunitatem concedant alii reges, principes, & barones, non habentes iura Imperii, licet possint eximere aliquem in eorum ꝑiudicium: non tñ in ꝑiudicium aliorũ, & reipublicæ, secundùm Abb.in d.c.accedentes.per d.l.vacuatis. cum ibi no. ꝑ gl. & Bart.& per.no. per Bar.in l.2.de iure immuni. & quamuis postea subiiciat Abb. quòd hoc facere posset ẽt inferior cum causa: hoc procedit, q̃n eã respiceret vtilitatem publicã, sicut loquitur Bar.quem alleg.in d.l.vacuatis.s.q̃n immunitas concederetur venientib.ad habitandũ de nouo in loco, vel q̃n cõcederetur doctori, uel medico: aliàs non, ſm Bart. Et ſm ꝓdicta intelligenda sunt, quæ superius sunt allegata: dum in principio dicebatur, ꝙ princeps põt immunitatẽ concedere, ẽt in præiudicium aliorum, quia illud est uerum in Papa, uel in Imperatore: sed alii non possunt, nisi ex causa ꝓdicta. Et similiter dũ dicebatur, ꝙ onus, à quo liberatur exemptus, aliis accrescit: quia hoc verum, si collecta imponitur ad cõmodum alterius, & non eximentis: sed q̃n imponitur, vt principi eximenti ꝑstetur in totum, vel pro parte: tunc exemptio minuit ꝑstationẽ debitã principi, & nõ grauãtur alii, vt superius dictũ est. Et ẽt q̃n per talẽ exemptionẽ enormiter alii læderentur, priuilegiũ, aut nõ valet, aut reuocari dẽt: ẽt eo casu, quo ꝯcedẽti priuilegiũ nihil ꝑstatur: sed alteri, puta Pr̃ãti, ſm docto.in locis alleg.

alleg.& sic per prædicta rñsum remanet ad oĩa in contrarium allegata,& sic concluditur, ꝙ onus collectandi, à quo prædicti de Rondanellis fuerunt exempti, ad alios non transit: nec
7 alijs accrescit,& vbi † post priuilegium soluissent illi, qui non sunt minores,vel pares minorũ nulla ꝑmissa ꝓtestatione,clarum est,ꝙ priuilegium amisissent.d.l.1.cũ ibi no.ꝑ Bar. C.de his qui spon.mune.sube.& facit,quod no.Ang.in l.1.§. si quis tutor.ff.qñ appellan.sit,vbi ꝑ illum tex.dicit,ꝙ si exemptus ꝑ priuilegium sciat se describi in libro soluẽtiũ collectas,& non appellet,ꝙ priuilegium amittit,de quo ẽt ꝑ Alexã.consi. 101. 1.vol.Et si quamuis minori proprium factum in hoc non posset nocere,factum tñ patris illi posset obesse, qa nõ potest vti priuilegio, nisi tanquã hæres patris, vt patet ex lectura illius, ad quem non potuit transire, si in pesona defuncti erat extinctum,& iõ cõcluditur vt ex præmissis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ de iure communi forensibus imponi non possunt,sed secus est de consuetudine Italiæ.*

2 *Papa vel Imperator cassans statuta,vel consuetudines non dicitur cassare, quæ iuramento confirmata sunt, & absque animæ periculo seruari possunt.*

3 *In his, quæ sunt propriè de actis, creditur simplici scripturæ notarij,etiam sine testibus: quantum verò ad alia, quæ non sunt de actis, testes requiruntur, etiam si facta sint coram iudice sedente pro tribunali.*

4 *Per promissionem soluendi collectas nõ intelligitur quis renunciare immunitati in futurum concedendæ.*

5 *Collectæ non soluuntur singulo anno vniformiter,sed solutio variatur,secundùm casus occurrentes, imminentesque necessitates.*

6 *Iuramentum ad casum non porrigitur, qui in pacto simplici non continetur.*

7 *Iudex ad declarationem suæ sententiæ faciendam debet partem citare.*

CONSILIVM CXXVI.

6 dixi, cũ actum † sit, quòd res soluantur inæstimatæ, intelligitur, quòd inæstimatæ remaneant simpliciter, & nõ quò ad q̃d & quò ad q̃d non.i.respectu augmenti, & diminutionis sint æstimatæ.l.hoc legatum.ff.de leg.3.vnde de necessitate dicendũ est, quòd æstimatio sit facta ob aliam causam, de qua supra & non vt desinat res dotalis esse, et quò ad quid. Et iste sensus iudicio meo est verissimus, & ſm ꝓdicta tollitur oĩs cõtrarietas, & cessat omnis repugnantia. Et alia interpretatio, de qua supra, non est vera, inquantum dicebatur, quòd res inæstimata erat danda ꝓ residuo dotis, non ad effectum, vt remaneret dotalis, sed ut cederet in solutum ꝓ dicto residuo, absq; eo quòd æstimaretur, vtrũ esset tanti valoris, vel non. Q̃m immo fuit postmodum æstimata ad istum finem, & quia repertum fuit, quòd tanti valoris non erat, in quãtitate fuit suppletum, vt patet ex secundo instrumento. Et minus ẽt ꝓcedit alius sensus, videlicet, dum dicebatur, ꝙ cũ actum sit, quòd res inæstimatæ soluantur, & deinde sequuta sit æstimatio: & sic cõtrariũ eius, quod prius fuit actum, quòd videbatur tradita electio viro restituendi res ipsas, vel earum æstimationem, arg.l.plerũque.§.fi.de iure dot.quia illud ꝓcedit, quando alternatiuè fuit ꝑ virum promissa restõ rei, vel æstimationis. Et ideo in alternatiuis electio est debitoris, ut ibi dicitur. Sed in casu nostro ex parte viri fuit promissa restõ dotis simpliciter. Et dos ipsa ꝓ parte consistit in certa specie, & q̃ ꝓ dicta parte sola est in obligatione ex parte mulieris ꝓ qua dos fuit constituta, ꝑ not. ꝑ Bar.in d.l.si q̃s stipulatus fuit decem in melle. Et quamuis ꝓ parte contraria ẽt ponderentur verba Barto. nihilo minus nõ contradicit, sed imo concordat cũ prædictis, prout etiam fuit
7 declaratum in præcedentib. Non ob.etiam, quòd per † æstimationem factam de dicta possessione intelligatur recessum a ꝓtestatione ꝓcedenti de dando in dotẽ res immobiles inæstimatas per l.cũ in plures.§.locator horrei.ff.loca.& ꝑ not.ꝑ doct. in l.pacta nouissima.C. de pact. & Mod.in l.ita stipulatus. de verb.obl.& ꝑ c.solicitudinẽ. de appel. Quia non est verum, ꝙ dicta æstimatio sit contraria ꝓtestationi ꝓcedenti, q̃a illa fuit facta ad vnũ effectũ.s.ut fundus remaneret dotalis, & æstimatio ad alium effectũ, videlicet ut intelligeretur, quanti ualoris esset ille fundus, & an valor ascenderet ad residuum dotis, ut actum est superius, q̃a ergo actus sequens est compatibilis cũ ꝓtestatione ꝓcedenti, ẽt si factus sit ex interuallo, nõ tollit ꝓtestationem, ſm Bal.in l.item q̃a.de pact. in fi. per illum tex.& per l. Titia.§.idem respondit. de uerb.obl. Et cũ eo etiam transit ibi Aretinus, ubi uerò actus est incompatibilis cũ protestatione, tunc locum habet, quod allegatur in cõtrarium, secundùm Bal. & Are. concluditur ergo, quòd soluto matrimonio restituenda sit possessio in dotem data. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex testem repetere potest, vt declaret dictum suum.*
2 *Sententiæ verba a libello declarationem accipiunt, ad quem senten-*

[library stamp: BIBLIOT... UNIVERSI...]

sententia tacitè refertur.

3 *Sententia prolata per verba incertitudinis certa dicitur, si ex actis probatorijs certa reddi potest.*

4 *Sententia ratione impossibilitatis nulla est.*

5 *In obligationibus dandis, si res sit petita, & in ea facta condemnatio, quæ res sit perempta, executio fit in æstimatione.*

6 *Dicens de sententiæ nullitate potest, hoc non obstante, ex ea quãdoque commodum consequi. & nu. 10.*

7 *Iudex ex eo, quod a parte impugnatum est, se fundare potest, quamuis pars non posset.*

8 *Notoria iniustitia sententiæ eam reddit inualidam.*

9 *Mora, quæ inchoauit in defuncto, in hæredem continuatur.*

CONSILIVM CXXXV.

VISO processu satis intricato causæ vertentis ĩter
dñm Virgilium ex vna, & do. Hieronymũ & fra-
tres ex altera, videtur primò, ꝙ cõmissio execu-
tionis instrumenti cõtra dictos fratres ꝓ corbib.
nonaginta duab. ad rõnem librarum quatuor Bonon. ꝓ sin-
gula corbe importet, & ꝙ verba eiusdem sigñent in effectu,
ꝙ d. do. Virgilio assigẽtur quantitas dicti frumenti ꝓ æstima-
tione librarũ quatuor ꝓ qualibet corbe, & sic ꝙ teneatur illã
recipere, & pro dicto precio sibi cõputare, ut colligi vr̃ in ter-
minis ex no. p Bar. in l. si stipulatus fuero decẽ in melle. de so-
lut. in 2. col. dũ concludit, ꝙ si ꝓmittis dare decem in melle ad
rationem vnius floreni pro quolibet cado, seu mẽsura: hoc to
tum dicitur esse in obligatione: & sic præsupponit, ꝙ illa ver-
ba ad rõnẽ vnius floreni ꝓ quolibet cado importent preciũ,
& estimationẽ dictæ mensuræ: qm̃ Bar. dicit tunc esse taxatã
certam quantitatem mellis: & sic ꝓ decem veniunt soluendi
decem cadi: aliàs quantitas mellis non esset certa, & p ꝯñs ꝙ
quælibet mensura venit præstanda sub dicta æstimatione. idẽ
ergo important in casu nostro illa verba. s. ad rõnem librarum
quatuor pro singula corbe. Ex his ergo sequitur, ꝙ verba di-
ctæ sñiæ sũt clara, & ꝑ ꝑea, ꝙ malè fuit petita declaratio eiusdẽ
l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. de lega. 2. nec ẽt videtur nulla: quo
niam petita fuit executio instrumenti pro corbib. nonaginta
duabus frumenti, & ꝓ eo pluri, quod valuit a tp̃e moræ. Vn-
de iudex volens cõmittere executionem ꝓ p̃dictis omnib. fru
mentum, in quo fuit cõmissa executio, æstimauit, intendẽs sa-
tisfacere petitioni actoris in totum, si æstimaretur p̃dicto mõ
frumentum: & ideo videt sñia & executio satis cõformis pe-
titioni: & quamuis quælibet corbis frumenti nõ esset eiusdẽ
valoris, sed longè minoris & vilioris precij, & sic iudex graua
uerit p̃dicta æstimatione p̃dictum do. Virgilium, & ꝑ hoc
non dicitur dicta sñia nulla: sed dicitur iniqua, & lata cõtra ius
litigatoris. l. 1. §. itẽ cũ contra sacras. qñ appel. sit. videtur, ꝙ di-
ci non possit de nullitate, nec ẽt de iniquitate, q̃a trãsiuit in rẽ
iudicatam, cũ non fuerit intra tp̃s debitũ appellatum. Quædã
alia adduci possent, q̃ parum vrgent, quæ omitto, & quib. rñ-
debitur inferius. Quibus tñ non obstantib. aliter concluden
dum puto, & est p̃mittendum primò, ꝙ illa verba, videlicet, ra
tione librarum quatuor pro singula corbe, possunt habere
duplicem sensum. Primus est, ꝙ in qualibet corbe fiat execu-
tio sub dicta æstimatione, & sic ꝙ per iudicem taxatum sit pre
cium, pro quo debeat p̃stari & recipi frumentum, prout dictũ
est supra, p no. p Bar. in l. si stipulatus fuero decem in melle.
Secundus sensus est, ꝙ quælibet corbis, in qua venit faciẽda
executio, sit p̃dictæ æstimationis, & tanti valoris, ꝙ eius pre-
cium ascendat ad dictas quatuor libras. Et differt iste vltimus
a primo, q̃a ẽm primum diceretur iudex appreciasse, & æsti-
masse frumentum, quod non ualet tantũdem, ac ẽm aliũ sen-
sum, non dicitur sic fecisse, sed voluisse, ꝙ soluatur frumentũ,
quod ẽm veritatem sit p̃dicti valoris, & sic ꝙ debeat esse tale,
quod ascendat eius valor ad dictam summam, ẽm æstimatio-
nem cõem, non quidem facta per eum, sed faciendã tp̃e actua
lis executionis & p̃stationis. Quod aũt p̃dictus duplex intel-
lectus possit cadere sup p dictis verbis, satis per se patet, & etiã
ꝓbatur ex no. p Bar. in l. 2. de duob. re. per illum tex. cum glo.
vbi dicit, ꝙ si sit articulatum, quòd Titius cognouit Bertã vio
lenter, & testes dicant, contenta in articulo esse vera, ꝙ p hoc
intentio testatoris non est probata, quia illud verbum, violen-
ter, à teste ꝓlatum potest intelligi duob. modis, actiuè & pas-
siuè, aut ꝙ Titius intulerit violẽtiam mulieri, vel ꝙ mulier in-
tulerit violentiam ipsi Titio: ideo facienda est interpretatio
contra ꝓducentem. c. in præsentia. de prob. & cũ Bar. trãsit ibi
Ang. dicens remedium esse, ꝙ iudex ex officio suo repetat te-
stem, ut declaret eius dictũ, & qũo intellexerit verbũ, violen-
1 ter, qđ † facere põt ẽm gl. in auth. de testi. §. quia verò. & Bar.
in l. repeti. in prin. de duo. re. & cũ Bar. ẽt transit Alex. in l. 1. in
prin. de acq. pos. in 5. no. pariter ergo in casu nostro verbum,
ad rationẽ librarũ, põt exponi passiuè. i. ꝓ precio, & æstima-
tione, ẽm primum sensum de quo supra & actiuè, hoc est, ꝙ
precium & æstimatio sit librarum quatuor pro qualibet cor-
be, ẽm alium sensum. Cum igitur dicta verba exponi possint
dupliciter, potuit peti declaratio dictæ sñiæ, & debuit declara-
ri. l. ab executore. in prin. cum ibi plenè no. de appel. sicut põt
testis ex officio interrogari ad declarationẽ sui dicti, qñ vtitur
simili verbo, ẽm Ang. in d. l. 2. Et quãuis denegata sit declara-
tio, & illa amplius peti non possit, postquã deserta est appella
tio interposita a dicta denegatione: tñ adhuc verba prædicta
cõmissionis executionis in dubio dẽt intelligi secundo modo,
& sic ꝙ iudex dicatur cõmisisse executionem ꝓ corbibus no-
naginta duab. frumenti, ad rõnẽ librarũ ꝓ singula corbe. i. ꝙ
pro qualibet corbe precium, & valor sit librarum quatuor, qđ
probatur, q̃a inquantum iudex committit executionẽ instru-
menti, dicitur ad illud se referri, in quo de æstimatione & pre-
cio illius nulla fit mentio, sed solum illa in libello, seu petitio-
ne solũ deducitur, quia petitur executio ẽt pro eo pluri, quod
ualuit frumentum a tp̃e moræ, & quãtũ plus ualuerit est ꝓba-
tum, hoc est, ꝙ fuit ualoris librarũ quatuor pro qualibet cor-
be, q̃a ergo fuit deductũ & probatũ, ꝙ ualuit plus, & ad illud
2 plus agitur, verba sñiæ † recipiunt declarationem ex libello, ad
quod sñia refertur tacitè, ẽm Bar. & doc. ĩ l. 1. C. de erro. calc.
& facit quod no. Bar. in l. p̃ses. de pœ. ubi per illum tex. vult,
ꝙ si in sñia dictũ sit, uim fecisti, q̃ verba sunt ambigua: q̃a pos-
sunt intelligi de vi publica, uel de vi priuata, ꝙ debet subaudi-
ri, uim fecisti. s. tibi obiectã, & sic tacitè referuntur ad libellũ,
3 & per illũ declarantur. Et similiter † sñia incerta declaratur ex
actis ꝓbatorijs, hoc est ex confessionibus & testibus, & ideo
si dicatur redde quod debes, quantitate, non expressa, si ex ꝓ-
bationib. constat, quantũ dẽt, sñia dicitur certa, & ualet, quia
declaratur ex illis, ẽm Bar. in l. pe. C. de sent. quæ sine cer. quã-
ti. & in l. ait p̃tor. §. 1. de re iud. unde & in casu nostro dicẽdũ
est, ꝙ iudex in sñia, in qua de æstimatione cuiuslibet corbis
frumenti est facta mentio, habuerit respectum ad æstimatio-
nem deductam, & petitam, & etiam probatã, q̃ concordant cũ
æstimatione iudicis in quãtitate, & ꝯñr ꝙ uoluerit in effectu
committere executionẽ ꝓ frumento, & ꝓ eo quod plus ua-
luit a tp̃e moræ. Sicut ẽt facere debuit. l. uinum. cum materia,
si certum petatur, & ideo uerba sñiæ debent intelligi secundũ
ultimum sensum, de quo supra: tanto magis, quia aliàs dicta
sñia esset nulla, ut dicetur infra, & ideo ẽt si dictus sensus esset
improprius, esset capiendus, q̃a ut sñia potius ualeat, quã pe-
reat, uerba eius impropriantur, ẽm glo. no. in l. & puto. famil.
erciscun. & si dicatur, ꝙ ẽm prædictum intellectum executio
diceretur cõmissa in reb. q̃ non reperiuntur in rerum natura,
qm̃ tempore sñiæ non inueniebatur frumentũ, quod pro qua
4 libet corbe ualeret libras quatuor & † rõne impossibilitatis
sñia esset nulla, ẽm Bal. in l. 1. C. de senten. & Imo. in l. centesi-
mis. §. fi. de uerborũ oblig. & Alexã. in l. impossibilis. eod. titu.
Ad istud respondetur ꝙ tp̃e, quo plus ualuit frumẽtum post
moram, tunc in obligatione erat frumentum dicti ualoris, &
hoc non habet dubium. Quamuis ergo dictus ualor postmo-
dum decreuerit, & desierit posse p̃stari corbis frumẽti eiusdẽ
precij, nihilo minus peti potuit frumentũ, qđ sit tanti precij,
& reus condemnari ad illud, quod tãtũdem ualeat; & licet nõ
inueniatur tale frumentũ, poterit fieri executio in frumento
pro parte, & pro residuo precij in quantitate. Quemadmodũ
5 in obligationibus dandi, re perempta post moram peti † põt
ipsa res, & fieri condemnatio ad dictam rem peremptam, quo
casu executio fit in precio & in æstimatione. l. si seruum. §. fin.
& ibi p Bar. & alios, de uerb. obl. Et quamuis ille tex. loqua-
tur, qñ in obligatione est certa species: tñ idem est, qñ fru-
mentum, uel uinum est in obligatione, ẽm Bart. in d. l. uinum.
in fi. Vnde in casu nostro, in quo est cõmissa executio per iu-

dicem,

dicem, dēt fieri actualis executio in frumento ꝓ rata, & pro residuo in æstimatione. Et præsertim, qa ēt ex parte reorum instatur, quòd fiat actualis executio dictæ commissionis. Et si iterum dicatur, quòd actor non potest petere dictam executionem, quia sñiam impugnauit, & de nullitate eius dixit: unde non debet commodū consequi ex eo, quod impugnauit. l. Papinian. §. meminisse. de inoff. test. & reg. ex eod. de reg. iur. lib. 6. & quia si sñia est nulla, ut actor ꝓponit & allegat, execu
6 tionem non meretur. l. 4. §. cōdemnatū. de re. iud. Ad istud † ēt rñdetur, quòd actor pōt ab impugnatione desistere, & executionem dicto modo fieri petere, ẜm Bar. in l. post legatum, in prin. de his q̄bus, ut indignis, per dictū. §. meminisse. & per l. alia. C. eod. & ibi ēt ꝑ Bal. & Ant. de But. in c. cum olim. de cen si. Itē pendente impugnatione, & q̄ pendet in casu nostro, potest quis ex ea se fundare, ẜm Compost. & oēs scribentes in c. capitulum. de rescriptis, ꝑ rōne, de qua ibi ꝑ eos. Et ꝑdicta ꝓcedunt ꝑcipuè, qa talis impugnatio actoris non fuit acceptata ꝑ reum: immo fuit contradictum, ꝑ not. ꝑ glo. in c. cū uenissent. de eo q̄ mitti, in possessio. q̄ ꝓbat, quòd actus gestus in iudicio non nocet, si non fuit acceptatus, sed impugna
7 tus per aduersarium. ¶Præterea, & tertiò, † iudex ex eo, quod est impugnatum potest se fundare, quamuis pars non posset ẜm Inno. in d. c. cū olim. & Bar. in d. l. post legatum, & Abb. in d. c. capitulū. cum concordant. de quib. ibi ꝑ Fel. in fallen. ad dictam regulam, ex eo. et de qua ibi latè per eū, & quia ista sine dubio fuit iudicis intentio, dēt iuuari, & qa est iuri consona huiusmodi interpretatio, iudex dēt, qui dēt ueritatē adiuuare & sequi illam amplecti. Sed ēt dato, ꝙ non posset, vel non deberet fieri executio dicto modo, et quòd intelligeretur ꝓnunciatum, ꝙ quælibet corbis frumenti tp̄e executionis præstandi deberet æstimari libras quatuor, et quòd ad dictā æstimationē dēt actor frumentum recipere, quamuis esset uilioris precij: tunc esset dicendum, ꝙ talis sñia dicto modo interpretata esset nulla qm̄, vt dictum est, ex instr̄o apparet, ꝙ frumentum simpliciter deberetur, & ꝙ in illo de æstimatione, vel precio non fit mentio. Et sic ꝙ est debitum ad mensuram, nō habita consideratione ad valorem. Item ex ꝓbationibus manifestè liquet, ꝙ post moram auctum est preciū frumēti vsq; ad libras quatuor, & ꝙ istud augmētum cedit ad damnū debitoris, & nō creditoris, & ꝑ cōsequēs, ꝙ condemnari dēt quanti plurimi fuit à tp̄e moræ, d. l. vinū. si cer. pet. si ergo esset commissa executio ad frumentum, ita ꝙ recipiatur à creditore ꝓ precio librarum quatuor ꝓ qualibet corbe, manifestè cōstat, & notoriè de iniquitate sñiæ, & de iniustitia, qa longè minus valet, vel nō est ꝓbatum, ꝙ sit tanti valoris, & ꝑ ꝯñs actori aufertur facultas cōsequendi illud plus, qđ valuit frumentū à tēpore moræ mediante huiusmodi sñia, quod fieri non debuit, sed vltra frumentum debuit actor consequi quanti plurimi ualuit à tp̄e moræ, vnde ꝑꝑ euidentiam iniustitiā, & iniquitatē
8 est ipso iure nulla, quia † notoria iniustitia sñiæ eam reddit inualidā, vt latè ꝓbat D. Abb. in c. interposita. de re iud. & Imo. in c. in præsentia. de renuncia. & in clem. si appellationem. in fi. de appel. & in c. cum dilecta. in vlt. col. de rescri. & in c. qm̄ cōtra. de proba. & ibi ēt per Abb. & Card. in clem. 1. §. fin. de fo. compe. allegat Inno. in c. cū Bertoldus. de re iud. cum alijs cōcor. de q̄b. per Fel. in d. c. inter cæteras. in pen. & vlt. col. vbi ēt rñdet ad ea, q̄ allegantur in contrarium. ꝑterea frumentum soluendum non potuit ꝑ iudicem æstimari habito respectu ad tp̄s præsens: qa hoc non fuit petitum ab aliqua partium. Et ideo licet iudex ex officio posset rem æstimare, ēt si valor eius non sit ꝓbatus: iux. not. in l. si quod ex Pamphila. de leg. 2. tñ non debet officium suum impartiri, nisi sit petitum. l. 4. §. hoc autem iudicium. & ibi plenè no. de dam. infect. & non tm̄ vitiatur sñia respectu æstimationis, sed ēt in totū, qa sñia est indiuidua. l. in hoc iudicio, fami. erciscun. idcirco vtile vitiatur per inutile, ẜm Cy. Ray. & alios, & maximè Alex. in l. 1. C. de errore calculi, in fi. & vbi etiam annullaretur respectu æstimationis, deberet fieri executio in quātitate frumenti expressa, & in nouo iudicio posset peti illud, quod plus valuit à tp̄e moræ, & quamuis Bar. in d. l. vinū. in fi. dicat, ꝙ duæ sñiæ non feruntur, nisi in arbitrariis, & non isto casu: nō negat, quin possint ferri: sed solū intendit, ꝙ nō sit necesse, ꝓut volebant quidā, quos reprehendi. Sed istud nō est necesse aliter ꝓsequi, postquam in totū esset nulla, & propterea potuit peti, vt factum est, quod declaretur nulla, & ꝙ reformetur in melius, ẜm Barto. in l. si vt ꝓponis. la 1. C. quo & qñ iudi. & ꝑ Bar. & alios, in l. si expressim. in prin. de appel. & ꝑ ista rñdetur clarè ad q̄dā, q̄ dicuntur allegari in contrarium. Non ob. igitur, ꝙ sñia pro parte fuerit approbata: quia de aliqua approbatione expressa, vel tacita non apparet: immo cōtrarium constat, & qa de nullitate patet ex causis ꝑdictis, cessat aliud, dum dr̄, de aliqua nullitate non constare. nec refert, ꝙ nō sit nulla, ex eo, ꝙ nō sit conformis libello, ex quo, & ex aliis causis ꝓbatur euidēs nullitas. Nec ob. ꝙ hæres non fuit in mora: qa habet iustam causam ignorandi. l. si quis inficiatus. depositi. & ꝑ Bar. in l. qđ
9 te. si cer. pe. quia † debitor principalis ante mortem cœpit esse in mora, q̄ continuatur in hæredem, ēt ignorantem, ex quo nūquam fuit purgata, & sic non agitur ex mora hæredis, & q̄ inchoauerit ab hærede, sed ex mora defuncti, q̄ à defuncto cępit, & quæ durat post mortē, ꝑ ea quæ habentur in l. cum filius. §. in hac. & in l. ad diem. de ver. obl. & minus ēt verum est aliud, qđ ꝓponitur, & allegatur, videlicet, ꝙ reformatio sñiæ pōt peti solū per illum, q̄ dicit validam, & non per illum, qui dicit de nullitate: qa cum illam impugnet, nō debet ex ea iu-
10 uari, qa † immo solū ille, qui dicit sñiam nullam, pōt eius reformationem petere: & non ille, q̄ dicit eam validam, secundum Bar. in d. l. si vt ꝓponis. & in d. l. si expressim. dicens, dictio nullitatis deuoluit negocium principale ad superiorem, sicut appellatio, & sic ille, qui dicit de nullitate, & qui appellat, petit reformationem. Et non ob. ꝙ impugnet sñiam: qa ēt ille, qui appellat, idē facit, & tñ petit sñiam in melius reformari. l. 1. de appel. & ideo vtroque casu auditur: qa licet sñiam impugnauerit, non tñ petendo ꝙ reformetur, vult iuuari ex sñia impugnata: sed ex alia sñia ferenda de nouo, ꝙ enim ille, qui dicit sñiam valere, cum illam approbet, petere nō potest, ꝙ reformetur, vel emendetur, vel corrigatur. Sed tanq̄ cōtrarius esset, si non appellauit, & in rem iudicatam transiuit, uel ēt post tp̄s appellationis decursum in effectu, adhuc liceret appellare, si admitteretur petitio reformationis, quod est somnium, nec faciunt ad propositum no. in l. si finita. in princ. de dam. infec. qa in casu, de quo ibi, non petitur reformatio hęc, correctio, vel emendatio. d. l. 1. de appel. sed petitur confirmatio actus validi, & istud peti pōt: ēt per illum, qui dicit actum validum. Nec ob. dum dicitur, quòd prius petiit actor declarari, & interpretari. & ideo, ut copula in medio posita esse dicatur inter diuersa, iux. not. in rub. de iur. & fa. ign. debet capi verbum interpretationem, pro correctione, vel emendatione: & ꝓut exponitur aliàs. l. 1. §. qui operas. & ibi per Barto. ad Ter. & per Barto. in l. omnes populi. de iusti. & iud. qa isto casu dicta verba idem significant, & est inculcatio verborum, sicut & aliàs. l. pediculis. & l. Labeo. de au. et arg. leg. quod ꝓbatur, quia petitur declarari, & interpretari expressa causa, quia sententia est dubia, et obscura etc. quia declarat et restringit verba petitionis. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. et no. Barto. in l. pater. §. fundum. de leg. 3. facit. l. regula. post prin. et ibi no. Barto. de iur. & fact. ign. vbi idem dicitur econuerso. Item petitur, sentētiam declarari, & interpretari, adeo ꝙ hm̄oi sententia remaneat clara, & clarè eam possit exequi. ex quib. ēt verbis seq. declaratur intentio actoris, quòd instat ad declarationem tantum. l. qui filiabus in prin. & l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1. Cum. n. tam in præcedentib. quā in seq. allegat, ꝙ sententia est dubia & obscura, & non dicat, eam esse nullā, aut iniquam, dici non potest, quòd voluerit eam corrigi, quia de correctione tantū agit, quando de nullitate, vel iniquitate agitur, & non quando dicitur, quòd est dubia sñia, vel obscura, & ob hanc causam petitur declarari & interpretari, cū hoc vltimū verbum idem importat cum primo, ꝓut importare potest, ut no. in d. §. qui operas. & per Bar. in d. l. omnes populi. & hoc non habet dubium. Concluditur ergo, ꝙ dicta sñia est exequenda, ita & taliter, quòd D. Virgilius in effectu tā in frumento, quàm in pecunia consequatur libras quatuor ꝓ qualibet corbe frumenti, uel saltem est reformanda tanquam nulla, adeo quòd mediante noua sententia consequatur corbes nonaginta duas frumenti, uel circa, & quantiplurimi fuit à tēpore moræ: puto tamen verius & æquius, ꝙ fiat executio modo prædicto. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Soluto matrimonio morte vxoris, ſi dos marito nondum ſoluta fuit pater tantùm, non autem filij matri ſuccedentes, ad eam agere poſſunt.*
2 *Agens ex vna cauſa, & probans aliam obtinere non poteſt.*
3 *Fructus percepti à marito poſt ſolutum matrimonium computari debent in ſortem.*
4 *Inſtrumentum probat contra producentem illud, ſimpliciter & abſque vlla proteſtatione.*
5 *Punctus ſtat loco copulæ.*
6 *Soluta oratio ſtare poteſt copulatiuè & alternatiuè.*
7 *Proponens duas cauſas in libello, vnam tantùm probare pōt, nec ad vtramque probandam ſe aſtrinxiſſe dicitur.*
8 *Pater agens vnà cum filijs, videtur illis conſenſum præſtare.*
9 *Pacto appoſito, quòd vxore ſine filijs decedente, dos ad dotantē reuertatur, actum videtur, vt ea cum filijs decedēte, dos apud ipſos remaneat, tanquam matris hæredes.*
10 *Pater conſentiens filijs, vt agant, videtur eis cedere actionem, quæ cedi debuerat.*
11 *Donatio in dubio ratione affectionis & coniunctionis præſumitur.*
12 *Mors quando eſt fundamentum partis aduerſæ probari debet.*
13 *Fructus in actionibus bonæ fidei à tempore moræ debentur.*
14 *Solutio à debitore ſimpliciter facta in dubio computatur cū eo, quod debetur ex cauſa vſuraria.*
15 *Solutio in duriorem cauſam cedit.*

CONSILIVM CXXXXV.

VISO proceſſu agitato inter do. Orlādum, ac filios eius ex vna agentes, & d. Faberium & fratres de Formeminis reos conuentos ex altera ſe defendentes: prima facie dicendum videbatur, ꝙ dicti conuenti veniāt abſoluendi à petitis ex pluribus rōnibus & cauſis: & primò: quia ſaldum, cuius virtute agitur, fuit cum dicto do. Orlando agente dūtaxat noīe ſuo & non filiorum factum. Et ꝑ pa ipſi ſoli quæſita fuit actio & nō filiis, ꝓ quib. non eſt ſtipulatus. Cum igitur per ipſum d. Orlandum & filios agatur, vr̄ pater agere ꝓ dimidia, & filij ꝓ alia dimidia. l. reos. §. cum in tabulis. de duob. reis. l. 1. C. ſi plu. vna ſnīa. iuncta. l. interdum. in prin. de hæredib. inſtituen. Et ideo d. D. Faberius & fratres rei conuenti debent abſolui a dicta dimidia per filios dicti Orlandi petita: quia nemo experitur ſine actione. l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. ge. quinimmo vbi ēt ex inſtrumēto dotali ageretur, ſola actio patri compete-
1 ret, quamuis dicti filii eſſent hæredes matris, quia † vbi adhuc dote non ſoluta marito ſoluitur matrimonium morte vxoris, actio ad exigendum dotem ꝓmiſſam hæredibus illius non cōpetit, ſed marito ſolū, qui tenetur, quod exegit dictis hæredib. poſtea præſtare, aut eis actionem cedere, vt eſt caſus in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſol. mat. ſed ēt vbi filiis actio competeret, adhuc agere non poſſent, quia in bonis aduentitiis, in qbus vſufructus quæritur patri, actiones cōpetentes filio ſolus pater mouet, & exercet. l. 1. C. de bon. mater. l. fi. §. vbi aūt. el 1. C. de bo. q̄ libe. Secundò d. Orlandus & eius filii agentes obtinere non poſſunt: quia ſaldum factū cum d. Bonino, vno ex dictis fratribus conuentis ab aliis fratribus ſuis impugnatur & erroneū allegatur, & ideo d. D. Bonino, qui ceſsit liti, nocere tm̄ debet dictum ſaldum, cuius occaſione agitur, & non nocet aliis ſuis fratribus non habentibus ratum eius factum. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. ſi actionem. C. eo. nec videtur dici poſſe, ꝙ ad dotem: & ſic ad quantitatem petitam teneantur ex ꝓmiſsione paterna: vt conſtat inſtrumēto publico producto in actis:
2 quia non agitur ex illa ꝓmiſsione, ſed ex dicto ſaldo, & † ꝓpterea quamuis ꝓbetur ex alia cauſa, & alio contractu dotē eſſe debitam, tn̄ actor non poteſt obtinere. l. habebat. in prin. de inſtitu. & per Bar. in l. 1. in prin. de edendo, & doc. in c. examinata. de iud. & Paū. de Caſt. & Alex. in l. is apud quem. in fi. de acq. hæred. Tertiò facit: nam d. Orlandus ex bonis ſuis cōſignatis per ducatos trecentos poſt dictam ſummā perceptā, de qua perceptione conſtat ex inſtrumento publico rogato de anno 1485. die 12. menſis Nouembris adhuc percepit fructus ex dictis bonis, vſq; ad annum 1495. ergo dictos fructus teneturin ſortem cōpenſare. l. 1. & 2. C. de pig. actio. conſignatio. n. ex conuentione, & pacto ſoluta dicta quantitate fuit reſoluta, & hypotheca. l. ſi rē alienam. §. oīs. de pig. actio. & ꝑ pea iſto caſu maritus non lucratur fructus, ſed locū hēt. c. ſalubriter. & quod ibi habetur, de vſuris, qa immo ēt ſi adhuc duret
3 conſignatio, & pignus, tn̄ † fructus percepti per d. Orlandum poſt mortem vxoris deberent in ſortem cōputari: quia tunc deſijt teneri ad onera matrimonii, qđ morte vxoris fuit ſolutum. & ita tenet Io. de Ana. in d. c. ſalubriter. col. pen. de vſur. vbi dicit ſuper hoc vidiſſe qōnem de facto. & faciunt, quæ plenè no. ꝑ oēs in l. diuortio. in prin. ſol. matr. & per Bar. & alios in l. in inſulam. §. vſuras. eo. tit. & idem dicēdum eſt de aliis bonis pignoratis. Sed tn̄ p̄miſſis non obſtan. contrariā ſententiām veriorem arbitror, & moueor: quia intentio actoris eſt fundata ex inſtrumēto dotali ꝓducto ꝑ partem aduerſam, in quo apparet de ꝓmiſſione dotis facta d. Orlando ꝑ patrē reorum, cuius ēt ſunt hæredes, quia ipſi partem dictæ dotis ſoluerunt poſt mortem patris, ſicut ex confeſsione eorum cōſtat, & ex publico inſtrumento: & ſic fecerūt actum, qui citra ius & nomē hæredis fieri non poteſt. l. pro hærede. §. Papinianus.
4 de acq. hær. & plenè per Bar. in l. gerit. eo. tit. & quod † inſtrumentum dotale fidem facit, & ꝓbat ēt contra partem aduerſam illud ꝓducentem, ex quo illud ꝓduxit ſimpliciter, & abſq; vlla proteſtatione: ſicut apparet ex actuali ꝓductione, de qua in proceſſu, & ideo pōt ex illo cōdemnari, ſm̄ Inn. & oēs in c. cum venerabilis. de excep. & Barto. in l. poſt legatum. colu. 2. de his qb. vt indig. & Bal. in l. ſcripturæ. in prin. de fi. inſtru. & l. cum precum. ad fi. C. de lib. cau. & Inn. in c. cū olim. de cenſi. Lapum alleg. 119. Quæro pone &c. poſt principium, & Roma. in conſi. 329. ad fi. & conſi. 350. col. 9. Non ob. quod agitur ex ſaldo, & ex ꝓmiſsione, de qua in eo, & ſic ꝙ non ſufficiat ꝓbare aliam cauſam tm̄. d. l. habebat. de inſt. quia illud ꝓcederet, qn̄ ex ſaldo tm̄ ageretur, ſed in caſu noſtro agitur ex duplici cauſa, videlicet ex cauſa dotis & ex ſaldo, dum in libello ſic dicitur, in qb. tenetur ex reſiduo dotis quondam vxoris p̄fati d. Orlandi, ex calculo facto cōcorditer &c. Nā oratio p̄dicta appellatur ſoluta, qa illud uerbum ex calculo, nō ſtat qualificatiuè, ſed principaliter & diſpoſitiuè. Nam prius dixit, ex reſiduo dotis tenetur, q̄ dictio, ex, ſignificat cauſam immediatā. l. 1. §. ex incendio. de incen. rui. naufr. & ꝑ Bar. in l. non dubiū. C. de legi. cum cōcor. & rurſus, ac iterum dicitur ex calculo facto cōcorditer. & ſic alia cauſa obligationis allegatur, & ideo dicta oratio ſoluta habet uim copulatiuæ, & debet fieri pun-
5 ctus ante illud verbum, ex calculo, qui † punctus eſt loco copulæ. l. triplici. de verb. ſig. & no. gl. in l. precia rerum. ad le. Fal. & in l. cum duob. §. ſi in cocunda. ff. pro ſoc. & in l. cum in teſtamento. §. 1. de hæred. inſtit. & in l. pen. de vari. & extraordi. cogni. & in l. ſigna. C. de ſpecta. lib. 11. et ſic perinde ac ſi dictū fuiſſet, in quib. tenetur ex reſiduo dotis uxoris quò ad d. Do. Orlandi, & ex calculo facto concorditer &c. quo caſu clarum eſſet, ꝙ duæ cauſæ. ſ. dotis, & calculi intelligerentur deductæ
6 copulatiuè. Dicta † ēt oratio ſoluta non pōt ſolū ſtare copulatiuè, ſed etiam diſiunctiuè, & alternatiuè. l. ſæpè. de uerbo. ſign. & ibi no. per Bar. & ꝑ eum in l. ſtipulationes nō diuiduntur. in 7. q. de verb. obl. ſm̄ quam interpretationē ēt habemus intentum: quia perinde eſſet, ac ſi dictū fuiſſet, ex reſiduo dotis, aut ex calculo etc. & illa interpretatio ēt dēt magis capi, q̄ facit in fauorem libellantis. l. ſi quis intentione ambigua. de iudic. et ꝑ Bar. in d. l. ſæpe. Si. n. actor voluiſſet ſe ſolū in calculo fundare et ex eo tm̄ agere, dixiſſet, in quib. tenetur ꝓ reſiduo dotis ex calculo &c. Sed dicendo, ex reſiduo dotis, & nō ꝓ reſiduo, non pōt dici, ſalua rōne recti ſermonis, & ſm̄ congruā gramaticam, ꝙ dictum reſiduum, dicat actor deberi ex calculo, quia dictio, ex, adiecta verbo illo, reſiduo dotis, ſignificat idem quòd dictio, ex, coniuncta verbo, calculo, & ideo eſt capienda interpretatio, ꝑ quam euitetur mala grāmatica. l. Plautius. de au. & arg. leg. et q̄ tendat in fauorē agentis, d. l. ſi qs in-
7 tentione ambigua. Cum † ergo duæ cauſæ deducantur in libello copulatiuè, aut alternatiuè, ſufficit unam ꝓbare, nec videtur actor aſtrinxiſſe ad ꝓbandam utrāq; cauſam allegatā, ſm̄ Bar. et doc. in l. diuus. de re iud. et in c. licet cām. de ꝓb. cū concor. de quib. ꝑ Moder. in d. locis. Quod aūt dicti rei conuenti teneantur ex cauſa, et ex reſiduo dotis, patet ex dicto inſtrumento

ſtrumento

strumento dotali ꝓducto ꝑ partem aduersam, si non ꝓbetur solutio, & si dicatur, ꝙ in illo instrumento ꝓmissio dotis fuit facta d. Orlando & non filiis, & ꝯñr quòd filii agũt sine actione: rñdetur, ꝙ immo dos non fuit solũ ꝓmissa d. Do. Orlando: nam in prin. instrumenti dicitur, ꝙ d. Adam maritauit nobilem ac honestissimam D. Cynthiam suam sororem spectabili d. Orlando ac nomine dotis dare ꝓmisit ducatos auri quadringentos: & ꝓmisit dare de puncto in prolis &c. & sic ꝓmissio ista est impersonalis, quia nõ dicitur, cui d. Adam ꝓmittat, sed dicta impersonalitas inferius declaratur in ea parte instrumenti, ubi dicitur, & cum pacto, ꝙ quandocunque dñs Adam, aut sui hæredes dabunt trecentos ducatos d. D. Orlando, & d. Cynthiæ, aut eorum heredib. ꝙ debeat restituere &c. Et sic ex hoc patet, ꝙ ex hac parte declarantur verba impersonalia instrumenti, prolata in principio, uidelicet ꝙ promissio dotis sit facta d. Orlando, & d. Cynthiæ. ex quo postea declaratur, ꝙ solutio fieri debeat d. Orlando & d. Do. Cynthiæ, q̃a per sequentia declarantur p̃cedentia, & ecõtra. l. si seruus plurium. §. fi. et l. filiab. in prin. de leg. 1. & l. vtrum. de petitio. hære. Cum igitur ꝓmissio sit facta p̃dictis, et cuilibet ꝓ dimidia actio ꝓ dimidia competit filiis d. Cynthiæ, tanquam hæredibus matris, pro qua dimidia tñ agunt, et pro alia dimidia pater eorum, ex quo petitur condemnari ad dandum d. Orlãdo, et filiis eius: quia cum de eis in libello sit facta mentio collectiuè, vt detur dimidia tantum eorum nomine petita, et alia dimidia nomine patris, et est casus in l. interdum. in prin. de hæred. insti. et in l. si quis Titio. de vsufruc. accrescen. ubi. n. ꝓmissio solũ d. Orlando facta fuisset, sibi soli competiisset, et non vxori, nec filiis eius. l. si pro te. C. de dona. ꝑ An. sed ex quo intelligitur facta vtrique, potest vterque agere, sicut ex legato dotis agit vir, et vxor. l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demon. & ibi no. quod. n. illo casu operatur fauor legati. hic operatur expressa conuentio. Nec p̃dictis obstat, ꝙ licet actio esset filiorum ꝓ dimidia, tamen exercitium erat tñ patris, ut vř casus in l. fi. §. vbi aũt. il primo. C. de bon. quæ lib. q̃a quamuis solus pater potuisset agere tanquã administrator filiorum, potuerunt ẽt filij agere cũ consensu patris, ſm Sal. & Raph. in l. 1. C. de bo. mater. & videtur pater hoc casu consen-

8 tire, ex quo agit † vnà & simul cum filijs, ſm Bar. in l. cum pater. §. libertis. de le. 2. per illum tex. Bal. in l. si liqueat. C. de inof. donat. Alex. in l. si constante. §. si vxor. sol. mat. Abb. in c. cũ in cũctis. de elec. quinimmo vbi actio fuisset ẽt solius patris, ad-

9 huc tamen iudicium ꝓcederet ẽt quò ad filios. † nam in dicto instrumento actum est, ꝙ vbi dom. Cynthia decederet sine filiis, ꝙ dos reuertatur ad dotantem, ergo a cõtrario, si decedat cũ filiis, ĩtelligitur actum, ꝙ dos remaneat apud dictos filios, tanquam hæredes matris. l. inter socerum. §. cũ inter. de pact. dota. ſm intellectum Bar. & Iaco. de Are. l. si cũ dotẽ. in princ. quem ibi ꝓbat Alex. sol. matr. & in l. post dotem. eod. tit. Bald. in l. 2. C. de hære. vel actio. ven. & in l. auus. de pact. dotal. & in l. si extraneus. de cond. ob cau. & in l. quod scitis. C. de bon. q̃ lib. Pau. de Cast. in prin. d. l. si cum dotẽ. & ideo pater tenebatur cedere actionem dictis filiis hæredibus matris. d. l. si socer. §. Lucius. solu. matri. ¶Cum igitur permittat filios nomine ꝓ-

10 prio secum agere ad dictam dotem, & sic consentiat, † ut agat nomine ꝓprio, vt dixi, ex hoc solo inducitur cesio, & actionis vtilis trãslatio, ex quo p̃cedebat causa, ex qua tenebatur pater cedere, vt dictum est. Sicut in rebus corporalibus, si præcedat causa habilis ad translationẽ dñij, & apprehẽdat quis rẽ sibi debitam patiente debitore, præsumitur apprehendisse ex dicta causa, & ex ea transfertur dñium, & possessio. l. quædã mulier. de rei vend. l. 2. C. de acq. poss. Sic etiam dicẽdum est in actione mota ꝑ filios patre patiente & consentiente, quam tenebatur cedere: quia qđ operatur apprehensio dictæ rei corporalis dicta causa p̃cedẽte, idem operatur apprehẽsio ipsius actionis p̃dictis concurrentib. vt no. in l. fi. qñ fiscus, vel priua. & in l. pe. ff. de donat. & Bar. in l. 1. C. de actio. & obl. hinc etiã videmus, ꝙ per traditionẽ instrumenti inducitur cesio, secundum Bal. in l. fi. C. quando fiscus, vel priua. per l. 1. C. de dona. & facit, qđ no. Bar. in d. l. cum pater. §. libertis. de leg. 2. & Bal. in d. l. si liqueat. Satis ergo ꝓbatum est, esse fundatam intẽtionem agentium, & sic tam patris, quam filiorum contra dictos reos conuentos. Superest nunc ad allegata in contrarium congruum accommodare responsum, & ad primum dum dicebatur, ꝙ filiis nõ competebat actio virtute saldi facti cum patre agente nomine suo, & non filiorum, ex p̃dictis responsio patet: quia actionem habent ex instrumento dotali, virtute ꝓmissionis factæ æqualiter patri, & matri, cuius sunt hæredes. Itẽ & illam habent virtute tacitæ cessionis, casu quo eis nõ cõpeteret ex stipulatione materna. Et similiter ex præcedentib. ad secundum colligitur responsio: quia quamuis alii, qui saldo non interfuerunt, & qui ratum non habuerunt, non obligentur ex eo, tenentur tamen tanquam hæredes patris ex ꝓmissione dotis facta ab eo: de qua constat ex dicto instrumẽto, quod fidẽ facit contra eos, ex quo illud simpliciter produxerunt, ſm Inn. & alios, in d. c. cum venerabilis. de except. Nec est verũ, ꝙ ex saldo tñ non agatur, sed ex causa dotis, & ex dicto saldo, & sic ex duplici causa copulatiuè, vel alternatiuè, sicut significat oratio soluta: de qua in libello, ut superius latè demonstraui. Non ob. insuper exceptio solutionis & satisfactionis, quia tam ex instrumentis, q̃ ex cõfessionibus reperio dñm Orlandum recepisse duc. 376. item ducatos 400. & duc. 25. ꝑ amissionem vnius adamantis. & sic in summa ducatos 81. ita ꝙ adhuc restãt rei debitores in dictis ducatis 100. vno excepto, qui deficiunt ad summam duc. 900. ꝓmissam nomine dotis. Nec ob. ꝙ eius vxor habuit quasdã vestes, quas do.

11 Orlandus est confessus valere quinquaginta: quia † cum eas habuit do. Cynthia a matre, vt ẽt testes dicunt, & non cõstet ex qua causa eas receperit, p̃sumitur, ꝙ eas donauerit, quia licet mulierũm genus dicatur auarissimum. l. sed si ego. ad Velleianũ tñ ꝑ affectionẽ paternam mater in dubio tradidisse p̃sumitur ex cã donationis, ſm gl. ibi. Item & rõne simplicis cõuentionis, ſm d. gl. q̃ allegat. l. fi. C. de nat. lib. & l. 1. §. 1. de tute. & ratio. distrah. & idẽ tenet Bar. in l. cum quid. si cer. pet. in illa q. qñ quis dixit, tolle istam pecuniam. vbi concludit rõne coniunctionis donationem in dubio p̃sumi: simplicem & nudam traditionem in dubio p̃sumi factã tunc ex dicta causa, ꝑ l. si seruus. de dona. inter vir. & vxo. cum quo ibi transeũt alii: & Ant. de Bu. in c. si cautio. de fide instru. cum concord. de q̃bus ꝑ Mod. in d. l. cũ quid. & facit, quod no. idẽ Bart. in l. quæ dotis. sol. ma. ꝑ d. l. si seruus. Nec ob. si dicatur, ꝙ cessat p̃sumptio donationis, ex quo mater alteram ex dictis vestib. alteri filiæ prius dederat ꝓ certo precio, quin ꝙ uideatur matri ĩter filias voluisse æqualitatem seruare. l. cum pater. §. dulcissimis. & §. euictis. de leg. 2. quia hoc quod obiicitur, nõ ꝓbatur: nã altera filia testis examinata, q̃ deponit, ꝙ sibi uestem p̃dictam mater non donauerat, sed uendiderat, nõ ꝓbat, quia est sola, & unica. l. vbi numerus. de testi. c. in omni negotio. extra eod. tit. Alia aũt testis solũ deponit circa hoc de auditu, & sic nihil probat. l. testium. cũ ibi no. C. de testib. cum suis vulg. concor. Præterea dato, ꝙ ẽt datæ fuissent dictæ uestes ꝓ certo precio, adhuc tñ non obstat hoc: quia dictas vestes non recepit a do. Adam, qui solus erat debitor ex causa dotis, & nõ mater eius, quæ vestes simpliciter tradidit, & non noĩe filii. Et ꝓpea non põt per hoc debitor liberari, ex quo nõ reperitur datio facta noĩe suo, nec ẽt ex cã dictæ dotis: sed potius ex causa vẽditionis contractũ inter matrem & filiam, & ideo solũ ex dicto cõtractu uenditionis teneretur matri ad precium: nec dici põt, ꝙ rei conuenti sint hæredes auiæ paternæ, & ꝙ uelint hanc quantitatem eis tanquam hæredib. debitam compensare cum quantitate petita, & hoc ex duplici causa, & primò, quia non reperio ꝓbatum, ꝙ dicta eorum auia sit mortua, q̃ p̃sumitur

12 uiuere. l. fi. C. de sacros. eccl. maximè cũ mors † sit fundamentum intentionis partis aduersæ. & not. per glo. & doc. in l. 1. §. si quis neget. quẽadm. test. aper. & in l. sed si de succes. de acq. hære. & per Bar. in l. si quidem. C. sol. matr. Secundò: quia cõpensatio non fit ipso iure, sed est necesse, ꝙ opponatur compensationis exceptio. & no. in l. si constat. & in l. fi. C. de compens. & in §. in bonæ fidei. insti. de actio. q̃ exceptio, in hoc ꝓcessu non reperitur opposita, nec ẽt recõuẽtio facta, & ꝓpea debitum, ad quod agitur totum uel pro parte, ex hoc non est sublatum, uel extinctum. ¶Postremò non ob. ꝙ dñs Orlãdus post solutionem duc. 300. pro quib. bona fuerunt sibi consignata, adhuc ex eis fructus percepit per annos decem: quoniam est animaduertendum, ꝙ de anno 1464. facta fuit in instrumento dotali consignatio dictorum bonorũ, & fuit actũ,

quòd

quòd elapſo anno fructus dictorum bonorum tanq̃ fundi do
talis ꝑtinerent ad dñm Orlandum,q̃ conuentio valet d.c.ſalu
briter.de vſur.& tñ anno elapſo non ꝑcepit fructus , ſed ſolũ
eos percipere inchoauit de anno 1481. vt ex partium confeſ-
13 ſione cõſtat de qua in capitulis,ſeu in poſitionib. & ſic † a tꝑe
moræ contractæ ꝑ lapſum dicti anni.l.magnam.C.de contra-
hen.& cõmit.ſtip.fructus ꝑcepti vſque ad ann.1481. ſiue eo-
rum æſtimatio debentur d.do.Orlando : quia in actionib. bo
næ fidei debentur fructus ꝑcepti a tꝑe moræ.l.videamus.§.ex
cã.de vſuris.& ibi gl.in verbo,cõicandi.q̃ dicit, ꝙ moroſus te-
netur de ꝑcipiẽdis,& probatur in l.Iulianus.§. ſi fructibus de
actio.emp.& no.gl.& doc.cõiter in l.ſi filius.§.fi. de verb. obl.
cũ actio,qua agitur ad dotem ꝓmiſſam,ſit bonæ fidei.l.vnica.
§.ſed ſi nõ ignoramus. C. de rei vxo.acti. §. fue. inſti.de actio.
Quod ergo ꝑceptum eſt poſt ſolutionem dictorũ duc.300.in
dubio dẽt imputari cum fructib. debitis d. do. Orlando poſt
moram partis aduerſæ,vel cum earum æſtimatione, non autẽ
14 computari dẽt cũ ſorte principali: ſicut † videmus,ꝙ vbi ſors
debetur ex obligatione principali,& uſura ex obligatione ac-
ceſſoria , ſolutio a debitore ſimpliciter facta in dubio deputa-
tur cum eo, quod debetur ex cã vſuraria,& nõ cum ſorte prin
cipali.l.ſi vſuras.C.de vſuris.no.in l.1.C.de ſolu.& ꝑ Bar. in l.
1.& in l.cũ ex pluribus. de ſolu. idem eſt ergo in caſu noſtro :
quia dicti fructus debiti poſt moram ſuccedunt loco vſurarũ,
& in eis per oĩa eadẽ ratio:qm̃ ſolutio ĩ dubio cedit in eo , qđ
occaſione vſuræ debetur , quãuis obligatio ad ſortẽ ſit durior
odio ipſius debitoris,q̃ ex mora paſſus eſt vſuras currere , ſm̃
Bar.in d.l.1.in fi.quæ rõ in caſu noſtro militat,ex quo ex mo-
ra debitor ad fructus tenetur,qa igitur qđ ꝓbatam d. D.Or-
lando occaſione fructuum ꝑceptorum & qui percipi potue-
runt poſt dictam moram excedit æſtimationẽ fructuum per-
ceptorũ poſt dictã ſolutionẽ duc.300.meritò ſors nõ extenua
tur. Secundo rñdetur,ꝙ dicti doc.376.in dubio vñr ſoluti ꝓ
illis ducatis quingentis ſoluẽdis annuatim, vſq; ad ſummã du
catorum quingentorum, qui ẽt ex cauſa dotis debẽtur, vt ꝓ-
batur ex verbis inſtrumenti in ver. Item p̃factus d. dñs Adam
ꝓmiſſit dño Orlando, & d. dñæ Cynthiæ ducatos auri quin-
gentos &c. Nã dictio,item, eſt repetitiua cãæ, de qua in prin.
inſtrumenti,& in p̃cedenti capitulo. & ſic ꝓmiſſio dictorum
ducatorum quingentorum intelligitur facta ex eadem cauſa
dotis.l.Seio.§.Caio.de fun.inſtr.& ꝑ Bar. in l. in repetẽdis. de
lega.3.& in l.1.in prin.de publica.qa ſine cã ꝓmiſſio nõ poſ-
ſet eſſe valida.l.2.§.circa.de do.except. ꝙ igitur dicta quãtitas
dictorum duc. 376. videatur in dubio ſoluta pro illis ducatis
quingentis, ꝓbatur ex duob. Et primò quia ꝓ duc. 300. pri-
mò promiſſis, & pro quib. bona fuerunt conſignata. d. Adã
fuerat liberatus,& deſierat eſſe debitor ꝑꝑ conſignationẽ di-
ctorum bonorum, quorum dñium erat iam trãſlatũ in d. Or
landum,antequam cõſtaret dictos duc.376.fuiſſe ſolutos.Nã
ꝙ actum ſit de dñio transferendo & non de pignore cõcedẽ-
do,patet ex verbo,cõſignauit, quod importat trãslationẽ do-
minii,quando p̃cedit cauſa habilis: ſicut in caſu noſtro,& cõ-
cludit Bar.quaſi in terminis,in l.ſi cõſtãte in 2.q.vlt. par.prin.
ſol.matr. cum quó alii tranſeunt ibi & in locis allegatis ꝑ Mo
der. & ſic vř dicta bona in ſolutũ data ex cã dotis ꝓ aliis duc.
300.prius ꝓmiſſis ex eadem cauſa.Quod ẽt in caſu noſtro ꝓ
batur euidentius,qa actũ, ꝙ ꝑcipiantur fructus tanquam fru
ctus fundi dotalis,cuius dñium eſt apud maritũ. l. doce ancil-
lam.C.de rei vend. & ꝑꝑea ꝑ dationẽ in ſolutũ fuit liberatus
a dictis ducat.300.inſti.quib.mod.tol.oblig.in prin.& reman
ſit debitor d. Adam in aliis duc. quingentis. Et ideo in dubio
ſolutio prima de dictis duc.376. videtur facta pro illa quanti
tate, in qua inſtabat debitor,& pro illa, ꝓ qua ſemel fuerat li-
beratus.quamuis ex pacto poſſet bona in ſolutum conſigna-
ta recuperare, ſoluendo quandocunque duc.300.quia cauſa,
ex qua remanet debitor,abſque dubio eſt durior,qa poteſt ad
15 ſoluendum compelli, & ex alia extincta non. ideo † in durio-
rem cauſam cedit ſolutio, ꝑ ea q̃ habentur in d.l.1.& in d.l.cũ
ex pluribus de ſolutio.& iſta reſponſio eſt vera, & neceſſaria .
Secundò hoc confirmatur , quia quamuis obligatio ad dictos
duc.300. ꝓ quibus fuerunt bona conſignata,duraret,tanquã
cõſignatio facta fuiſſet ex cauſa pignoris, adhuc tñ ſolutio vi-
deretur facta ꝓ dictis ducatis quingentis : quia cum vtraque
quantitas ſit debita eodem tempore, & ꝓ vtraque certa bo-
na ſint pignorata,hoc reſpectu cauſa vnius nõ poteſt dici du-
rior altera,quamuis etiã plura bona pro vna fuerint pignora-
ta , quã ꝓ altera. ſicut vna obligatio non dicitur durior alte-
ra,quamuis ſit maior quãtitas,vel ꝓ ea ſoluãtur maiores vſu-
ræ,ſm̃ Bar.d.l.cum ex plurib. verſi. quandoq; dicetur cã gra-
uior &c.& in ver.ſextò dicitur &c. ſed quia obligatio ꝓ duca
tis quingentis eſt antiquior,ideo in dubio ꝓ ea videtur facta
ſolutio duc.376.Nam cauſa iudicatur antiquior non habito
reſpectu ad tꝑs contractus, ſed ſolutionis faciendæ, ſm̃ Bart.
in d.uerſi.ſextò dicitur &c.& ideo illa,pro qua prius ſolui dẽt,
in dubio cedit ſolutio,ſm̃ eum,per l.ſi ex plurib.§.fi. eod.titu.
vbi eſt caſus. Sed ſumma ducatorum quingentorũ prius ſol-
ui debebit, qa ſingulo anno tenebatur debitor ſoluere duca-
tos 500.& aliam ſummam duc.300. poterat ſoluere quando-
cunque, nec certo tꝑe cogebatur , ſed ad libitum ſolutionem
poterat differre ex pacto . Ideo pro dictis ducatis quingentis
prius ſoluendis uidetur ſoluta quantitas ducat.376. & iſta eſt
etiam optima & concludens reſponſio. Non poſſunt etiã fru
ctus percepti ex rebus pignoratis pro dictis ducatis quingen-
tis extenuare ſortem,quia quãdiu fuerunt percepti , antequã
integrè ducati quingenti fuerunt ſoluti , nũquam fructus cõ-
putantur in ſortem,etiam ſi nõ ſit actum, ꝙ ſint mariti, & eſt
caſus in d.c.ſalubriter. & ideo poſt ſolutionem dictorum du-
cat.376.adhuc integri fructus rei pignoratæ ad d. Orlandum
pertinuerunt, & ubi aliqui eſſent percepti poſt mortem uxo-
ris ſuæ,adhuc non extenuant ſortem, ſi ſunt computãdi cum.
fructib. debitis.d.Orlando poſt moram debitoris,qui omnes
iſtos excedunt,qa ſunt multorum annorum circa 20.Ex qui-
bus oĩb. concludo dictos reos cõdẽnandos fore . Laus Deo

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio de dote recepta à marito conſtante matrimonio facta an creditori futuro præiudicet,cum num.4.& per totum conſilium .*

2 *Donatio expreſsè facta inter virum & vxorem iuramento validatur.& nu.7.*

3 *Confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, animo donandi facta præſumitur, & in fraudem legis .*

5 *Mulier,quæ nupſit duob. viris, quibus dedit dotem diuerſam,ſi tertio nubat abſque dotis conſtitutione expreſſa,iuris præſumptione cenſetur conſtituta dos proximè præcedentis matrimonij .*

6 *Confeſſio de dote recepta ante matrimonium facta etiam cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, animo donandi facta præſumitur.*

8 *Quando actus eſt ſimulatus , non valet renũciatio exceptionis nullitatis,etiam cum iuramento .*

CONSILIVM CXXXXV.

QVAESTIO quæ ꝓponitur , in hoc verſatur ,
vtrum confeſsio de dote recepta facta à marito
conſtante matrimonio præiudicet futuro credi
1 tori,& ꝓbet cõtra illũ , uidetur prima † facie di-
cendũ ꝙ ſic. Et primò ex no.ꝑ Bar.in l.aſsiduis.
§.exceptis.C.qui potio.in pign.hab.vbi vult,ꝙ tacita hypothe
ca habeat locum ꝓ dote confeſſata cum oĩb. ſuis priuilegiis ,
ſi ſit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis : vel ſit la-
pſum tempus ad opponendũ dictã exceptionem, ꝓut in caſu
noſtro dictæ exceptioni reperitur renunciatum: ergo præiu-
dicatur futuro creditori , perinde ac ſi de dote appareret nu-
meratio. Secundò idem magis in ſpecie probatur ex not. per
Bar.in auth.ſed iam neceſſe.C.de donatio.ante nup. ubi dixit,
ꝙ confeſsio de dote recepta facta ꝑ maritum conſtante matri
monio nocet futuris creditoribus, ꝑ l.1.C.de iure fiſc.lib.10.
niſi ex indiciis probetur, ꝙ ſit facta in fraudem creditorum ,
per l.ſi maritus.qui & à qb. Tertiò: qa ẽt ſi dicta confeſsio p̃-
ſumitur facta animo donandi,iuxta l.quod de ſuo.C. de dona
tio.ante nuptias, ꝓut voluit Io.And.in Spec.in rubr. de dona-
tio.inter virum & vxorem,& Bar.in l.ſi diuortio.de uerb.ob.
cum concordantib. de quib. ibi ꝑ Alex.q̃ idem tenet , qñ fuit
renunciatũ exceptioni non numeratæ dotis,vt in caſu nřo,&
prout

prout etiam tenet ibi Aret. & Imo. in l. si cõstante. in prin. col. pen. sol. matrimo. nihilo minus dicta præsumpta donatio ualuit ab initio inter uirum & uxorem, propter iuramentum super ea interpositum, de quo iuramento constat ex instrumẽto, in quo maritus cõfessus fuit recepisse ex causa dotis libras
2 quatuor mille quadringentas. nã † & donatio expressa facta inter uirum & vxorem validatur iuro, ſm Bar. in l. si quis pro eo. in fine prin. de fideiuss. & in l. Seius & Augerius. ad legem Falc. & ibi Alex. dicit pluries consuluisse pro hac opinione. Et idẽ tenet Albe. & latissimè Imo. in cap. cum contingat. de iureiurando, qui respondet oĩb. rationib. contrariis, & istã opinionem tenet Aret. in consilio 704. incipien. Diligẽter, & maturè &c. & dicit illam esse communẽ. Et tanto magis hoc ꝓcedit, ex quo maritus iurauit omnia & singula fuisse & esse uera, quia quando iuratur hoc modo non potest opponi simulationis exceptio, quia excipiens allegaret turpitudinem suã, ut probatur ex no. ꝑ Bal. & Sali. in l. fi. C. de non nume. pecu. & in specie hoc ẽt vult Imo. in l. nemo põt. de leg. 1. & in l. Seius & Augerius. ad leg. Fal. & per Alex. etiã in dictis locis. & Imo. in c. ad nostram. de emp. & ven. & in d. c. cum contingat. Si ergo donatio fuit ab initio ualida, præiudicatur futuro creditori in eo, quòd donatum est. d. l. 1. C. de iure fis. lib. 10. Sed præmissis & aliis non obstantib. cõtrarium puto verius. & ꝑmitto, ꝙ non cõstat de numeratione dotis, sed de confessione dotis receptæ factæ per maritum cõstante matrimonio. Nã quãuis in instrumento dicatur, ꝙ maritus fuit confessus & cõtentus se ab vxore ibi præsente, dante & soluente ac constituẽte in dotẽ & ꝓ dote ac dotis noĩe, & occasione dotis suæ habuisse & recepisse, & tñ per illa verba, dante & soluente, non ꝓbatur numeratio, sed dicitur esse illud totum de confessione, ſm Bar. & alios, in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. ꝑ
7 teſt ꝓbari, ſed ſolũ † per ſcripturam validam, & q̃ requirit̃ ad probationẽ gr̃æ, quæ per teſtes probari non p̃ot, ſm Io.And. & Arch.in proę.6.& per Dom.in §.vniuerſitati.& Bal.in l.humanum.C.de legi.cũ concor.de quib.ꝑ Mod.in rub.de conſti. hoc ergo,ꝙ non probetur gr̃a cõceſſa,cõcedentis intereſt, & nõ ſolum dominorũ ſecretariorum.Et quantum ad hoc,ius dr̃ quæſitum concedenti,ergo ſine illius cõſenſu nõ p̃ot actus nullus ualidari. Quia ergo,ut ex ꝑmiſsis colligitur, expeditiones domini ſecretarii domeſtici ſunt nullæ, quicquid occaſione earum percepit,dr̃ acquiſitum iniuſte, ideo lucrum hoc iniuſte q̃ſitum aliis non venit communicandum,ꝑ no.ꝑ Io.And.in Spe. in ti.de actore.§.1.uerſi.aduentitium.ubi uult,ꝙ licet filius in aduentitiis quærat vſumfructũ pr̃i,tñ ſi ex vſuris,vel alia cã iniuſta,acquiſiuit uſumfructum,vſusfructus pr̃i non quæritur, per l.quod autem.ꝑ ſoci.& l.quod ſeruus.de acq.poſſ.vbi hoc bene probatur.& dicit Bar. in d.l.quod ſeruus.per illum tex.cũ quo alii tranſeunt,ꝙ ſi filius ex pecunia profectitia pr̃is vſuras acquiſiuit,ꝙ illas nõ quærit patri,nec pr̃e mortuo tenetur eas communicare fratrib.Et idẽ vult Bar.in l.cũ oportet.in princ. C.de bo.quæ li.& Bal.in aut.ex teſtõ.C.de colla.ubi dicit idem de quæſitis per filium ex ludo cum pecunia pr̃is,& quamuis q̃tum ad uſuras quæſitas ex peculio profectitio Bal. aliter dixerit in l.1.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.tamen opi.ꝓcedens eſt communis,& ab ea in conſulendo non eſt recedendum, ut traditur in locis vulgarib.Præterea rõ q̃ aſsignatur ꝑ Bal. in filio, ceſſat in caſu noſtro, in quo ille qui acquiſiuit lucrum illicitum eſt capax acquiſitionis. Et prædicta procedunt quo ad expeditiones factas in Italia, quo uero ad illas, quæ factæ dicuntur in partibus Hiſpaniarum, credo dici poſſe, quod illæ ſint ualidæ, & quod nihilo minus etiam lucrum in totum ꝑtineat ad dictum ſecretarium domeſticum, quia cum tunc Adrianus ſummus Pontifex ibi eſſet,& alios ſecretarios ſecum non haberet, potuit ſuo domeſtico ſecretario dictas expeditiones committere,immo uidetur,ꝙ ad illum ſolum de iure ſit deuoluta facultas expediendi breuia, & alia huiuſmodi, per text. in l.vbi abſunt.de tuto. & cura.da. ab his.ubi dicitur,ꝙ qñ abſunt illi,qui tutores dare poſſunt,decuriones dare iubentur tutores.& ibi Bar.ex illo tex. infert ad multa. Et primo ꝙ ubi in ciuitate non eſt iudex appellationum, ꝙ ad decuriones eſt appellandum.Item ꝙ mortuo epiſcopo iuriſdictio deuoluitur ad capitulum. Et mortuo Papa ad collegium Cardinalium.Et idẽ etiam uult Bal.ibi,qui etiam dicit, ꝙ per illum text. declaratur unũ dictũ Inn.volentis,ꝙ apud ciuitates nõ ſit iuriſdictio, nec imperiũ.Nã illud eſt verũ ſm Bal.niſi in defectũ magiſtratuũ, quia tũc penes conſules ciuitatis eſt iuriſdictio, & imperium. Si ergo propter abſentiam magiſtratus iuriſdictio deuoluitur ad decuriones,qui aliàs illam non habebant,ſic etiam poteſtas expediendi deuoluta fuit ad ſecretarium domeſticum propter abſentiã aliorum. Et quia hoc caſu fuit dicta facultas ad illum in totũ deuoluta,ille ſolus dẽt habere lucrũ.Et ubi etiam tales expeditiones non ualuiſſent, qđ non credo, haberent locum dicta in præcedentib.Ex quib.concludendũ puto,ꝙ lucrum ꝙ percepit ſecretarius domeſticus in Italia,& extra, nõ teneatur alijs communicare. Laus Deo.

SVMMARIVM

1 *In donatione an requiratur innocatio Imperatoris, uel Papæ, & nume. 10.*

2 *Ad*

2 *Ad hoc ut scriptura tabellonis faciat fidem, requiritur, quod fue rit ro gatus. & nu. 11.*
3 *Ad hoc, ut scriptura notarij ualeat, requiritur, quod fuerit corã partibus publicata.*
4 *Notarius, qui redigit instrumẽtum in formam publicam, nihil debet addere, vel diminuere.*
5 *Defectus substantialis reddit actum nullum a principio.*
6 *Donatio ultra quingentos aureos non ualet sine insinuatione. nume. 15.*
7 *Re integra a contractu donationis discedi potest.*
8 *Clausula dantes, & cedentes, &c. renũciationem fideicommissi inducit.*
9 *Per institutionem hæredis dicitur facta alienatio.*
12 *Prothocollum, uel imbreuiatura quando fidem faciat.*
13 *Verbum, actum, rem perfectam significat.*
14 *Notarius subrogatus an possit aliquem defectum corrigere, vel aliquid addere.*

CONSILIVM CLIX.

DONATIO, de qua agitur, nõ vr̃ ꝓbari ex scri
ptura exhibita, q̃a nõ ur̃ publica, nec authẽtica.
Et primo, ex defectu solennitatis requisitæ de iu
1 re cõi, vel de cõsuetudine, † qm̃ non præponitur
inuocatio Dñi, nec Imperatoris, aut Papæ, in au
th. vt præpo. no. impera. in prin. & p no. in l. gñali. C. de tab. lib.
10. & in l. iurisgentium. §. quod fere. de pac. Card. & Abb. in c.
1. de fid. inst. Inn. & Ant. & Imo. in c. 2. eod. ti. per Bar. & Doc.
2 in rub. de ope. no. nun. cum conc. Secundo, quia † ad hoc, ut
scriptura tabellionis faciat fidem, est necesse, ꝙ de actu fuerit
rogatus. §. nos aũt. in authen. de tabell. & ibi no. & in c. cum P.
tabellio. de fid. instr. Nec de aliquo rogitu apparet isto casu, q̃
ẽt non præsumitur in dubio, ẜm Inn. & alios, in d. c. 1. de fid. in
str. Bar. & Doc. cõiter in l. sciendum. de ver. obl. quicquid dicat
gl. in d. §. nos ãt. Item requiritur subscriptio notarij, de qua ẽt
hic non apparet. l. 2. C. de conuenien. fis. debito. li. 10. & ibi no.
Bal. in auth. de tabe. in prin. & in l. cõtractus. C. de fid. inst. & in
auct. de inst. cau. & fid. §. sed instrm̃. & ca. inter dilectos. de fid.
inst. & no. gl. in d. l. 1. C. de tabu. & Spe. de inst. edit. §. instrumen
tũ. vers. item quod non est a tabellione, &c. & vers. item ꝙ nõ
est signatum, &c. & dẽt apponi nomẽ notarij, ẜm gl. in d. §. sed
si instrã. & Io. An. in Spe. de instrum. edi. §. breuiter. vers. 1. Præ
3 terea † ad hoc, vt scriptura notarij probet, non sufficit, ꝙ ab il
lo fuerit scripta, sed oportet, ꝙ fuerit coram partib. publicata
l. fideicommissa. §. 1. & ibi no. Bar. & oẽs, de l. 3. & de qua publi
catione non apparet isto casu. Et confirmantur prædicta, quia
rogatio debet habere omnia, quæ requiruntur in instrumẽto,
ẜm Io. An. in Spec. de instru. editio. §. videndum restat, &c. su p
4 versi. & no. ꝙ tabellio, &c. Et † notarius, qui redigit instrumẽ
tum alterius notarij in publicam formam, nihil debet addere,
vel minuere. §. pe. ĩ auth. de tabell. & no. Ang. ĩ l. Lucius. ĩ prin.
de test. mil. vbi no. ex illo tex. ꝙ non est standum imbreuiatu
ræ notarij, si non sit in publica forma scripta & dicit etiã Bald.
in d. l. Lucius. ꝙ imbreuiatura notarii non facit fidem, si in illa
non sit signum tabellionis, alleg. in auth. de fid. instr. §. oportet
& l. nemo. de of. assess. & l. decernimus. de aquæductu. li. 11. &
idem no. Bal. in rub. C. de fid. instr. ver. tertio quæritur, nunq̃d
imbreuiatura, &c. Et ad idem facit, qđ no. Io. And. de inst. edi.
§. ostenso. super versi. quid sit abbreuiatura, &c. & uer. seq. ubi
concludit, ꝙ notarius, cui concessum est authenticare, & publi
care rogationes alterius notarii, non potest aliquid addere cir-
5 ca substantialia, nec aliquem defectum supplere, † quia cum ta
lis defectus a principio reddiderit actum nullum. l. cum hi. §. si
prætor. de trans. non potest talis tabellio aliquid supplere, q̃a
solus princeps ualidat inualidum. 3. q. 1. hoc quippe, & ita, ẜm
eum, fuit disputando conclusum per quendam D. Attauantem
de Flor. & sequuntur Doc. in d. c. cum P. tabel. vnde per alium
notarium non potuit nomen notarii, qui dicitur rogatus, ex-
primi. & item volũt ẽt expressè Bal. Ang. & Imo. in l. Gallus. §.
idem credendum. de lib. & posth. & prædicta p̃sertim ꝓcedunt
attento ꝙ scriptura, de qua agitur, non reperitur in quaterno,
seu libro prothocolli rogationũ notarii, sed in quodã folio de
per se, & ꝙ solũ dicit̃ fuisse repertũ in quadã filcia, ĩ qua dr̃ esse
aliquas alias rogationes notarij. Et ideo talis scriptura, quæ re-
peritur in folio, & de p se, & in filcia, non dr̃ auth. nec releuari
põt in publicam formam, ẜm Bart. Bald. & Ang. in d. l. si quis ex
argẽtarijs. §. si initium tabularum. de eden. & Imo. in l. sciendũ.
de ver. obl. in ult. col. & Alex. qui ita in terminis istis concludit,
per prædicta in cons. 153. Videtur prima cõsideratione, &c. 2.
6 uol. Et ex alio vr̃ † ꝙ non valeat, saltem in totum & ultra quin-
gentos aur. dicta donatio, uidelicet propter defectum insinua-
tionis. l. sancimus. C. de don. & quãuis renunciatũ sit legi requi-
renti talem solennitatem, tñ renunciatio hmõi non vr̃ valere,
nec iurõ firmari, ẜm Guliel. Bal. & Alber. in l. illud. C. de sac. san.
eccl. & dicit Imo. in l. Modestinus, de dona. ꝙ istud est de men-
te Bar. ibi dum se remittit ad no. per eum, in l. si quis pro eo. de fi
deiuss. & ibi idem etiã tenet Ang. & in consi. 179. ubi dicit hoc
esse uerũ, ẽt in donatione facta inter cõiunctos, & inter fratres.
& de qua nunc agitur, per l. data. C. de donatio. & Pau. de Cast.
in cons. 100. & Roma. consi. 12. Et istud procedit, quãuis dicta
donatio facta sit a clerico laicis, per no. per Abb. in c. ꝙ clericis.
de foro compet. ubi uult, ꝙ si lex, uel statutum irritet donatio-
nem non insinuatam, qñ excedit certam summã, ꝙ nõ ualebit,
si facta sit clerico per laicũ, per d. l. sancimus. eadem ratione er-
go idem est dicendum, qñ fit laico per clericum. & probatur. ex
Bal. in auth. cassa. C. de sac. san. eccl. versi. 5. quæro, &c. ubi uult,
ꝙ licet statutũ annullet testm̃ non registratum, ꝙ tñ locũ ha-
beat in clerico instituente laicum, quia laicus per suum factum,
id est, quia non fecit registrari testm̃, põt priuari hæreditate, si-
cut priuaretur non vindicãdo necem defuncti. l. in cognitione.
ad Silla. cũ quo etiam transit Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ.
de constit. in repeti. col. pen. versi. 2. q. &c. quamuis maior sit du
bitatio, si clericus instituisset alium clericum, uel ecclesiã, quæ
ratio Bal. militat in donatione facta per clericum laico, quia ad
instantiam solius donatarij laici potuit insinuari, ut probatur
in l. cum te. C. de donati. ante nup. & ibi not. Bald. & in authen.
eo decursum. eo. ti. & Bald. in l. in hac. C. de donatio. & Ang. in
d. consi. 179. Visis prædictis instrumentis, &c. in fi. & Alex. cõs.
157. Viso instrumento donationis, &c. col. 3. & sic donatarius
laicus dicitur excludi facto proprio. Et dato ꝙ in totum ualuis
set ab initio dicta donatio. videtur tamen, ꝙ ab illa sit recessum
cõi consensu ex post facto, quoniã prædicti donatarij, & dona-
tor uenientes ad diuisionem bonorum cõium promiserunt si-
bi inuicem & vicissim litem, q̃õnem, molestiam, aut controuer
siam aliquã per se, vel alium in ipsis reb. in diuisis aut diuiden-
dis, uel earum parte non inferre, & oẽm litẽ, molestiam, vel q̃-
stionem in se suscipere, &c. Vnde ex tali promissione videtur re
7 cessum de communi concordia † ab ipsa donatione, prout fieri
põt re integra solo cõsensu. l. ab emptione. de pact. & l. iurisgen
tium. §. igitur eo. tit. ꝙ autẽ intelligatur recessum a dicta dona-
tione ex ꝓmissione tali, probatur ex no. per Io. And. in Spec. in
tit. de testa. §. in primis. ver. quid si duob. &c. ubi vult, ꝙ per ta-
lẽ promissionẽ dicatur renunciatũ fideicõmisso. Et ꝙ a prædi-
cta donatione sit recessum, ꝓbatur ẽt clarius ex alia clausula se-
quenti posita in eadẽ diuisione, uidelicet dantes, & cedentes si
bi inuicẽ dicti ꝯhentes, & vicissim oĩa iura, & actiones reales,
& personales vtiles, & directas, tacitas, expressas & mixtas, quæ
& quas oẽs seu unus eorũ hñt, habebãt, uel hr̃e possent, seu spe
rarent in bonis in partẽ alicui ipsorũ consortum obuentis, po-
nentes se se in locũ suũ, & se se procuratores irreuocabiles, ut
in rem suam cõstituentes, ut amho, iure, & actionib. prædictis
dicti contrahẽtes, & quilibet ipsorũ pro parte sibi obuenta pos
sint agere, petere, consequi & se tueri, & quæcũq; alia facere, &
exercere, queãdmodum facere potuissent ante pñtem contra-
8 ctũ, &c. Nã & per talẽ † clausulam inducitur renũciatio fideicõ
missi, ẜm Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl. in 8. q. cũ
quo alij cõmuniter transeunt. & Alex. in cons. 8. 5. uol. & quã-
uis Bar. dicat, ꝙ si alienatio non sit subsequuta, ꝙ ex tali ꝓmis-
sione nullum promittenti paratur præiudicium, per l. sicut. §.
superuacuum. quib. mod. pig. vel hypothe. solui. Nihilo minus
in casu nr̃o interuenit alienatio, ex quo donator fecit testamen
tũ, ubi de alienatione fit mentio permissiuè, expressè vel taci-
tè, & non omnes donatarios, sed aliquos ex eis hæredis insti-
tuit, seu explicitè vel implicitè, uenit etiam institutio hæredis.
l. si quis priore. §. cæterum. C. de secun. nup. & no. Bar. in l. si ita
quis. §. ea lege. de ver. obl. & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. Et ita in

ſpecie quò ad caſum nr̃m concludit etiam Alex.cõſ.180. Viſo,
& mature diſcuſſo &c.2.vol.col.4.in fi.cum prin.ſequen.vbi ſe
9 quitur opi.Bar.in d.§.duo fratres.in 8.q. Et vult † ꝙ per inſti-
tutionem hæredis dicatur facta alienatio,& per ꝯñs ꝙ ex clau-
ſula prædicta ſit renũciatum fideicommiſſo.Et quòd alienatio
hmõi ſufficiat,probatur etiã ex no.per Bart.in l. a filia. in prin.
ad Trebel.& per Alex.ibi,& ex no. per Bal.in auth.contra roga
tus.C.eo.ti.& quamuis Alex.& Cuma.in l.Titius.ff.ad Treb.vi-
deatur tenere contra Bal. tñ rõ illorum in caſu nr̃o non habet
locum,ſed rõ Bal.quæ extra caſum ſuum tanquam verã appro-
bat Alex.in d.l.a filia.in prin.Sed his non obſtantib. contrariũ
de iure puto verius.Nam de donatione conſtat publico inſtr̃o,
ex quo cuiuſlibet donatarij fundatur intentio . Quia in dubio
inſtrm̃ præſumitur validum,& ſolenne.l.cũ precib.C.de proba.
& l.ſi poſt diuiſionem,& ibi ẽt no.Bart.C.de iur. & fac. ignor.
& ideo dicit Bal. in c.1.§.inſtrm̃. de no.feud.ꝙ ex inſtr̃o publi-
co duæ oriuntur pręſumptiones.imò.duæ probationes,ſ.ꝙ ſit
verum,& ꝙ ſit ſolenne. Sola igitur difficultas reſtat in rñden-
do ad allegata in contrarium.Non obſt.igitur primò dum dici-
10 tur,ꝙ inſtrm̃ non eſt ſolenne, ex eo † ꝙ non præponatur no-
men Imperatoris,vel Papæ,vel non inuocatur diuinum nomẽ,
prout fieri dẽt de iure, vel conſuetudine, vt traditur in locis in
contrariũ allegatis.Quia ſi dicta ſolennitas reperiatur appoſita
in aliquo alio inſtr̃o poſito in eadem filcia,intelligitur etiam in
hoc repetita.d.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium tabularũ. de
eden. Nec ob.ꝙ Bar.Bal.& Ang. ibi dicere videãtur, ꝙ repeti-
tio,de qua ibi,non videatur locum hr̃e,qñ inſtrumentũ eſt po-
ſitum in filcia, quia prædicti loquuntur de repetitione tp̃is.i.
menſis,vel diei,quod tp̃s eſt variabile.iõ quò ad illud ceſſat re-
petitio,per rõnem quam allegant, quæ locũ non hẽt in ſolenni
tate,de qua agitur.Põt ẽt ſcd̃ò rñderi,ꝙ licet talis imbreuiatu-
ra per ſe non faciat fidẽ,ex quò non hẽt oĩa ſubſtantialia, non
tñ per hoc ſequitur,quin poſsit releuari in publicã formam, vt
paulò poſt dicetur.Et multo minus obſtat cõtrarium, ſi extet
conſuetudo,& prout puto extare,ꝙ imbreuiatura poſſit extẽ-
di in publicam formam .Et ꝙ fidẽ faciat, ẽt ſi in ea ſit dicta ſo-
lennitas omiſſa. Nã talis conſuetudo valet,& põt facere inuali
dam ꝓbationem,validam.c.cum dilectus.de fi.inſtr. & per oẽs
in c.2.de probat.cum cõcord.de quib.ibi per moder. Nõ obſt.
11 ſcd̃ò dum dicit,ꝙ ex ipſa imbreuiatura † non apparet de rogi-
tu,neque de nomine ipſius notarij,& ꝙ in dubio rogitus non
præſumitur,per no.in.§. nos autem.in auth. de tabellio. & per
Bar.in l.ſciendum.de ver.obli.Quia imò de rogitu conſtat iſto
caſu, ex quo propria manu notarij defuncti reperitur ſcriptũ,
actum in tali loco &c.Nam per hæc verba probatur, ꝙ inſtru-
mentum fuit publicatum, quia verbum illud ſignificat rẽ ꝑfe-
ctam ſm̃ Pau.de Caſ.in l.ſi is qui.de teſta. ꝗ ad hoc allegat Bal.
in auth.quod ſine.C.eo.ti.Si ergo illa verba important publica-
tionem,ſequitur,ꝙ qñ dicitur,actũ in tali loco perinde eſt,ac ſi
dictum fuiſſet, ꝙ inſtrumentũ fuit publicatũ, quo caſu ex hoc
dicit ẽt ꝓbari,ꝙ notarius fuit rogatus,ſm̃ Bar.cũ quo alii trã-
ſeunt in d.l.ſciẽdũ.de verb.obli.dũ vult, ꝙ ſi notarius dixit pu-
blicaui,quod ex tali verbo dicatur rogitus probari,allegat tex.
cum gl.in d.§.nos autẽ in auth.de tabellio.Et præſumitur roga
tus a partib.contrahentib.quamuis hoc non ſit expreſſum,ſm̃
Bar.in loco p̃allegato in fi. Et ſic ẽt ex dictis verbis ſcriptis ma-
nu notarij apparet de ſubſcriptione eius, & ex eo ẽt ꝙ reperi-
tur in filcia aliarum ſuarum rogationem, apparet, a quo fuerit
ſubſcripta.Et per prædicta etiam colligitur reſponſio ad aliud,
ſ.ꝙ ſcriptura notarij non eſt publica, nec fidem facit, ſi nõ fuit
publicata coram contrahentib.Quia,vt dictum eſt,de publica-
tione conſtat per illa verba,actũ in tali loco, ſm̃ doc.prælleg.
Item non obſt.quòd imbreuiatura debet habere ſignum nota-
rii, & omnia quæ requiruntur in inſtrumento publico, quia
imò talis imbreuiatura ſine ſigno,& aliis eſt efficax,vt ex ea ſu-
mi poſſit inſtrumentum authenticum per notarium,cui com-
miſſæ ſunt rogationes notarii defuncti,vt voluit Cy.in l. con-
tractus. C. de fi.inſtr. & aſſerit ita de conſuetudine ſeruari. &
iſtud etiam clarius vult ibi Sal.in 6.q.vbi quærit,an per proto
collũ,ſchedam,vel rogationem poſſit probari?Et rñdet ſm̃ Ia.
de Are.ꝙ ſic, ſi hẽt oẽs proprietates inſtr̃i publici,puta milleſi
mũ,diem,& menſẽ,ſubſcriptionem notarii cũ eius ſigno.& cæ
tera reqſita de iure,vel de conſuetudine,aliàs nõ ꝓbat.Sed po-
ne,dicit Sal.ſubſcriptionẽ notarij,vel ſignũ nõ hr̃e,& notariũ
mortuũ eſſe,ita ꝙ inſtr̃m nõ põt leuari,videt inſtr̃m deficere,
ꝗa manu eiuſdẽ notarij debet eſſe ſcriptũ. Sed eſt dicendũ ſm̃
Sal. ꝙ authoritate magr̃atus debet cõmitti alicui notario fide
digno,vt leuet inſtrumẽtũ publicũ de rogationib.notarij mor
tui,arg.l.1.de off.conſu.allegat Cy.ibi,& tex.cũ gl.in d.c.cũ P.
tabellio.& dicit ẽt Salicet.ꝙ ita ſeruat cõſuetudo, vñ & in caſu
noſtro potuit uel poterit ex licẽtia ſibi attributa a ſtatuto, vel
a iudice ex rogationib.notarij defuncti in publicã formam re
leuare hoc inſtrumẽtũ donationis. Et iſtud ẽt vult Ale. in cõſ.
14.Viſis & conſideratis.6.vol.per not.per Cy.& Sal.in loco p̃
alle.& per no.per Bal.in l.fideicommiſſa.§.1.de l.3.vbi vult,ꝙ
ex abbreuiatura poſſit fieri inſtrumentũ publicum per nota-
rium ſubrogatũ loco defuncti notarij,licet nõ habeat ſubſcri-
ptionem notarii,neq. ſignum,per dictã.l.1.de offi.cõſu.& per
d.c.cum P.tabellio.& hoc uerum,ſecundum Bal.ſi illa imbre-
uiatura redacta ſit in mundum,& nullum appareat ibi uitium
ꝗ̃uis deficiat ſubſcriptio, & ſignũ notarii. nam authoritate iu
dicis põt perfici.d.c.cum P.& ſubdit Ale.d.conſi. ꝙ licet Doc.
aliq̃do reuocent in dubium, & uarie loquantur ſuper illo arti
12 culo,† videlicet,an ipſum prothocollũ uel imbreuiatura fidẽ
faciat,non hñs oĩa ſigna inſtrumenti,ſ.ſubſcriptionẽ notarij,
& ſignũ tamen nemo negat,ꝙ non poſſit ex ea ſumi inſtrumẽ
tũ ꝑ notariũ,cui cõmiſſæ ſunt rogationes notarii defuncti,ut
põt,ſm̃ Alex.ex no.per Io.And.in Spec.de inſtr.editio.§. uidẽ
dum.verſ.& not.ꝙ tabellio,&c. & clarius per Ant.de Butr.&
Abb.in d.c.cum P.tabellio.& Iac.de Belu.in auth. de tabellio.
& ita procedit,ſm̃ Alex.qđ no.Bal.& Ang.in l. Lucius.de teſt.
mil.& Bal.in rubrica,de fid.inſtr.col.3.qui ẽt ſuperius allegan
tur pro contraria parte.Quia licet dicant,ꝙ imbreuiatura no-
tarij non facit fidem,ſi ibi non ſint oĩa requiſita ad inſtrumen
tum,non tamẽ negant,ꝙ non poſſit ex illa ſumi inſtrumẽtum
publicũ,ꝑ notarium ſubrogatum loco alterius notarii defun-
cti.& pro eadem opi.Ale.inferius in eo.conſi.col.4.ver.ad p̃di
cta ẽt bene facit,& allegat no.per Pau.de Caſt.in d.l.ſi is, de te
ſta.qui dicit,ꝙ ſi in breuiaturis notarij reperiatur aliqua ſche
dula continens teſtm̃,& nomina teſtium,& nõ poſita ad librũ
ordinarium notarij,& quæratur,an debeat publicari, ſi mor-
tuus ſit notarius,& concludit,ꝙ ſi de manu notarii ſit ſcriptũ,
actum in tali loco,&c. prout cõtingit in caſu noſtro,præſumi
13 tur,ꝙ fuerit lecta,& publicata coram teſtib. † Quia illud ver-
bum,actum,ſignificat rem perfectam,per no.per Bal.in d.aut.
quod ſine.& ſic,ſm̃ Alex.Pau.de Caſt.videtur velle,ꝙ ſine alia
ſubſcriptione valeat dicta imbreuiatura.Et eſt aduertendum,
quia lectu.Pau.de Caſt.in libris impreſſis eſt cõiter corrupta,
dum loquendo de ſchedula notarij dicit, & remiſſa ad librum
ordinarium notarij,&c.quia vult dicere,& non remiſſa, & ſic
negatiue debet ſcribi,& non affirmatiue,aliàs. q. non haberet
dubium,& ita Alex.in d.conſ.refert verba Pau.de Caſt.negati
ue. Et per prædicta patet, ꝙ quamuis in d. abbreuiatura non
præponatur nomen Imperatoris,uel Papæ, vel non inuocetur
nomen Domini nr̃i,per hoc tamẽ non ſequitur quin poſſit ꝑ
alium notariũ releuari in publicã formã,quia ſicut quãdo defi
ciunt alia,quę non ſunt minus de ſubſtantia inſtrumenti,ut eſt
ſubſcriptio,& ſignũ, põt ex tali imbreuiatura aſſumi publicũ
inſtrumẽtũ:ita ẽt fieri põt quando p̃dicta deficiunt. Nec obſ.
14 † ꝙ non poſſit notarius ſubrogatus aliquid de ſubſtantialib.
addere,neq.aliquẽ defectum ſupplere,ſm̃ Io.And.in Spe.de in
ſtr.edit.§.oſtenſo.uerſ.quid ſi abbreuiatura,&c.quia concedi-
tur,ꝙ debeat extendere imbreuiaturam, ut iacet, & illi nihil
poſſit addere,tamen per hoc nõ fit,quominus poſſit notarius
conficere ſcripturam, habẽdo formam inſtrumenti publici de
eo,quod in ſchedula notarii mortui ſcriptum reperitur. Et ꝑ
prædicta etiam conſtat non obſtare aliud. dum dicebatur, qđ
ſchedula notarii, quæ reperitur in filcia, & non in libro pro-
thocolli,non eſt auth.& non poteſt extendi per not.per Bar-
to.Bald.& Angel.in d.§.ſi initium tabularum. quia iſtud non
eſt verum,& contrarium probatur ex prædictis, quicquid di-
cat Alexan.in conſi.153.2.volu.& contrarium uult,& melius
idem Alexand. ut dixi,in d. conſi. 14.6.uolu. & maxime iſtud
eſt uerum,quando apparet, quod notarius ſcripturam publi-
cauit coram partibus, & quod de ea fuit rogatus, ut in caſu
noſtro.nec Bartol. & alii in d.§. ſi initium tabularum, loqui-

tur isto casu, sed quando imbreuiatura non hẽt diem uel mensem quia, secundum eos, ex scripturis præcedentib. non intelligitur repetita, per rationem quam allegant, quæ cessat in casu nostro, in quo fuit annus, mensis, & dies appositus, unde licet aliæ solennitates requisitatæ, sicut est signum, & subscriptio, non intelligantur repetitæ, & sic totaliter habeantur pro omissis, tamen scripta potest redigi in formam publicam, quia satis est, ꝙ notarius, qui releuat, in sua releuatione solennitates nõ
15 omittat. Item non obst. dum dicitur † quod ex defectu insinuationis non potuit ista donatio ualere ultra quingentos aureos. leg. sancimus. C. de donat. Quia imo ualuit, ex quo legibus requirentibus insinuationem fuit expresse renunciatum cum iuramento. Et ualuit dicta renunciatio iurata, ex quo iuramentum seruati potest sine interitu salutis æternæ. c. cũ cõtingat. de iur. & hãc opi. tenet ibi Bal. Abb. & Im. qui rñdẽt oĩb. rõnib. quæ allegari pñt pro parte cõtraria, & istã opi. tenent Io. And. in Spe. de inst. edit. §. porro. in vlt. add. Fede. de Se. in cõs. 181. & Abb. ĩ disp. inci. Statuto ciuitatis Senarũ, &c. & pro ista opi. aliãs fuit cõsultũ ꝑ plures Doc. vt refert Ale. in l. nemo põt. de l. i. qui ẽt sequit̃ istam opi. in cons. 4. 12 & 31. I. vol. & latius in cons. 21. Attentis his, &c. 3. vol. Are. in cõs. 2. & consi. 18. & cæteris, latius hoc prosequitur. & ẽt tenet Socin. in cons. 77. In pñti consultatione. & dicũt ẽt oẽs ꝑdicti, ꝙ ista est comm. opi. & ideo ab illa non est recedendũ in iudicando, ut traditur in locis vulgarib. quam aliter non prosequor, quia hoc esse superfluũ, & laboriosum, ex quo de hoc late tractat̃ in locis præall. ad quæ de facili hr̃ aditus. Non ob. postremo, dum dicebatur, ꝙ dr̃ esse renunciatum donationi, & ab ea recessum per clas appositas in instrõ diuisionis. Quia primo non est verum, ꝙ dicatur a donatione recessum per promissionem de non mouendo adinuicem litẽ, & qõnem, &c. quia quicquid dixerit Io. And. in loco in contrarium allegato, non est ẽt verũ, ꝙ per talem promissionem dicatur renunciatum fideicommisso, vt est de mente Doc. cõiter, in d. §. duo fratres. ubi ẽt Ale. facit mentionem de illo d. Io. And. & illud ex mente aliorum nõ approbat & eius decis. non ob. ẽt alia rõne, ut statim dicam. Et similiter non obst. dum dicebatur, ꝙ per aliam clausulam seq. est renunciatum donationi, sicut est fideicommisso. per nota. per Bar. in d. §. duo fratres. in 8. q. Quoniam aduertendum est, quòd in casu illo non fuerunt donata bona in specie, sed donauit quis cuilibet donario certam quantitatem in genere, & usq. ad summam librarum quindecim millium. Vnde clausulæ prædictæ diuisionis non referuntur ad quantitatem donatam, sed ad bona consistentia in spẽ, de quib. facta fuit diuisio, quoniam promiserunt non mouere litem, & qõnem super dictis reb. diuisis. Item cesserunt sibi adinuicem omnes actiones, tam personales quam reales, quæ habebant, & habere possent & sperarent in bonis in partem alicui consortum obuentis, ponentes sese in locum suum, & sese procuratores irreuocabiles, & in rem suam constituentes, &c. & sic manifeste patet, ꝙ promissio est de lite non mouenda super rebus diuisis, & cessio de actionibus competentibus in bonis diuisis, & de his non agitur, quia bona diuisa non fuerunt donata, nec de illa facta fuit donatio, sed de dicta quantitate in genere, quæ differt a rebus diuisis consistentibus in specie certa. leg. plane. §. primo. de leg. 1. Et ideo ad dictam quantitatẽ donatam non porrigitur dicta promissio, uel cessio facta de alia re. leg. si unus. §. ante omnia. de pact. Et licet donator dederit licentiam donatariis propria authoritate capere in solutum de bonis propriis ipsius donatoris, usque ad quantitatem donatam, non tamen sequitur, ꝙ dicta bona fuerint donata, sed uoluit, ꝙ aliud pro alio capi possit in solutum, iux. leg. 2. §. creditum. si cer. pe. Et sic noluit per hoc dicta bona in obligatione, sed tantum in solutione, sicut etiam contingit ꝙ de iure cõi pro quantitate debita põt species debitoris in solutum dari, & tamen illa nõ est in obligatione. l. a diuo Pio. §. si pignora. cum seq. de re iud. & in auth. hoc nisi debitor. C. de solu. Et propterea istis donatariis consultum est contra hæredes donatoris actione personali, quæ competit ad dictam quantitatem, & ad quam est agendũ, & non ad bona eiusdem donatoris in specie, quia (ut dixi) illa non fuerunt donata, & quamuis tot non essent bona in hæreditate, quæ ascenderent ad dictam quantitatem, tamen propter hoc non minus ualuit donatio in tota quantitate donata, quia difficultas præstationis non liberat debitorem. l. continuus. §. illud. de uerb. obl. Cum ergo donator dum viueret, esset obligatus ad totam quantitatem, & in tota dicta quantitate debitor etiam si in bonis tantum non habuisset, quod ad quantitatem donatam ascendere potuisset, sequitur, ꝙ hęredes illius ad totam dictam quantitatem tenentur, etiam ultra uires hæreditarias, ex quo inuentarium non fecerunt. l. fi. §. & si præfatã. iuncta glos. parua. C. de iure deliberan. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *An statutum prohibitorium certę solennitatis porrigat effectum extra territorium. & nu. 3.*
2 *Quo ad solennitatem inspicitur locus contractus.*
3 *Statuta non debent esse elusoria.*
5 *An ubi statutum dat formam, debeat seruari locus contractus.*
6 *Statutum prohibens alienationem in forensem ualet.*
7 *Venditor potest præiudicare primo emptori, si secundo uenditori rem tradat.*
8 *Princeps potest præiudicare in iure quærendo, etiam sine causa.*
9 *Constitutio declaratoria trahitur ad præterita.*

CONSILIVM CLX.

PRIMO videndũ est de ualiditate donationis, secũdo de ualiditate testamenti. Circa primũ vr̃, ꝙ donatio valuerit, non ob. statuto existente in castro Arceti. Quia cũ donatio facta fuerit Mutinę, necesse nõ habuit donãs seruare formã statuti dicti loci, in quo habebat domiciliũ, disponẽtis ꝙ non ualeat donatio excedens summã librarũ viginti, nisi facta fuerit corã Potestate dicti castri, & ad banchũ iuris, probatur ex no. per Bart.
1 in l. 1. C. de sum. trin. in 6. q. vbi vult, ꝙ † qñ statutũ est ꝓhibitori ratione certæ solennitatis, prout in casu nostro, in quo nõ prohibet̃ simpl̃r quis simpliciter donare, sed prohibetur tm̃, si nõ interueniat solẽnitas ꝑdicta: tunc statutũ nõ porrigit effe-
2 ctũ extra territoriũ. Quia quo † ad solennitatem seruandam inspicit̃ locus ꝯtus, nõ aũt locus vnde est persona cõtrahens. l. si fundus. de euic. & l. 1. C. de emancip. liber. Si uero statutũ simpl̃r inhabilitaret ꝑsonã, & esset fauorabile, ut qa disponeret, ꝙ minor non possit facere testamentum, decipiat, vel ꝙ maritus non possit uxori relinquere, tunc ligaret subditũ, etiam extra territorium secus autem si esset odiosum, ut ibi latius per eum. Et ita declarat Are. in cõsi. 54. & hoc cõcludit, ꝙ si mulier sit prohibita ꝯtrahere certa solennitate, puta uxor sine cõsensu mariti, ꝙ cõtractus extra territorium ualet omissa dicta solẽnitate, & ꝓ hoc allegat ẽt no. ꝑ Bal. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & rephẽdit Pe. de Anch. q. aliter dixit in c. 1. de const. Sed ꝑmissis nõ ob. ꝯtrariũ iudicio meo est verius, & ꝓ veritate considerãdi
3 sunt aliqui casus. Primus est † qñ statutum disponit circa actũ principaliter dando formã, & in ipsũ actũ agit, ut quia dicit, ꝙ non ualeat testm̃ vel instrm̃, nisi duo notarii de eo sint rogati, vel ꝙ non ualeat ꝯtractus celebratus cũ minore sine consensu ꝓpinquorũ aut ꝙ donatio nõ ualeat, nisi facta sit corã Potestate, & bãcũ iuris, & tũc attẽdit̃ locus ꝯtus, & ꝓpea statutũ porrigit effectũ ad contractum celebratum extra territoriũ. & isto casu loquitur Bar. in loco superius allegato. Et ẽt idẽ vult in effectu in ea. l. in 1. q. Non. n. in casu prædicto statutum inhabilitat directo personã, sed actui faciendo in loco dat formam & solẽnitatẽ, ut cõtractus, uel donatio fiat cũ cõsensu ꝓpinquorũ uel coram tali iudice, ut in casu econuerso, uidelicet quãdo statutum habilitat, declarat Bar. in d. l. j. in fi. 3. q. ad intellectũ. l. j. C. de emancip. liber. Et iste non est casus noster. Secundus casus est, quando statutum loquitur in personã, illã inhabilitando, & tunc aut inhabilitat eam indistincte, & simpliciter, ut qa ꝓhibet minorem absolute testari, uel maritũ uxori relinquere & statutum porrigit effectũ extra territoriũ, adeo ꝙ subditus extra locum statuti non potest actũ gerere, si statutum sit fauorabile, ut prædictis exemplis, s̃m Bar. cũ quo alij transeunt cõiter in d. 6. q. Et similiter iste non est casus noster. Quia quis nõ prohibetur donare simpliciter & indistincte, sed immo ꝑmittitur, dummodo seruet solennitatem statuti. Si uero loquitur in personam, non quidem inhabilitando illam simpliciter, & in-

indiſtinctè,ſed ſm quid,ſ.ſi nõ ſeruabit certam formã in actu, puta qa prohibeat mulierẽ cõtrahere,vel mulierẽ ſine cõſenſu propinquorũ,vel maſculũ aut mulierem donare , niſi donatio ſit facta corã Poteſtate,& ad bãchum iuris.& iſte eſt caſus nr̃, quẽ non tangit Bar.in d.l.1.circa quã Bal.ibi in repetitio. & in lec.variauit.Verius tñ vr̃, ꝙ ſtatutum hoc porrigat uires extra territorium,& ſic ꝙ cõtractus celebratus ꝑ ſubditum extra locũ ſtatuti non ſeruata forma a ſtatuto tradita non ualeat. Quia eſt fauorabile,& introductũ, ne fraus in in donatione cõmittatur,ſeu ut donatarius non fraudetur.l.data.C.de don. & ideo, qua rõne in caſu præcedẽti ſtatutum inhabilitat ſubditũ ẽt extra territorium,eadẽ rõne & iſto caſu,quia licet pſonã non inhabilitat ſimpl̃r,ſicut in caſu pcedenti,ſed ſm quid, qa ẽt dat formam,ut dixi,tñ principaliter intendit perſonã inhabilitare & in d.l.1.C.de ſum.Trin.in 3.col.ver.hoc.n.dico,quamuis in repetitione qñq; põderet inhabilitationem perſonæ, qñq. formã.Et pro iſta opi.conſuluit ẽt Bal.& Pet.eius frater in cõſ.incipien. Vtrum contractus,&c. vbi concludunt,ꝙ ſtãte ſtatuto Aſiſij, ꝙ nulla mulier poſsit bona immobilia alienare ſine cõſenſu duorum propinquorum, non poterit etiam extra territorium mulier alienare,non ſeruata forma dicti ſtatuti, quia dictum ſtatutum eſt fauorabile conſulens fragilitati mulierũ ideo ſeruari debet etiam extra territorium, ex quo inhabilitat perſonam,ſicut ſi prohiberet minor in dicta ciuitate,non poſſet adultus in aliqua parte mundi contrahere ſine authoritate curatoris.l.ſi curatorem habens.C.de in integ. reſti.min. nam ſubditus lege municipali,ubique eſt ſubditus.l.ex ea. de poſtulan.& ibi not.unde perſona,quę non poſſet contractum facere in ſua patria,non poſſet etiam alibi illum facere,aliàs ſeque

4 retur abſurdum† ꝙ ſtatutum de facili eſſet eluſorium.Quia ſubditus poſſet,quando uellet contrahere,territorium exire. leg. mercatores.C.de commer.& merc.& l.2.C.de eunuch. & hoc conſilium Bald. refert etiam,& ſequitur D.Io.Baptiſta de ſancto Seuerino in d.leg.1.C.de ſum.Trin.in 18.char.col. 1.& ibi etiam in col.præcedenti conſiderat dictos caſus,& inter eos facit prædictam differentiam.Idem etiam tenet Pet. de Anch. in repetitio.c.canonum ſtatuta.de conſt.in 12.q.prin.uer.hic cadit quæſtio diſputata,&c.ubi refert,ꝙ ita diſputauit D. Zach. Triuig.Venetus.Et iſta eſt cõm.opi.vt colligitur ex præmiſsis. Et quamuis prædictus D.Zach. limitaret,quando contrahens cum prohibito ſtatutum ignoraret, ſicut forenſis ne ille decipiatur,tamen hoc eſt contra mentem aliorũ,quia ex quo ſubditus eſt inhabilis,non poteſt contractus in eſſe deduci.l.is cui bonis.de verb.oblig.Præterea hæc limitatio locum non poteſt habere in contractu donationis,quia licet ſit nulla,donatarius tamen non circumuenitur,quia damnum non patitur,ſed ſolum à lucro excluditur.l.Proculus.de dam.infec. Nec eſt uerũ illud,quod dicit Are.in d.conſi.54.ſcilicet quod Bart. aliter dicat iſto caſu in d.l.1.in 6. q. quia,ut dictum eſt,loquitur Bart. quando ſtatutum diſponit circa formam actus principaliter, & in perſonam non loquitur,ut in exemplis, de quibus ſupra, in primo caſu.Sed in caſu noſtro loquitur in perſonam, & illam principaliter inhabilitat forma non ſeruata, quo caſu, ſecundum prædictos, perſona eſt inhabilis etiam extra territorium, perinde ac ſi ſtatutum fauorabile perſonam inhabilita-

5 ret indiſtinctè & abſolutè. Nec obſtat, ꝙ† ubi ſtatutum dat etiam formam, ꝙ debeat ſeruari locus contractus.d.l.ſi fundus de euictio.quia illud eſt verũ,quãdo principaliter de ipſo actu loquitur,& actui dat formam, quamuis ſecundario inhabilitet perſonam,ut in primo caſu.Sed aliud eſt, quando ſecundario dat formam actui, & principaliter inhabilitat perſonam, vt in caſu noſtro,ut colligitur clare ex not.per Bart. in d.l.1.in fin.3.q.dum reſpondet ad leg.1. C. de emanci.liber. Cum ergo iſte cõtractus ſit nullus, & contra legem, ex eo non potuit transferri dominium.l.non dubium,cum ibi not.C.de legi. & not.Barto.& Doct.in l.1.§.ſi vir.de acq.poſ.Nec ẽt ex conſtituto trãslata fuit aliqua poſſeſsio, quæ ex illo demum transfertur,quando contractus ualet.l.quod meo,in princi. de acqui. poſ.Sed ubi non ualet contractus,tunc conſtitutum tanquam acceſſorium non ualet,& ſic aliqua poſſeſsio non transfertur ſecundum Bal.in l.ex teſtamento.C.fideic.& Ale.in d.§.ſi vir, per alia plura.de quib.ibi per eum.& per conſequens dici non poteſt,ꝙ donatarius præſcripſerit,l.ſine poſſeſsione, de uſucapio.& quia ante tp̃s finitum ſuperuenit ſtatutũ prohibens rẽ alienari in forenſem, ꝑ quod ẽt præſcriptio impeditur, quia ubi alienatio eſt per legẽ prohibita, præſcriptio etiam non põt currere.l.ubi lex.& ibi no.de vſucap.& in terminis hoc uult Alex.in d.§.ſi vir.& hoc quo ad primũ dubiũ . Nunc uidendũ eſt de ualiditate,& de effectu teſtamenti.& in primis præmittendũ eſt,ꝙ ſtatutũ prohibens alienationẽ in forẽſem valet, & præcipuè ſtatutũ hoc, de quo agitur, qui a loquitur in rem, dũ dicit, ꝙ de aliqua quantitate terrarũ non poſſit per quãcunq; perſonã fieri alienatio, &c. quas res potuerunt ſtatuẽtes afficere hoc onere,ne alienarentur, ſicut & alio onere reali.l.reſcripto. §.1. de mun.& ho.& per no.per Inn.in c.poſtulaſti.de fo.cõp.Et ita ẽt in propoſito noſtro concludit Pau.de Caſt.in conſi.195.inci. Poſſet quis,&c.& probatur ex not.per Bar.in d.l.1. C.de ſacroſanct.eccl.in 6.q.dum concludit, ꝙ ſi ſtatutum loquitur de re, quod porrigit effectũ extra territorium, quia potuit prohibere tranſlationem,& alienatiõnẽ in quocunq; loco rei exiſtentis in territorio.Allegat inſtit.quib.alie.lic.vel non.in princ.Sicut ergo porrigit ſtatutũ effectũ dicto caſu ad locum nõ ſubditũ, ità etiam potuit effectũ porrigere ad perſonã non ſubditã, & ſic impedire in eum translationem dñij rei exiſtentis in territorio.immo etiam ſi prohibitio eſſet in perſonam ſubditi,ut qa prohiberetur ſubditus alienare in forenſem, adhuc ſtatutũ ualeret, qa ſubditũ in hoc potuit ſtatutum inhabilitare,ſm Pau. de Ca.in d.conſi.& probatur ex no.per Bar.in loco prædicto, dum dicit,ꝙ ſtatutum loquens in perſonam poteſt inhabilitare ſubditũ extra territorium,ſi ſtatutũ ſit factum eius fauore.Ergo etiam quo ad forenſem. Et ſic poteſt perſonam ſubditã inhabilitare.Quinetiam ſi prohibitio dirigeretur in perſonam forenſis,ut quia prohiberetur acquirere,adhuc ſtatutum uidetur ualere,ut præſupponit Bar.in l.multum. de verb.oblig.in l.uentre.de acquir.hære.ver.tertius caſus,&c.& in l.ſi.§. idem reſcripſerunt.ad municip.& videtur probari in l.ſi in emptione. §.1. de contrahen.empt.ibi,mores ciuitatis,&c. & in l.in quorũ.de pign.& in l.j.C.ne lice.habita.lib.11.Et hoc quia virtute correlationis uidetur etiam ſubditus prohibitus alienare,uel ipſa res prohibita.l.fi.de accepta.& l.1.C.de cupr.lib.10. Non põt etiã dici ſtatutum inualidum inquantũ prohibeat talem alienationẽ ex teſtamento, quaſi ꝙ dicatur auferre liberam teſtamenti factionem,quia immo illam non aufert, ex quo tantum prohibetur translatio terrarum in forenſem ex teſtamento, & ab inteſtato. Quia de alijs bonis poteſt ſubditus liberè teſtari quo ad omnes perſonas,per no.per Bar.& Doc.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verb.obli.ubi dicunt, ꝙ licet non ualeat donatio omnium bonorũ præſentium & futurorum,quia aufert teſtamenti factionem valet tñ ſi donans aliquid ſibi reſeruauit, de quo teſtari poſsit, quia in eo libera teſtandi facultas retinetur, & ſic in totum non amittitur. Reſtat ergo ſolum uidere, vtrum ſtatutum hoc dicatur obſtare,ex quo conditum eſt poſt teſtm̃, & mortẽ teſtatoris.& breuiter eſt dicendum,quòd in caſu noſtro mediante tali ſtatuto impediatur in forenſem translatio,quia expreſsè uult,quòd locum etiam habeat in præteritis,quod facere potuit ſtatutũ.clc.2.de iudi.& no.Bar.in l.omnes populi.de iuſtit. & iure. in 2.q.quintæ.q.prin. & per Doc. in c.fin.de conſtitutionibus. Nec obſtat ſi forte dicatur,quòd hoc eſt uerum in præiudicium ſubditorum,ſed non in præiudicium forenſis,cui ante ſtatutum ius erat quæſitum,& cui nõ potuit ſtatutum præiudicare. l.fina. de iuriſd.omn.iudic. Quia ubi per forenſem ante ſtatutum fuiſſet hæreditas adita,dubitari probabiliter poſſet, utrum etiam ex cauſa potuiſſet dominium ſibi quæſitum auferre,ſed ex quo ante ſtatutum non adiuit, & ſic in re ius quæſitum non fuit, ut narratur in ſcripturis mihi exhibitis, potuit ſtatutum ad præterita trahi quantum ad effectum,ut forenſi non quærantur dictæ terræ,quia, ut dictũ eſt,ſtatutum loquitur in rem prohibendo rei alienationem.Et ideo antequam ſequatur aditio, & ſic antequam ſit quæſitum dñium,potuit ſtatutum dictarum rerũ exiſtẽtium in territorio prohibere translationem dñij in forenſem,quãuis prius illi eſſet ius quæſitum ad rem,per no.per Bart. in d.l.j.C.de ſum.tri. in 6.q.& per rõnem, quam ibi aſsignat. Et magis in ſpecie per Pau.de Ca.in d.cõſi.195.Et quamuis pdicti nõ loquant̃,qñ ſtatutũ ſequitur,ſed præcedit,tñ in caſu nr̃o licet ſequatur teſtm̃, & mortem teſtatoris, præcedit tñ aditionem,& ſic acquiſitionẽ,

Et

Et ideo cum adhuc non sit res acquisita foresi, quis sit delata, potuit statutum prohibere translationem dominii in dictũ forẽsẽ,& rei, q est de iurisdictione statuentiũ, hãc legem imponere. Et sic hẽt ẽt isto casu locũ rõ pdictorũ, quẽmadmodum pri
7 uatus, q rẽ duob. uẽdidit uel donauit,† põt primo in iure q̃sito ad rẽ ex contractu illi piudicare,& a dicto iure illũ excludere si secũdo prius rẽ tradat. l. quoties. C. de rei uend. l. siue autẽ. §. si duob. de publ. Sicut ergo priuatus carens iurisdictione, pt dicto casu primũ cõtrahẽtẽ excludere a iure quæsito solũ ad rẽ, & hoc quia adhuc erat dominus, eodẽ mõ statutũ supueniens, potuit forensi in iure delato, piudicare circa rẽ sui territorii,& subiectã suæ iuridõni. Quia. n. añ adita hæreditatẽ pos
8 se statutũ hæredi piudicare in iure quærẽdo, certũ est,† sicut põt priceps ẽt sine cã, ẽm Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. in l. 2. C. de iuris & fac. ignor. & per mod. in l. Gallus. §. & q̃d si tñ. de li& posth. qđ ẽt procedit, si statutũ sequat delationẽ & ad pterita se referat, ẽm Bar. in d. l. oẽs populi. i uer. palleg. & in l. 1. §. si. ad Tertullia. Et quãuis specifice nõ loquutur đ forensi, tamẽ idẽ est, siue statutũ pcedat delationem, siue sequatur, ante tamẽ aditã hæreditatẽ, & non minus quã possit priuatus ex nouo cõtractu, & traditione alium excludere a iure quæsito ad rẽ ex anteriori cõtractu. d. le. quoties. & dicto. §. si duob. Et quemadmodũ ẽt q̃s põt hypothecare spãliter, uel generaliter rẽ, quã prius alteri donauit, & adhuc nõ tradidit, & sic isto mõ in iure ad rem alteri quæsito piudicium inferrre,& hoc rõne dominii existentis adhuc apud eum. l. 1. iuncta glo. C. de iure fisc. lib. 10. Vnde ab istis terris forensis hæres institutus excluditur. Nec isto casu confiscantur, quamuis statutũ disponat, q si cõtra factũ fuerit, quod fisco applicentur. Quia in quantum statutum respicit etiam præterita, hoc locum hẽt so
9 lum quo ad actũ annullationis,& non quo ad pœnam. † sicut uidemus, q constitutio declaratoria trahitur ad præterita. vt in auth. de fili. ante dota. inst. na. §. 1. & not. gl. fi. in prin. in data sexti libri. & oẽs in d. c. fi. de const. Et tamẽ ad pterita non trahitur respectu pęnæ, ut probatur in c. 1. iũcta. gl. in vers. de cætero, de vsur. quam ad hoc ẽt ponderat d. Abb. & idẽ tenet Anto. de But. Abb. & Imo. in d. c. fi. cum conc. de quib. ibi late p Fel. in 4. limit. ad secundam fallen. regulæ ibi traditæ. Præterea cum prohibita sit alienatio,& successio per statutum, pœna; quæ imponitur, si fuerit contra factum, nõ hẽt locum, nec dr̃ commissa ante traditionem, vel successionem,& actualem apprehensionem rerum. Sicut uidemus, quod pœna priuationis, quæ imponitur emphyteutæ alienati irrequisito domino, locum non habet, nisi sequatur traditio, ẽm Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. versi. 195. & Ioan. And. & Anto. de Butr. & alios in cap. potuit. de loca. & Alex. consi. 173. 2. vol. Et ideo concluditur, q actor in istis bonis nullum ius habet, & quod reus est absoluendus. Laus Deo.

SVMMARIVM

1 *Substitutus & uicegerens, administrat periculo eius, cuius uices gerit.*
2 *Præponens aliquem territorio, tenetur ex delicto per eum commisso.*
3 *Sciens aliquem gerere pro suo procuratore, videtur tacite mandasse.*
4 *Delegatus uenit appellatione uicegerentis.*
5 *Filius censetur magis ut filius, quam ut procurator patris administraße.*
6 *In facto momentaneo ignorantia præsumitur.*
7 *Vbi quis potest duplici iure actum gerere, in dubio uidetur eligere mitiorem, & æquiorem uiam.*
8 *Testis unicus quando tractat de facto suo, an faciat plenã fidẽ.*
9 *Affinitas tollit doli præsumptionem.*
10 *Confessio principalis in una causa quando faciat fidem in alia, inter easdem personas.*
11 *Inter contrarias sententias arbitrorum quæ seruanda.*
12 *Ex simplici locatione possessio non probatur.*
13 *Ex fructuum perceptione prossessio probatur. & nu. 15.*
14 *Hæreditas non adita an ad filios transmittatur.*
16 *Ratihabitio demum operatur re integra.*
17 *Sententia lata super re principali, an præiudicet in fructib.*
18 *Verba libelli debent interpretari secundum subiectam materiã & in fauorem libellantis. & nu. 19.*
20 *Neligere culturam culpa leuis est.*
21 *Capienda est semper interpretatio, per quam quis euitat moram.*
22 *Emphyteuta an possit irrequisito domino donare, & cedere. & nu. 24.*
23 *Quoties res non potest alienari propter prohibitionem legis, si etiam interueniat prohibitio hominis alienatio non ualet propter duplicem prohibitionem.*

CONSILIVM CLXI.

QVO ad primum, de quo quæritur, uidelicet, utrum dom. Iacobus teneatur hæredibus d. Azonis ad dimidiam rerum ablatarum nomine contrabanni d. Bernardino de Sesso, per quondã do. Ludouicum filium dicti d. Iacobi. Et primo uide
1 tur facie dicendum, q sic,† quia substitutus & uicegerẽs administrat piculo eius, cuius uices gerit. l. nullus. i fi. & l. neminẽ. no. Bal. C. de episco. & cler. facit. l. decreto. in fi. C. de admi. tut.
2 Sicut uidemus etiam† q præponens aliquem territorio, tenet de delicto cõmisso per illũ in officio, ut declarat Bar. in l. 1. in prin. de incen. rui. nau. & Potestas tenet de facto assessoris, vt hr̃ in l. 2. quod quisque iuris. Et episcopus de delicto vicarij, ẽm Arch. & oẽs, in c. si eps. de offi. ordi. & Rotam decisio. 24. in nouis. incip. Vtrũ eps teneatur, &c. Quod aũt do. Iacobus filiũ cõstituerit in castro Roli suum locũtenentẽ ex dictis testium colligitur, qui clarè attestantur, & deponunt, q dictus D. Lud. diu se gessit,& publicè in dicto castro pro locũtenente patris, illo ẽt psente, sciẽte,& non ɔdicente, p p quæ vr̃ pater tacitè illũ pposuisse, ẽm Guliel. de Cu. in terminis, in l. 1. in prin. de exerci. dicens, q si quis gessit se pro locumtenente superioris, illo sciẽte,& patiente, q ex hoc uidetur superior tacitè mandasse, per d. l. 1. §. magistrum. facit. l. si pupillus. §. j. de insti. & l. j. §. scientiam. de tributo. & idem sequitur Alexã. cons. 157. 2. uol. Facit ẽt, qđ notãter uult Inno. in c. ex parte decani. de rescriptis. ubi
3 uult † q si sciat quis alium gerere pro suo procuratore in iudicio, q de gestis per illũ tenetur, quasi uideatur tacitè mãdasse, quod maximè procedit, qñ coniuncta persona agit pro cõiuncta, sicut in casu nostro, ẽm Cy. in l. inuitus. in 1. q. C. de procu. atque ẽt in quolibet extraneo, si illo sciente,& patiente, atq; psente gerat aliquis nomine eius, ut uoluit Guid. de Suza. in l. licet. C. de procura. & Bald. in l. j. ff. de neg. gest. & quamuis huic actui, de quo agitur, non fuerit præsens, nec de eo tunc scientiã habuerit, sufficit tamen, q in illo psente, & sciente patre, alios oẽs actus iurisdictionis tunc occurrentes gesserint. Et eadẽ specie iurisdictionis, sub qua iste includitur, quia ex hoc vr̃ dedisse mandatũ uniuersale. Et sic ad oẽs actus in futurũ faciendos in eadẽ specie, in qua se exercuit, ita q non est necesse, q de scientia patris in alijs particularibus actib. appareat. ut probatur ex no. per Pet. Cy. & Sali. in l. 1. C. de emanc. libe. ubi uolunt, quòd per consuetudinẽ dicatur quæsita iurisdictio in tota una specie iurisdictionis, in omnibus, & singulis suis actibus quamuis ea vsus fuerit in aliquib. tñ, sequit Ant. de But. in repetitio. c. fi. penul. col. de cau. pos. & propric. & Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua. & in disputatione inc. Apulus. & in l. Imperiũ. uers. circa octauum. de iurisd. om. iud. & Alex. in cõs. 68. col. antep. cũ sequẽ. Facit, qđ no. In. in c. cũ dilectus. de c. mona. ubi vult, q si superior sit in quasi possessione iurisdictionis,& alius illo sciente, & patiẽte exerceat iurisdictionẽ in uno tñ de populo, aĩo quærẽdi possessionẽ iurisdõis in toto populo, q illã acquirit in totũ, per rõnes, de quib. ibi p cũ,& magis ad propositũ dicit Bald. in l. si q̃s diuturno. si seruitus vẽdi. q si quis pscripsit iurisdõem in loco, q poterit aduenas ibi delinquẽtes punire, quãuis cõtra eos nunq̃ fuerit usus possessione: dr̃ aũt hr̃e animũ q̃rẽdi iurisdõnẽ in totũ, qñ hoc exprimit. Cõfirmant pdicta p tex. in l. 2. i prin. & §. 1. ad muni. cũ cõcordãtib. de quib. ibi in gl. ubi de gestis p filiũ electũ ad officiũ publicũ authoritate,& utilitate tenet pr̃, q psens nominationi filij nõ ɔtradixit. Sed tñ pmissis nõ obst. contrariũ de iure uerius esse arbitror. Et primo, q̃a id, qđ fecit D. Lud. habitãs cũ patre, id fecisse potius psumit iure familiaritatis, quã vicegerens patris, p id qđ no. Pau. de Ca. in l. qui iure familiaritatis, de acquir. posses. ubi dicit, q cum dominium

quarundā terrarū spectaret ad filiū primogenitū ex testamēto paterno, & ille cū fratrib. post mortē patris stetisset simul, & in bona cōcordia per 20. vel 30. annos ponentes simul Potestatē in dictis terris, ac si dñium æqualiter ad oēs spectasset, fuit dubitatū, vtrū primogenitus diceretur suo iuri in dictis terris renunciasse. Et refert cōsulendo dixisse ꝙ nō, quia nō uidetur talia passus aīo renunciādi, nec ēt illi hoc fecisse aīo quærendi dominiū, sed potius grā fraternitatis, & bonæ concordiæ, ac familiaritatis, per illā legē, & ꝑ alia, de quib. ibi per eū. Aut ergo volumus, ꝙ D. Lud. fuerit vicegerens patris, ita ꝙ illi fuerit quæsita iurisdictio ordinaria, sicut quæritur, & competit vicegerenti propriè. l. 2. & ibi nota. C. de eo qui vicem alter. gerit. & no. in c. Romana. in prin. de appell. in 6. & in l. præcipimus. in prin. C. eo. ti. & in c. 2. de offi. iud. in 6. & per Inn. & alios, in c. 2. ne prælā. vi. suas, & in l. ne quicquam. §. vbi decretum. de offi. procons. & legat. & moder. in rub. de offic. eius cui māda. est iurisdictio. & istud esse non potest. Quia ex quo, ut dixi, se exercuit iure familiaritatis, non videtur pater habuisse animum aliquod ius transferēdi in filium, nec illi videtur habuisse animum aliquod ius quærendi, ut colligitur ex prædictis, sicut quæsiuisset, si ordinarius fuisset. l. more. & ibi Bar. & Doc. de iurisdictione omnium iudicum. Aut dicimus, ꝙ fuit delegatus, & sic ꝙ tacitè fuit

6 teruenerunt ante testamentum conditum. Aut † ergo talia sciuit testator, aut ignorauit, aut sumus in dubio. Primo casu, scilicet si sciuit, & res est clara, quia post iniuriam, quam sciuit sibi illatam, legando vr̃ iniuriam remisisse, sicut dicitur remissa per solam salutationem, per tactum manus, & per actum bibẽdi in eodem vase, ut per Bal. & Alex. in l. 1. ff. de pac. De scientia autem maxime illorum verborum, quæ dicunt infausta ipsius testatoris, deponunt duo testes, Morandinus, scilicet & domina Bonissima, qui dicunt, Magdalenam quandoque protulisse dicta verba in faciem ipsius testatoris. Et quidam alii dicũt, qđ dicta verba proferebantur iocose, & sic sine animo iniuriandi. De scientia uero concubitus apparet, quia testes dicunt, quod publice, & communiter dicebatur, quod faciebat se carnaliter cognosci, & hoc maxime in domo ipsius testatoris. Præsumit autem, quod testator sciuerit ea, quæ publice, & communiter dicebantur, præcipue in domo ipsius, secundum gl. in l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. & per Barto. in le. Celsus. de usucap. cum uulga. Igitur postea legando uidetur iniuria remissa. Secundo uero casu, scilicet quando constaret testatorem talia ignorasse, & idem concludo, scilicet quòd legato non veniret priuanda ista mulier, quia omnes leges, quæ priuant legatariũ tanquam testator dicatur tacite mutasse uoluntatem, loquuntur, ubi offensa fuit illata post legatum. & ita loquuntur omnia iura de hoc. ff. & C. de his quibus ut indi. Nec ob. l. aufertur §. 1. & l. cum quidam. & l. Claudius. cum l. seq. ff. de his quibus ut indig. in quibus probatur, quòd indignitas commissa ante testamentum priuat, quia in hoc aduertendum. Nam aut quæritur, utrum legatarius priuetur tanquam indignus, quo casu hæreditas, vel legatum applicatur fisco, vel aliter sine facto suo ex legis dispositione. Et admitto, ꝙ indignitas ante testamentũ istud operatur, quia ex quo eis legari non potuit, debet ab eis auferri, & ita loquuntur leges præallegatæ. Aut quæritur, nunquid legatarius priuetur legato, ex tacita reuocatione testõris, tanquam tacite mutauerit uoluntatem. iuxta. d. l. 2. §. fi. de adi. leg. quo casu legatum non applicatur fisco, sed remanet penes hæredem. Et isto casu audacter dico, quòd de hoc quæri non potest. Et talis quæstio non procedit, nisi ubi offenditur testator post legatum, & ita loquuntur omnia iura loquentia in ꝑdicto casu. Et ratio est manifesta, quia ubi tractatur, nunquid testator tacite mutauerit uoluntatem, hoc quæri non põt, nisi ubi post testamentum contigerit tale quid, ꝙ cãm dederit mutationi. ubi autem illud erat iam factum tempore testamẽti, fatuum est quærere, nunquid post testamentum mutauerit uoluntatẽ ꝓꝑ illud, qđ factnm erat ante testamentum. Et ꝙ ista sint diuersa, ꝙ quis priuetur tãquam indignus, vel tanquam voluntas sit tacite mutata, patet ex not. per Bart. in d. l. si inimicitia. & in l. fin. eo. tit. & in l. hæreditas. C. eo. Propter ergo facta, aut dicta ab ista muliere ante testamentum, si quidem venit priuanda tanquam indigna, quo casu, vt dixi, legatum ueniret fisco applicandum. & de hac indignitate non potest hæres opponere, cum sua non intersit, sed cogitur soluere, saluis iuribus fisci contra illã, gl. est singu. in l. his ꝯñr. §. 1. ff. fam. ercis. & per Bar. in l. fi. ff. pro hærede. & per Bal. & Mod. in l. si aliena, so lu. mat. Si uero quæritur, an ueniat priuanda ex hoc, qa si testõr illa sciuisset, non legasset, iuxta. l. falsã. §. legato falsam. de condi. & demon. inquirendum est, quomodo sciri posit, an testator eẽt legaturus nec ne, cũ hoc in eius animo consistat? circa qđ Bar. in l. demonstratio falsã. §. 1. de cõdi. & demon. ver. quarto quæro, qñ quis dẽt ꝓbare, cõcludit hoc ex cõiecturis ꝑpẽdi, ex qualitate ꝑsonarũ, & rerũ, & adeo ꝙ si sumus in legatis, pſumẽdum, est ꝙ aliàs fuisset relicturus, nisi legata absorberent quasi totum patrimoniũ, qui non est casus nr̃. immo ex qualitate legantis, & rei legatæ legatum dr̃ paruum, iuxta no. per Bar. & alios in l. admonendi. de iureiu. & in l. in bonæ fidei, C. eo. & in c. si. extra eo. ubi tangitur, quæ dicatur magna, vel parua quanti-
7 tas. Quinimmo † fortius dico, ꝙ illa cõsideratio, utrum si testator fuisset aliàs relicturus necne, hẽt locum, & considerat tantum, ubi ex expressione falsæ causæ apparet de errore testatoris, at ubi de errore non appareret ex expressione falsæ causæ quamuis de eo tacite cõstaret, nunquam uitiatur dispositio ex eo capite, ꝙ aliàs testator non fuisset relicturus, casus est in l. si instituta. §. fi. ff. de inoffic. test. iuncta. l. fi. ff. de hær. inst. & ibi no.

no.Bar.dum oppo.d.l.si instituta.& ibi etiam expressius Im.in
casu ēt nr̄o nulla cā falsa fuit expressa,ergo,&c.Si.n.testōr dixis
set,quia Magdalena in corpore suo mihi fuit fida,iō sibi lego ,
deinde fuisset ꝓbatum illam causam esse falsam, tum uidendū
esset,vtrum fuisset relicturus.quo casu etiam esset dicendū , ꝙ
sic,ex quo agit de legato modico,per no. p Bar. in d.§.1. sed cū
legauerit nulla expressa cā , ēt si ageretur de toto patrimonio ,
non vitiaretur actus ex hoc,ꝙ aliàs non fuisset relicturus.d.l.si
instituta.§.fi.& per Bar.ubi supra.Nec tollitur ista mea respon
sio ex hoc,ꝙ dicatur in casu isto,non fuit motus testōr ex falsa
cā,sed vera,quia ista erat concubina dilecta,tn̄ ignorabat offen
sam,quam si sciuisset non legasset. Nam aūt istam replicationē
non intelligo,aut pars aduersa putat nos dormire.Si enim mo
tus est ad legandum,quia ista erat concubina simpliciter , non
habito respectu vtrum esset fida,& honesta,necne,& legatum
debetur,quamuis inhoneste uixerit,quia nō legat pp honesta
tē,sed tantum quia cōcubina,quæ concubina fuit quamuis in-
honeste vixerit.Si uero sibi legauit,quia credebat esse concubi
nam fidam,& honestam,& talem qualem decet,si postea repe-
riatur inhoneste vixisse,ergo legatum est factum ex falsa cā in
mēte retenta.ergo ꝙ alias non esset relicturus,nihil ad propo-
situm.& uelle dicere,habuit odio personam , nihil est,quantū
ad effectum,ut possimus nos scire , vtrū minus esset relicturus
necne.Sed vtrum esset relicturus aut non,in oī casu,& indistin
cte recurrendum est ad dicta p Bar.in d.l.fi.& in d.§.1.q non se
parat , nec distinguit in proposito aliter , quam supra dixerim,
& istud profecto quamuis dicatur per partem aduersam, nihil
penitus facere,non euitabitur in æternum.Cautela est.n.ad iu
dicem circumueniendum,ubi responsum non inuenit,rē sper-
nere.Minus etiam ob.ꝙ dicat̄ p testes expresse probari,ꝙ si te
stōr sciuisset,non legasset,quia nihil probant.ad eos.n. nō spe
ctat iudicare,utrū testōr esset aliàs relicturus,necne,sed ad iudi
cē ex coniecturis,ut p Bar.in d.§.j.vbi āt testis iudicat,sibi non
creditur,ut p Bar.& oēs,in l.1.C.de vsu. Tertio vero casu vide
licet si sumus in dubio,utrum sciuerit,vel ignorauerit,p̄sumen
dum est,ꝙ sciuerit ex eo,q̄a hęc oīa dnr̄ p testes fuisse dicta,&
3 facta in domo ipsius testōris.Quo † casu p̄sumit̄ quis scire ea q̄
gerunt̄ in eius domo.l.cōsensu.C.de repu. c.cōstitutus. de res.
in inte.in terminis per illa iura idem dicit Pe.de Anch. in cons.
169.inc.Visis diligenter puncto & contentis in eo,&c.& tanto
magis cū,vt testes dn̄t,hæc oīa essent nota illis de domo,igitur
facilius potuerunt transire in notitiā p̄risfam.& p̄sumptio est,
ꝙ transiuerint. Si ergo iuris præsumptione ista oīa sciuit, ergo
postea legando vr̄ offensam remisisse,per ea quæ superius dicta
sunt in primo casu.Non ob. vltimo,ꝙ sit probata vita impudi-
ca & inhonesta ex actib.& verbis impudicis,& ideo ꝙ isti mali
mores inducunt priuationem.l.1.C.de sec.nup.iunctis no.per
Bal.in l.3.ff.de test.& per Mod.in l.hr̄ditas.C.de hsi quib.ut in
dig.quia satis patet rn̄sum ex p̄dictis. Nam de actib.aliquib.nō
est probatum sufficienter.Verba aūt tm̄ nō sufficiunt,vt p̄dixi,
immo ēt actus extra copulam in concubina nō sufficerent , q
de ea ad vxorem,de qua vxore loquitur . d.l.1.non valet argm̄,
nisi ubi timetur sanguinis ꝑturbatio,& sic casu quo copula se-
quatur,immo possumus dicere, ꝙ nunquam liceat arguere de
vna ad aliam,quicquid dicat Bal.q̄a coitus cū vxore alterius est
punibilis,quia adulterium committitur.Et tn̄ coitus cū cōcubi
na alterius nō est punibilis,sicut nec cū qualibet alia meretrice
vt est casus,& ibi no.Bar.in l.si vxor.§.1.ff.de adul.Preterea.l.j.
C.de sec.nup.loquitur de uxore,quæ iniuriauit testōrem post
testm̄ & eius mortem,nos loquimur , de eo qđ actum est ante
testm̄,qui casus ex plurib.nihil hn̄t cōe, sicuti ex præmissis col
ligitur.Itē ꝑm Bal.& Mod. vbi supra.l.1.C.de se.nup.hēt locū,
9 ubi quis est indignus propter malos mores ciuiles , secus † vbi
indignus est pp verū delictū,q̄a tūc applicatur illud,qđ aufert̄
fisco.Dicta.n.l.1.loquitur,vbi vxor nupsit intra annum luctus
quod a iure ciuili est prohibitum.In casu aut nostro,si probata
esset vita inhonesta,vt dr̄,hi mali mores essent mali mores na-
turales,& contra ius diuinum, & sic ueniret priuanda ex vero
delicto , ergo hoc legatum veniret applicandum fisco . Quod
etiam aperte sentit Bart.in l.fin.ff.de his quibus vt indig. in sua
distinctione,vbi concludit in proposito,quod si quidem venit
quis priuandus,ex eo,qđ contingit añ testm̄, si quidē non con
tingit hoc ex mutatione status legatarii , sed ex alia causa , &
tunc si sine sui culpa , & fisco non applicatur , aut sui culpa, &
iste est casus noster,& tunc fisco applicatur regulariter.dicit ip
se,in casu.l.1.C.de sec.nup.nec iuuat dicere,ꝙ Bar.loquat̄, vbi
legatarius ante testamentum factus est incapax legati relicti a
testatore,quia istud est directo contra Bar.in d.l. cum hæredi-
tas.in dist.ver.si vero instituatur hæres capax,indignus tamen,
&c.ubi concludit,ꝙ si quidem institutus est capax,sed est tamē
indignus , quod si quidem indignus ē delicto suo,uel culpa,&
tunc aut respicit iniuriam certæ personæ, & illi applicatur.l.pe.
C.de leg.ubi facta fuit iniuria hæredi. Si uero non respicit iniu
riam certæ personæ, applicatur fisco.l.Papinianus.§.meminis-
se.de inof.test.nec dicatur ꝙ in casu nr̄o fiat iniuria certæ ꝑso-
næ,i.testōri,quia Bar.intellexit,ꝙ fiat iniuria certæ personæ,q̄
non sit testōr,sed alia,ut patet in d.l.pen.intellexit aūt culpam
uel delictū non respicere iniuriam certæ personæ, ēt quādo fie
ret iniuria soli testōri,ut patet in §.meminisse.quē allegat, ubi
filios querelauit indebite testamentum,ꝙ testatoris est iniuria
patet etiam ex.l.2. C.de his quibus ut indig. vbi testator tantū
iniuriabatur ab hæredib.non uendicantib.eius necē,& illo ca
su fisco applicatur.Ex hoc igitur infertur,ꝙ siue ꝓbati sint ma
li mores,siue ēt esset probata copula,uel ēt prius,si quidem ꝓ-
pter hoc delictum uel culpam allegatur, legatariam priuatam .
ꝙ istud legatum deberetur fisco.Si ergo fisco ueniret applican
dum,de iuribus fisci,& de tali indignitate ad commodum pro-
prium,nec fisci, non potest hæres , uel priuatus opponere q̄a
sua non interest , ut est gl.in d.l. his consequenter.§.1.ff.fami.
ercis.cum alijs concor.præallegatis.Si uero dicitur legatum nō
deberi ex alio capite,s.quia si testator sciuisset,non fuisset reli-
cturus,& ex hoc priuari non debet,ut ex præallegatis luce cla
rius colligitur. Nec isto casu loquitur aliqua lex.ff.& C. de his
quibus ut indig.sed hēt locum materia.l.fi.ff.de hæred. inst. cū
ibi no.per Doct.& per Bar.in l.demonstratio falsa.§.1. de con
di.& demonstratio.Tituli enim illi loquuntur,quando propter
culpam, ex qua indignus quis efficitur , quam ante testamentū
commisit, vel post,uel ex eo ꝙ factus est incapax sui culpa,vel
sine culpa , uel quando aliquid est commissum post testamen-
tum,ex quo lex præsumit cessare uoluntatem testatoris,& in-
ducit tacitam reuocationē,at ubi aliquid ante testamentū con-
tingit ignorante testatore,propter ꝙ a iure nō priuatur,sed di
citur non deberi,ex hoc ꝙ si testator sciuisset,non legasset,ista
est alia materia,quæ tractatur in locis prædictis.Ex quibus om
nibus luce clarius,iudicio meo patet,ꝙ istud legatum debetur.
10 Quod ēt comprobatur ex eo,ꝙ factum est propter † beneme
rita,vt dicit testator, quæ etiam sunt per testes probata qui di-
cunt, ꝙ mulier ista habebat curam omnium bonorum intus ,
& extra,& se circa omnia bona testatoris exercebat.Ex hoc au
tem licet de offensa aliqua constaret,non posset priuari,quam
uis essemus in casibus in quibus aliàs regulariter legatum dice
retur tacite ademptum,sicut donatio ob merita superueniente
ingratitudine non reuocatur.l.si pater.§.pe.de don.not.Bal.in
l.si cum tibi.de dolo.Ex quo,enim aderant merita erat obliga-
tus testator ad legandum.l.sed si lege.§.consuluit.& ibi no. de
peti.hære.& ideo propter talem offensam non cessasset legare.
Non ob.insuper,ꝙ ista mulier multa bona abstulerit ante mor
tem,& post ipsius testatoris.Quia testes circa hoc uarij sunt,&
contrarij in multis,ex quibus liquide apparet,ꝙ mentiuntur.
Nam Dominicus,qui dicit vidisse Magdalenam exportasse sac
chetas plenas drapamentis,est singularis,quia nullus alius di-
cit uidisse ipsam Magdalenam exportasse.Franciscus de Alano
dicit uidisse , ꝙ Magdalena fecit exportare tres saccos plenos
drapamentis, quorum duos uidit apertos.Item ꝙ duo fuerunt
exportari prima vice,& vnus alia uice.Sequens uero testis no-
mine Bruscus dicit, qualiter unus saccus tantum fuit apertus ,
& ꝙ alij erant clausi,sed quod drapamenta uidit per foramen.
Primus uero dicit duos fuisse apertos,qualiter autem per fora
men uideri potuerit,ꝙ sacchi essent drapamentis pleni,non ꝑ
cipio.Igitur conuincuntur rōne naturali de mendacio per præ
dicta.Franciscus uero Cagnacinus dicit,dictos saccos exporta-
tos fuisse p fratrē Magdalenæ,& alij per rusticum.Item ꝙ pri
mo fuit exportatus unus saccus tantum,secundo loco duo, a-
lij uero dicunt totum econtra.Præterea Magdalenæ erant re-
licta linteamina,& zenzalare per testatorem,quæ potuerunt es
se ista drapamenta,& etiam præsumuntur.l. merito.ff.pro soc.

Et quamuis ex his non potuissent impleri tres sacchi, tamē testes non concludunt, fuisse plenos drapamentis, quamuis.n. duo essent aperti, non tñ sequitur, ergo omnia viderunt. Poterunt.n.in summitate sacchi esse drapamenta, & in medio, & in fine esse panni a dorso Magdalenæ. Item prope illud foramē, p ꝙ viderunt, potuerūt esse drapamenta, & in alijs locis dicti panni a dorso proprij ipsius Magdalenæ, ꝓbatio ergo dubia non releuat, c. in præsentia, cum vult. de prob. Itē Frācíscus de Alano dicit, ꝙ dicta bona nō potuissent esse alterius, quam Baptistæ, ex quo fuerūt exportata de eius domo, propter ꝙ redarguitur de falso, q̄a quamuis bona exportata de domo alicuius ꝓsumerentur illius, tamen pōt esse, ꝙ sint alterius, immo ex hoc bona reperiātur in domo alicuius, nō probatur dñium uere uel præsumptiuè, vt patet ex no. in l. si rem aliquā. de acq.
11 pos. & in l. rē alienā. de pigno. actio. Cū ergo † de negatiua mera nō coarctata deponat, ꝓsumitur falsū dicere. c. cum ecclesia Sutrina, de cā possessio. & proprie. & ꝑ Bal. in c. si quis per triginta. si de feudo fuerit controuer. inter do. & agna. & per Ange. in l. 1. §. docere. ff. ne uis fiat ei. Præterea ex quo mulier ista palam & præsentib. illis de familia Beltrami, & Baptistæ exportabat hæc bona, iudicet, quis, an subtraheret, & an passa fuisset subtrahere. quæ.n. fiunt palam, præsumuntur facta bona fide. l. si cū similib. de ritu nup. Tu ergo mag^s scire potes, præsertim cū isti testes sint domestici, & familiares. Præterea reconuenit hæc mulier conditione furtiua, ex quo dicitur in recōuentione, ꝙ plurima bona abstulit dolose, contra uolūtatē Beltrami, & Baptistæ eius filij. l. in re furtiua. de condi. furti. vel reconuenitur actione in factū, quę datur loco actionis furtiuę, ubi nō est probatum agētē ad rē furtiuā, esse dominū, iuxta no. in l. & iō. §. fi. eo. tit. & in l. manifestissimi. §. cū in secunda. C. de fur. q̄ actiones saltē de facto infamāt. l. honori. de obseq. patr. ꝓstan. & not. in l. cessat. de actionib. & obligationib. In casib. autē in
12 † quib. actio intētata infamat, ēt de facto nō procedit libellus, nisi inseratur locus & tēpus, iuxta. l. libellorum. de accusationibus. l. itē exigit. de do. l. prętor edixit. in prin. & ibi Bar. de iniurijs. & in l. edita. vbi ꝑ alios. C. de edē. sed in libello reconuētionis deficiūt prædicta, ergo, &c. Itē peccat in alio dictus libellus, quia in illo non sunt specificatę res, quæ dicūtur subtractæ, nec earum qualitates, quæ debuerunt exprimi & specifice, casus est clarus in l. in actione furti sufficit. in prin. ff. de fur. & per Bart. in l. 1. in fi. dum allegat d. l. 1. ff. si certum petat. hic autem nec in libello, nec in capitulis fuerunt deductæ res certę, & specificæ, ergo corruit libellus, & si dicatur ad vtrumque, ꝙ in causa procedit ur summarie, nedum conuentionis, sed etiam reconuentionis. c. fi. cum ibi no. de mutu. peti. ergo non fuit necesse exprimere locū & tēpus, ut in specie ꝑ Alex. consi. 63. uol. Item in huiusmodi causis procedit libellus generalis. cle. sæpe. cum ibi no. de uer. sig. replicatur, ꝙ esto, ꝙ hic summarie procedat in utraq. causa, tamen non videtur uerum, ꝙ ubi agitur actione famosa, uel alio remedio, propter quam in libello debeat locus & tempus inseri, quod quamuis summariè procedatur, nō debeant prædicta interuenire. & hoc aperte videtur uelle Bar. in extrauag. ad reprimen. in uer. per accusationem, ubi concludit, quod quamuis in crimine lęsę maiestatis procedatur summarie, sine strepitu, &c. ut in tex. d. extrauag. dicitur, tamen accusatio inepta non procedet, nec ualebit, nisi sit solennis, ergo sine loco, & tempore non reciperetur, prout in terminis etiam no. Barto. in l. viro atque uxore. ff. soluto matrimo. in fin. Item
13 † quamuis dici soleat, ꝙ in summarijs libellus generalis procedit, tñ fallit, nisi sit oppositū de nimia generalitate, ꝓut fuit factum hic, secundum Alex. nota. consi. 32. quarto uolu. ubi declarat, in quo consistat specialitas, quæ est in summarijs, & refert ita fuisse iudicatum per iustissimum uirum Bononię. Et ē rationabile in casu nostro, quia huic mulieri diceretur ablata defensio, si staretur eius sacramento de rebus ablatis, iuxta. l. si quando. C. unde vi, & in c. fi. ꝙ met. cau. Non enim posset probare, quod tales res, quas generaliter dicit ablatas, esse in pōtate, & domo ipsius Baptistæ, q̄d potuisset utique si fuissent specialiter designatæ in libello, aut saltem in capitulis. Non enim dico quod si probetur furtum, quod sit necesse specificare res subtractas, quia illas fuisse furatas potest probari iuramento. ut habetur in dictis locis. Sed dico, ꝙ bene debent specialiter peti & designari, ut reus possit se defendere, & de hoc est casus clarus in d. l. in actione furti sufficit. de fur. & ꝙ ubi summarie proceditur, non debeat, nec possit esse tacita generalitas libelli, vt reo auferatur defensio. Clare hoc & in terminis firmat Bar. in d. extrau. ad reprimend. in ver. figura. & alii in dicta clemen. sæpe. & sic ex hoc firmiter ostenditur, quòd talis libellus sustineri non potest. De æstimatione an sit probata, nō loquor quia absque dubio non est probata: ideo circa eam aliter non laboro. Illud etiam, quod de marsupio dicitur, est ridiculosum cum tempore, quo traditum fuit do. Magdalenæ, nō probetur aliquid in eo fuisse. Nec obstat, quod probatum dicatur, testatorem semper esse solitum habere in marsupio duca. 25. & mo
14 netam sancti Ludouici: ideoque quòd † de præterito præsumitur in præsens. l. siue possidetis. cum materia. C. de probationibus, quia multę responsiones dari possent, sed vna sufficiat, videlicet quod illud locum non habet ad inducendam præsumptionem delicti, immo ista præsumptio, quòd quis non præsumatur delinquere, iuxta. d. l. merito. ff. pro soc. tollit tanquam potentior aliam præsumptionem. & sic facit, ut de præterito in præsens non præsumatur, Doctrina est Bar. no. in l. relegati. ff. de pœnis. facit, quod habetur in l. non solum. §. sed vt probari de ope. no. nun. & per Bar. in l. gerit. de acq. hær. in illa quęstione, vtrum per actum negatiuum inducatur aditio. & per alios in l. non hoc. C. unde cognati. Et ita in præmissis concludo, vt ex præmissis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Rei uendicatio an detur filijs, & hæredib. pro reb. dotalib. matris contra eius secundum uirum, de hypothecaria non est dubitandum. & nu 5. & 8.*
2 *Dominium rei dotalis ipso iure transire ad filios vxoris, intelligi debet de filijs eiusdem matrimonij.*
3 *Statutum editum ab episcopo uel inferiore non ualet, si est cōtra ius commune expresse disponens, et specifice circa illum casum secus si ius commune non specifice disponeret.*
4 *Dos quando est in re immobili, an exigi debeat in loco cōtractus an domicily uiri.*
6 *Missus in possessionem ex primo decreto tenetur stare colono.*
7 *Sententia lata contra colonos non nocet domino ignoranti, neq; in proprietate, neque in possessione.*
9 *Citari quis potest a iudice extra territorium ad effectū, ut actor mittatur in possessionem ex primo & secundo decreto.*

CONSILIVM CLXI.

CIRCA illud, de quo quęritur, videlicet, q̄d remedium competat illustr. filiabus & hæredib. quondam illust. d. Blanchæ contra eius secundū uirum illustr. d. Marchionem Finarii pro rebus immobilibus ei datis in dotem, & existentibus partim in territorio Mediolani, & pro parte in territorio Papiensi inter clarissimos. do. aduocatos Mediolani dubitatum satis
1 & uariatum inuenio. Quos tamen reperio † in hoc conuenire, quod possit agi rei vendicatione, quia licet dictæ res fuerint æstimatæ, dicta tamen æstimatio non facit emptionem, sicuti pulchre per eos deducitur, & probatur. Et propterea dominium ipso iure retranslatum fuit in dictas filias, & hæredes. l. in reb. C. de iure dot. Et dato etiam ꝙ æstimatio talis esset, quę emptionem facere posset, adhuc tamen idē, quia licet tunc contra tertios possessores præsertim non detur rei vendicatio, nisi in subsidium d. l. in reb. cum gl. communiter approbata, nihilominus ex quo d. Marchio ꝓ aliis bonis non potest facile cōueniri, nec facile exigi, habetur ꝓ nō idoneo, ar. no. in l. 2. in prin. qui satisdare cogantur. & ex hoc inferunt, ꝙ agi possit dicta actione reali contra colonos, & practicari. l. 2. C. vbi in rē actio. aduertatur tamen, quia bona dantur æstimata do. Marchioni pro se suis hæredibus, & cui, vel quib. dederit. Quæ vltima verba important, ꝙ dicta bona possit alienare, vt est tex. in c. 1. de feud. non habente propri. natur. feud. & per consequens videtur, ꝙ talis æstimatio faciat emptionem, quia si fundus datus in dotem, remaneret dotalis, non posset alienari. l. lege Iulia. & per totum, de fund. dota. Sed quamuis hoc omnibus placeat, cū reuerentia tamen mihi hoc non placet, etiam si fundus esset dotalis. Quoniam de iure antiquo redibat ipso iure dominium

ad uxorem soluto matrimonio, sed trāsibat ad hæredes viri, vel remanebat apud ipsum uirum. l. quædam. de acq. rerū domi. & l. 1. de fundo dota. & l. si dotis. C. de iure do. sed per d. l. in rebus hoc est immutatum in persona ipsius mulieris. Ergo hoc priuilegium ei concessum non debet transire ad eius hæredes, & sic illi non pnt uendicare. l. quia personale. sol. ma. & ita ꝑ istā rōnem determinat singulariter Bar. in l. Nesēnius. §. fundum, de re iud. vbi concludit in terminis, ꝙ dominium rei dotalis ipso iure transit in mulierem sol. ma. morte viri, vel diuortio, ſm dispōnem iuris ciuilis. sed ad hrdes mulieris non trāsit, si soluatur mrīmoniū morte uxoris, ut in casu nr̄o. Et cū Bar. transeūt
2 ibi cōiter Doc. & quāuis † Ale. ibi dicat, ꝙ Bart. dēt intelligi de hr̄dib. extraneis, & non de filiis. & idem uelit in l. si mora. solu. ma. in 2. col. per no. in l. 1. C. de priuileg. dot. & per Doc. in l. ēt so. ma. & per tex. qui in dictis locis allegatur, in l. assiduis. §. exceptis, C. qui potio. in pig. hab. Nihilo minus limitatio Ale. intelligitur de filiis eiusdem mr̄imonii, nec ipse de aliis loquitr̄, qm̄ priuilegium, qd̄ ad extraneos non transit, sed ad filios, ad illos qui sunt ex eo mr̄imonio transire dicit̄, & nō ad alios natos ex altero mr̄imonio. sicut sunt istæ. d. Blanchæ, ut probatur in d. §. exceptis. & no. Bar. & Doc. communiter contra gl. ibi in d. l. ēt, cū concor. de quib. ibi ꝑ Ale. in primis verbis, qui oñdit, hāc esse cōem opi. in quocunq; priuilegio. & item dnt Doc. in d. l. 1. C. de priuileg. dot. & forte dictum Ale. ēt nō est verum in filiis eiusdem matrimonii. Quia ex quo vult lex exp̄sse, & specifice, ꝙ de iure antiquo dominium non transferatur in uxorem, ius nouum in hoc corrigens in muliere nō dēt extēdi ad filios l. si uero. §. de uiro. so. ma. sed ubi fauore dotis in aliquo casu receditur a regula iuris, sub qua ēt cā dotis poterat includi, tunc procedit, qd̄ dr̄ in dictis locis, s. ꝙ priuilegiū cōpetat filiis eiusdem matrimonii, cū ius antiquū nō disponeret cōtrariū spāliter, sed gn̄aliter. Quia facilius recedit̄ & tollitur certo casu ius antiquū, qn̄ gn̄aliter loq̄tur, q̄ qn̄ aliquid disponit spāliter, ut ꝓbatur ex no. ꝑ Imo. in c. ex tuæ. de cleri. non resi. vbi pulchre
3 † concludit ꝙ statutū contra ius editum ab epo, vel ab alio inferiore, non ualet, si statuit contra ius cōe in eo, qd̄ est expresse & specifice dispositū. & ita ſm eum intelligit, qd̄ not. Io. Andr. in rub. de electionib. si uero statuit contra ius, sed nō in eo qd̄ sit expresse, & specifice a iure dispositum, & tūc statutū valet, si sit rōnabile, ex quo ius commune specifice nō disponit in casu illo, licet contineat̄ sub regula, ut probat̄ per glo. in cle. hi qui. de ætate, & qualitate, q̄ isto casu loquitur secundum eum. Et bene facit. l. item apud Labeonem. §. hoc. edictum. de iniuriis. Præterea in iurib. contrariis extensio est facta ad filios eius matrimonii in certis casib. ꝑ hētē ꝑtātem legis condēdæ. sed hoc nobis non licet isto casu, in quo ius antiquum non inuenitur correctum, prout ēt dicit Bar. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccl. in l. diuus. §. 1. de falsis. Alia etiam præsupponitur opi.
4 s. † ꝙ. d. Marchio conueniatur in loco contractus, & quamuis hæc sn̄ia uideatur contra tex. in l. exigere dotem. de iud. tamen ille tex. in proposito non uidetur obstare, quia illud est ex eo ꝙ maritus vr̄ destinasse solutionem in loco sui domicilii & nō in loco contractus, cum non esset ibi permansurus, ideo in loco destinatæ solutionis debet conueniri. l. contraxisse. de actionib. & obligation. & prout declarat Bar. & Doc. in d. l. exigere q̄ rō solū locum habet, qn̄ dos in quātitate consistit, vel in alia re mobili, sed qn̄ data est in dotem res immobilis in loco contractus, non uidetur alibi destinata solutio, si res erat inæstimata. Et propterea uidetur, ꝙ isto casu locum habeat tex. in c. Romana. §. contrahentes. de for. compe. in 6. & no. in c. fi. ꝑ domi. Ant. eo. ti. in antiquis, & Mod. in c. dilecti filij. eo. ti. Sed tamen in casu nr̄o hanc opinionem firmare non auderem, ꝓpter generalitatem. d. l. exigere dotem. quæ uidetur indistincte locum habere ea ratione, quia uxor sequitur forum viri, vt ibi uidetur dici, & quia contraxisse dr̄ tanquam maior, ideo tunc rōne cōtractus non sortitur forū. l. hæres absens. §. fin. de iudicijs. & d. c. Romana. §. neque. & ꝑ Bar. in d. l. exigere, quæ ratio est generalis ad omnem rem datam in dotem. Præterea ista opi. nō posset locum habere, quo ad bona existentia in territorio Papiensi, in quo contractus non fuit celebratus. Quia actione personali non pōt quis conueniri in alieno territorio ratione rei, secundum Bar. in l. fin. C. vbi in rem actio. & Inno. Ioan. And. & Abb. in c. postulasti. de foro compet. vbi dicunt, quod non potest quis pignoratitia cōueniri rōne rei sitæ in loco, quia illa
5 est actio personalis. Videtur ergo † tutius, & securius agere hypothecaria, quæ moueri potest dupliciter. Primo contra ipsos colonos, & qui non possunt opponere exceptionē excussionis quia illa posident debitori, & nullo modo sibi, & sic effectus iudicij fundatur contra principalē, q̄a non tā ipsi, quā is, cuius nomine possident uel tenent, conuenitur. l. 2. C. ubi in rē actio. & ita formaliter dicit Sal. in auth. hoc si debitor. C. de pig. ver. 6. quæro, &c. & sic allegando. d. l. 2. constat, ꝙ loquitur in colono. Item ꝙ ēt. d. l. 2. hēt locum, qn̄ agitur hypothecaria, & videtur ibi probari, quia loquitur simpliciter, qn̄ agitur actione reali, prout realis est actio ēt hypothecaria. l. pignoris. ff. de pignorib. & l. pignoris. C. eo. cū concor. de quib. ibi in glo. Aut ergo nominabit colonus dominū, & seruabitur forma ibi tradita, & vbi nō cōpareat, fit missio in possessionem, ut ibi dicitur. Sed
6 vr̄, ꝙ hoc parum prodesse posit, q̄a, ſm Pa. de Ca. ibi. ꝑ ꝑ hoc nō dēt amoueri cōductor. Et quāuis nihil alleget, sed dicat ita credere, de hoc tamē est casus in l. in uenditione. §. 1. de bonis authoritate iudicis possiden. & no. Barto. in l. si filio. §. si uir in quinquēniū. sol. mat. quia cū missus in possessionem ex primo decreto, ſm eum, non acquirat plenum ius, cogitur stare colono, & quia est successor necessarius. Nec ēt potest agere cōtra colonos ad pensionē sine cessione, ſm Ang. in d. l. in uenditione. §. j. per no. per gl. magnā in fi. in l. diuortio. in prin. sol. mat. sed dici potest, ꝙ immo hoc casu missus in possessionem possit exigere pensionem a dictis colonis utili actione, ex quo d. Marchio est talis, qui de facili per aliquem cogi non potest ad cedendum, ſm Bar. in d. l. diuortio. in fin. prin. per l. j. de act. & obli. & l. 1. §. fi. de instito. qui hoc casu limitat not. per gl. ibi. Si uero coloni non nominarent dominum, tunc esset magis du-
7 bium. Quia † sententia lata contra colonos non noceret domino ignoranti, neq. in possessione, neq. in proprietate, ſm Inno. Host. & Io. And. in c. quoniam frequenter. §. ꝙ super, & d. Ant. in §. fi. ut lite non cōtest. & Bar. Bal. & Ang. in l. officium de rei vend. Bart. & Bal. in d. l. 2. C. ubi in rem actio. & Alex. in l. peregre. §. quibus. de acq. pos. & l. sæpe. antepe. char. uel seq. de re iud. Sed tunc posset authoritate iudicis, coram quo causa agitabitur notificari domino ad instantiam agentium iudiciū motum contra colonos, ad effectum ut transeat in eius notitiā & ut non posit prætendere ignorantiam, quę notificatio non habet vim cautionis, quia non arctat, ideo fieri potest absenti. & existenti extra territorium, ſm Ang. in disp. inci. Bononiensis, &c. per. l. item ueniunt. §. petitam. de peti. hær. & per no. per gl. magnam in l. j. in prin. de pact. quia notificatione facta præiudicatur domino in possessione, si non comparebit & efficietur de reo actor, per no. in dictis locis. & maxime per Alex. in
8 d. l. sæpe. Vel secundo, & † forte tutius poterit agi directa hypothecaria contra d. Marchionem coram iudicib. ubi res sunt positæ, quarum rerum occasione dictus dominus Marchio ibi sortitur forum, si agatur dicta actione, quæ, ut dixi, est realis. l. fi. C. ubi in rem actio, & c. fi. de fo. compe. est uerum, ꝙ Pau. de Cast. in d. l. fi. vult, ꝙ ita demum sortiatur forum in loco, rōne rei, si ibi inueniatur, sicut dicitur de illo, qui ratione cōtractus sortitur forum in loco. d. l. hæres absens. §. fi. Sed hoc non puto uerum, quia iura hoc casu uolunt indistincte, ꝙ possit quis in loco, ubi res est sita, conueniri, & etiam hoc simpliciter, & sine distinctione dicunt Doctores. Nec mirum, ꝙ quis ratione rei quam posidet in alieno territorio plus grauetur, quam ratiōe simplicis contractus. arg. l. rescripto. §. fi. de munc. & hono. & eorum quæ plene scribit Bart. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. lib. 11. Pręterea negari non potest quin do. Marchio possit conueniri, & casu quo fit contumax, debent actrices mitti in possessionem ex primo decreto, sicut etiam fit quando quis ratione contractus conuenitur, quia etiam quis, si ibi non inueniatur, conueniri potest ad effectum, ut patiatur primum decretum, in rebus existentibus in territorio citantis, si sit contumax. d. §. contrahentes, & tunc, ut dixi. potuerunt agere vtili, etiam sine cessione contra colonos. Modus autem citandi erit per nuncium, & literas iudicis, coram quo agitur. Quia
9 quo ad effectum ut bona † distringantur, & sic ut mittatur actor in possessionem ex primo & postea ex secundo decreto, potest iudex per proprium nuncium citare extra territorium, ut cōmuniter concludunt Doctores in d. §. cōtrahentes. per illum

lum text.& dom. Anto.& Abb. in c.fi. de foro compet.& Maria. in c.dilecti filii, eod.tit. Item poterit per iudicem Mediolani citati per edictum, secundum formam statuti, &c. dubio tñ an statutum debeat restringi ad illos, qui sunt absentes ꝑ malitiam, iuxta cle. 1. de iud.& ꝑ ea quæ traduntur plene in ca.qm̃ frequenter. §.porro.ut lite non cõtest. ut sic recipiat interpretationẽ a iure cõi, vel intelligatur de his, qui facile inueniri nõ pñt, ut traditur in dictis locis.& per ea quæ dicit Alex.in simili in consi.9 2 .vol.si tñ tale statutum habuit interpretationem ab vsu, quod intelligatur passim & indistincte illa est seruanda.l.minime.de legibus. Nec obst.aliud statutum sub rubr. de iure reddendo, &c. quia illud statutum iudicio meo, loquitur in actore, & non in reo, ut si illi agenti in ciuitate Mediolani seruetur idem ius, quod Mediolanensibus seruatur in domicilio illius, & satis sic sonant omnia uerba dicti statuti, sed præcipue colligitur hoc, dum dicit, ius reddatur non subdito iurisdictioni ius, dicentium Mediolani, & eius ducatu, uel qui non tenetur subire forum ius dicentium Mediolani, &c. Non conueniunt ergo hæc uerba reo forensi conuento legitime & iure ꝑmittente, puta ratione contractus, vel rei Mediolani, quia licet esset forensis, tñ subiiceretur iurisdictioni iudicis illius loci. Sed verificantur simpliciter in actore forensi, qui agit uolũtarie, & qui nullo modo suppositus est. Et aliud statutum de mõ citandi forenses, loquitur in reo, & sic non sunt cõtraria & ubi ẽt essemus in dubio, capienda esset ista interpretatio rõne contrarietatis euitandæ. per no.in l.scripturæ.C.de fide instr.& in c.imputari.eo.ti.& in c.cum tu.de tes.& Bart.in l.oẽs populi.de iusti.& iure.& ubi etiam ambo statuta loquerentur in reo, tñ illud sub rubrica de iure reddendo, &c. limitaretur ꝑ & sic intelligeretur saluis his, quæ dicta sunt in alio statuto de citatione forensis: Quia non est uerisimile ꝙ unum statutum uelit aliud corrigere, ut bene probatur ex no.per gl. & Bar.in l.1.§.& parui.quod ui aut clam.& per Doct.in l.ita nobis pudor.C.de adul.sed ex quo põt fieri citatio ꝑ nũciũ, cautius est seruare illum modũ, nisi dicat, ꝙ seruando formã statuti, poterit ad diffinitiuã ꝑueniri ex dispositione illius, sed nõ de iure cõi, quia lis nõ põt contestari.l.fi.§. illud.C.de tẽpo. app.& ꝑ ea q̃ habẽtur in l.si finita. §.Iulianus.de dã.inf.& ita sentio, saluo tamen aliorum saniori iudicio, &c. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod interuenit confectioni contractus, licet in instrumento scriptum non reperiatur, potest probari per testes.*
2 *Testibus impugnantib. potius creditur, quam adiuuantib. instrumentum, si impugnantes numero excedunt. Item potius creditur affirmantibus licet paucioribus quam negantib. quod intellige, ut nu.7.*
3 *Hæredes non possunt per suum pactum, uel transactione tradi tur præiudicare, quin possint conuenire omnes.*
4 *Testes recepti post processus publicationem, fidem non faciunt.*
5 *Aduocatus præsumitur dicta testium, quorum notitiam habuit retulisse parti.*
6 *Mediator non dicitur esse idoneus testis.*

CONSILIVM CXLVII.

VISA prius transactione, & deinde toto ꝓcessu vr̃ prima facie, ꝙ onus ęris alieni non pertineat ad Iacobũ, & eius cõsortes, qui recepta certa q̃titate totam hr̃ditatẽ d. Bernardini apud alteram partem dimiserunt, sicut etiam ad hr̃dẽ vniuersalẽ onus æris alieni pertinet, & non ad institutũ in certa re, vel q̃titate.l.quoties.C.de hæredi.inst.& l.ex facto.la grãde.ff. eo. Et tanto magis, quia fuit inter transigentes expresse conuẽtũ, ꝙ hæreditas apud ꝑdictos remaneret cum cõmodo & incommodo, & specialiter cum onere soluendi dotes, de quib.agit.
1 Et quamuis in instrumento † non reperiatur scripta ista cõuẽtio, probatur tñ per tres testes, instrumentarios ex quatuor, & ꝑ alios quinq; testes, qui non sunt instr̃arii, ꝙ tp̃e celebrati instrumenti fuit expresse dictũ & conuentũ, ut cõmodum & incõmodum dictæ hr̃ditatis spectaret ad ꝑdictos, & ẽt onus soluendi dictas dotes. Et iõ quãuis dicta cõuẽtio non ꝓbet̃ ex instr̃o, probatur tñ ꝑ dictos testes. Et in hoc illis est standum, vt est casus expressus in c.cum Ioannes. de fide instrumen. vbi dicitur, ꝙ in instrumento dicebatur simpliciter, ꝙ talis vendiderat domum, & per testes fuit probatum, ꝙ venditio fuit conditionalis. vnde ex hoc venditio non dicitur esse pura, sicut ex instrumento videbatur probari, sed conditionalis, propter depositionem testium.& dicit ibi Inn. ꝙ ex hoc, seu ꝙ ex tali probatione non reprobatur instr̃m, sed statur instr̃o, & testibus. Quia, s̃m eum, qñ testes dicunt, rem se aliter habere, quam sit scriptum, aut factum, sic se habendo contradicit instrumento. Et tunc per duos testes reprobatur instr̃m. Aut factum sic se habendo non contradicit instrumento, sed potius in scriptura probatur omisso, & tunc instrumento statur, & testib. ut in casu d.c.cum Ioannes. pariter & in nostro, quasi ꝙ illud, de quo deponunt testes, præsumantur per notarium ex errore omissũ & idem tenent alij, & Saly in l.in exercendis. C. de fide instrumen. immo indistincte, quando aliter reperitur scriptum per notarium, quam fuerit dictum, ad illum excusandum pręsumitur potius error, quam dolus, secundum Bar.in l.quoties.§.sed si non.de hæred.institu. per illum tex. quod maxime est uerum secundum Bald.& Imo.si constet, q̃d notarius aliàs fuit legalis & bonus, secus autem si probaretur malus. Nec obs. quod etiã aliqui testes sint producti, qui deponere videntur, ꝙ tempore celebrati instrumenti non fuit facta mentio de cõmodo vel incõmodo, nec de dictis dotib. sed solũ fuit dictum, prout reperitur scriptum, quia testibus contrarijs uidetur magis standum, tum quia sunt plures numero, per no.in l.ob carmẽ.§.fi.de testi.& in c.in nostra.eo.titu. & hoc vult in his terminis Ang. & Imo.in l.1.§.si quis neget.quemadmod. test.aper.& Sal. in d.l. in exercendis.ubi dicunt expresse, quod si impugnantes instru-
2 mentum, † excedunt numero coadiuuantes illud, quod stabitur impugnantibus per no.in dictis locis.& quia, ut dixi, tres ex instrumentarijs dicunt aliter fuisse dictum quam scriptum, illis videtur magis credendum, quia fuerunt rogati & ad hoc vocati, & sic præsumitur, ꝙ magis fuerint intenti, Pręterea isti cõtradicentes deponunt de affirmatiua, coadiuuantes vero de negatiua, dicentes ꝙ de commodo uel incommodo nihil fuit dictum, nec aliter dictum quam scriptum ideo magis affirmantibus quam negantib. etiã plurib. est credendum, s̃m gl.in l.diem proferre.§.si plures.de arb.& Inn.in c.super hoc.de renun. & ĩ c.quid per nouale.de verb.sig.& magis ad propositum. ꝑ no. ꝑ Inn.& Ant.de But.in d.c.cum Ioannes.vbi dicit, ꝙ duobus testi.& pro instrumento & affirmantib. magis creditur quã pluribus cõtradicentib.& negantib. per no.in dictis locis. eadem ergo ratione idem in casu econuerso, vt.s. affirmantib. contra instrumentum magis credatur, quam coadiuuantib. etiam si coadiuuantes essent numero plures. Præterea cessantibus etiam pręmissis altera ex dictis mulieribus constante adhuc matrimonio agere non potest ad repetionem dotis, quia actio de dote regulariter non est nata matrimonio durante.l. in reb. §. oẽs. C.de iure dot.& ibi no. ꝑ gl.& in l.cum notissimi.§.illud.& ibi etiam no.C.de præscrip.30.vel 40.anno.& no. Bar.& Doc.cõmuniter in l.si constante.§.primo.solu. matri.cum concord.de quibus ibi, vbi etiam concluditur, quod morte soceri, qui erat obligatus ad dotem, contra eius hæredes non competit actio de dote, constante adhuc matrimonio, ergo nec etiam competere debet contra hæredes.d.Bernardini. Sed præmissis non obstantibus aliter puto concludendum, & quantum ad mulierem viduam agentem ad repetitionem dotis certum est, q̃d illi competit actio.l.2.in princ.sol.matr.& orta est etiam contra hæredes.d.Bernardini, qui potuit se obligare ad partem dotis cum fratre suo.l.fin.C.de do. cau.non nu.& per no.per Bar.& Doct.in l.si constante.§.quoties.sol.mat. Quod autem rei cõuenti sint pro parte hæredes.d.Bernardini, & ꝙ eius hæreditatem adiuerint, probatur ex confessione illorum, & quia egerũt & partẽ hæreditatis petierunt tanquam hæredes illius, ut no.in l.fi.de interrog.act.& l.pro hærede.§.Papinianus.de acqu.hęre.& quamuis ex transactione receperint certam quantitatem & se abstinuerint residuo, non tamen desierunt esse hæredes, quia qui semel est hæres, non potest amplius desinere esse hæres.leg.& si fine.§.sed quod Papinianus. de mino. & l. sicut. C. de repud. hære. & illa quantitas sibi assignata in transactione successit loco portionis hæreditarię illis debitæ, per not. per Bar.in l.1.§.quod habebat. de bono.posses.cõtratab.in 4.q.&

Bal.in l.pactum.C.de colla.& per hæc respondetur ad illud, qđ primo loco in contrarium allegatur. Ex his ergo omnib. sequitur, ꝙ rei conuenti tenentur ad partem dotis petitam, ꝙ est verum, etiam si esset per pactum conuentum, ꝙ onus istius dotis,& ęris alieni non pertineret ad illos, sed solum ad alios co-
3 hæredes. Quia per pactum † & transactionem dictorum hæredum præiudicari non potuit creditorib. quin possint agere cõtra omnes, nec cogi potuerunt, ut agant contra unum, vel aliquos tantum, ut est casus expressus & uulgaris in l. pacto successorum.C.de pac.& sic quantum ad dictam mulierem petentem dotem frustra quęritur, an inter cohæredes sit actum, ꝙ commodum & incommodum, & onus soluendi dotes pertineat tantum ad vnam partem, & non ad aliam, quia siue sit ita inter eos conuentum siue non, hoc creditoribus D.Bernar. nõ præiudicat, nec per hoc fit, quominus, agere possint, & debeãt contra omnes cohæredes. Propterea dicitur, ꝙ dicta conuentio, s. ꝙ commodum & incommodum pertineat ad prædictos non probatur per instrumentum, & hoc est certum. Nec etiã
4 per testes, quia ex quo fuerunt † recepti post publicationem processus, non faciunt fidem: secundum Io.An. & Ant. de But. in c.constitutus.de testib.Inn.in c.vltra tertiam, eo.ti.Abb.Im. & Mod.in c.fraternitatis.eo.ti.& Bal.in l.per hanc.C.de temp. appe.Bar.in auth.at qui semel.C.de proba.& Host.in summa, de testi.§.vtrum.uer.dicas,&c.& licet aliqui tenuerint contrarium: de quo per Ale.cons.84.4.vol.tamen præcedens opi.est magis communis, & in casu nřo cessat rõ, ꝑ quam mouet Alexa.pręcipue in d.consi.ex quo iudex declarauit, ꝙ testes nullã faciunt fidem, casu quo de iure non debuerint recipi. Et dato ẽt ꝙ post publicatum processum adhuc testes probarent, hoc tamen habet locum, qñ testificata non essent didicita uere vel præsumptiue sed ubi pars didicit testificata ẽt pręsumptiue, tũc non admittuntur ꝑꝑ timorem subornationis.d.auth.at qui semel.& ibi per omnes, & in c.fraternitatis.cum concor.de quib. in dictis locis.qui timor subornationis subest in casu nostro, ex quo aduocatus partis examinauit testes receptos ante pu-
5 blicationem processus, unde præsumitur, ꝙ † dicta illorum, de quib. habuit notitiam, retulerit parti, ut est expressum.in d. auth.at qui semel.ibi, nec percũctatus est testationes ipse, nec aliquis aduocatorum eius,&c.& ibi hoc etiam uult Bar. & idẽ dř in §.quia uero.in auth.de testib. Nec refert, ꝙ dicta iura loquantur, qñ aduocatus percunctatus est, id est qñ legit attestationes.quia eadem est rõ, qñ ipse examinauit, quia nõ minus tunc dř percunctatus. Et probatur clare etiam ex not.per Bar. d.auth.dum uult, ꝙ si pars fuit præsens examinationi testium, quòd post publicatum processum non possit super eisdem capitulis nouos testes producere propter timorem subornationis, & paria sunt, ꝙ pars fuerit præsens, uel quòd eius aduocatus audierit examinari testes, sicut paria sunt, quod pars percũctata sit dicta testium, vel eius aduocatus.d.auth.at qui semel. & d.§.quia uero, & nedum non probant prædicti testes rõne præmissa, sed etiam alii producti ante publicationem processus, quia quasi omnes attestantur, ꝙ fuerũt mediatores ad di-
6 ctam transactionem. Et mediator † non est testis idoneus, ut gl.in c.Romana.de testibus.in 6.& ꝓbatur ꝑ locum a speciali. & ibi no.gl.in c.1.eo.ti.& lib. Et idem tenet Bar.in l.omnibus. C.de testib.& latius in l.deferre.§.idem decreuerunt. de iure fisci.& Anto.de Bu. & Imo.in c.cum a nobis.de test.quod ẽt verum est.si nullum sentiat commodum, & hoc ꝓpter affectionem, quam præsumitur habere, ut illud, quod tractauit sortiatr̃ effectum, ſm Io.And.Ant.de But.& Im.in c.dilectorũ. de tes. cogen.qui dñt, ꝙ ẽt uolens non admittitur, nisi ab utraque parte producatur, & reprobant gl.in §.qm̃.in auth. de testi. idem etiam tenet Imo.in l.si cui legetur.§.si Titio.de leg.1.& in c.ex literis.de transac.post alios, & Alex.in consi.13.1.vol.col.ante pe.qui etiam dicit, hanc eẽ communem opi. Nec ob. dum dicebatur, quod isti fuerunt rogati & sic approbati, quia negatur, quod in hoc, quod in instrumento dř omissum, fuerint rogati sed tm̃ quo ad illud, de quo in instrõ constat de rogitu. Et qtũ ad adiuuandum instrumentũ non differunt instrumentarii ab aliis secundum Inn.& Doct.in c.cum Ioannes.& Sal.in d.l.in exercendis. Item nõ ob. ꝙ testes contrarii sint plures, quia, vt est dictum, illi qui fuerunt examinati post publicatum processum, nihil probant. Et perinde est, ac si examinati non fuissent, atque etiam alij tanquam mediatores dẽt repelli, & ꝓñr
7 adiuuantes instřm sunt præferendi. Nec obs. ꝙ † isti qui sunt pro instrumento, deponãt sup negatiua, & alij super affirmatiua, quia immo isto casu testib. negantib. creditur, & dictum eorum alijs præfertur, non minus quã si deponerent super affirmatiua, quia remouent actũ a sensu, dicentes non solum non scire, sed ẽt scire, ꝙ hoc est, ſm Bar.in d.§.si plures.& Bal. in c. ecclesia Sutrina.de causa pos.& proprie.qui dicunt contrarium procedere, qñ negatiua non est æque probabilis sicut affirmatiua. Et ꝙ in casu nostro super negatiua testes ꝑdicti cõcludũt, cõstat, qa dñt, ꝙ nihil dictum fuit de commodo uel incommodo tempore celebrati instrumenti, & ꝙ hoc dici non potuisset, quin audiuissent, ut no.gl.in auth.de hære.& falci.§.si vero absint.& no.Dy.Bar.& Ang.in l.1.§.1.de itinere, actuq. priua. & Io.And.in c.bonæ.de elec.& Bal.in l.actor.C.de prob. Vltimo nõ ob. ꝙ illa mulier, quæ est nupta, non potuerit agere ad dotem cõstãte matrimonio, quia actio nõ est nata, quia saltem eius socer, si aliud nõ obstet, illã poterit petere a suis cohæredibus quia pater dotẽ filij, qñ diuidit cũ suis cohřdib. dẽt percipere, & ab illis eam consequi, quia ibi dẽt esse dos ubi sunt onera matrimonij, vt est casum in l.si filia.§.hoc amplius.uer.nec solum vxoris,& c.ff.fam.ercis. Et ita in primis concludendum puto, uti colligitur ex rationib. prædictis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Aedificium solo cedit, sed uide nu. 4.*
2 *Aedificans bona fide in re aliena, qui titulum habet ædificium tollere potest. sed uide nu. 5.*
5 *Aedificãs in solo publico nemine contradicente debet soluere salarium; nec cogitur deponere ædificiũ, si publico usui nõ obsit.*
6 *Aedificij facti in solo alieno æstimatio quando debet solui, quod tempus inspiciatur, quo ædificatum est, an præsens.*
7 *Aedificans in re aliena debet compensare fructus cum expẽsis.*

CONSILIVM CLXV.

1 AEDIFICIVM, de † quo agit, vř solo cessisse. l.2.C.de rei vend.§.ex diuerso, inst. de rer.diui.l. obligationum fere.§.placet.de act.& obl.l.fin.de superfi.& l.qui dominum.ad leg.Aquil.& iõ si solũ erat illorũ de Maluitijs, ædificium est eis acqsitũ. Si uero solũ erat publicum, reipublicæ fuit ædificium acqsitum, & deinde per dationem in solutũ in prædictos de Maluitijs translatũ, & vbi ẽt ædificãs expẽsas deducere posset, vř tñ, ꝙ cũ eis debeant cõpensari fructus interim ꝑcepti.l.si emptor. in prin.& l.sumptus. de rei vẽdic. vel ꝙ solũ ꝑmissũ sit sibi ædificiũ tollere, & ꝙ expẽsas nõ possit deducere.l.senatus.§. Marcellus.de le.1.vbi dř, ꝙ si maritus in hortis uxoris ædificauit, ꝙ
2 tpe restitutionis põt ędificiũ detrahere, per quẽ † tex.dicit ibi Alex. ꝙ quilibet habens titulum in re aliena, & in ea ædificans bona fide põt ædificium tollere, qa hoc fit ex causa necessaria, nec illud perdit, qa hoc non facit gratia donandi.& pro hoc ẽt allegat.c.1.§.si clientulus.in ti.hic finitur lex Conra.& l.sed addes.§.si inquilinus.ff.loc. & l.si aliena. alius incipit Iulianus.de rei vẽd.& iõ quamuis ẽt ędificans habuisset titulum in hoc loco alieno, nihilo minus sibi non cõpetit retentio, donec sibi satisfiat, sed si qđ remedium sibi datur, cõsistit in ablatione, & detractione ædificij, si mõ fieri põt sine dãno dñi.d. §. Marcellus. Sed tñ præmissis non obstantib. contrariũ de iure puto verius. Nã bona dictorũ de Maluitijs fuerũt publicata, & antequã ad patriã & ad bona essent restituti, ædificiũ hoc fuit factum. Si er-
3 go solũ tunc erat publicũ † mediante dicta cõfiscatione, & isto casu quia fuit in eo ædificatum nemine contradicente, non debuit deponi, si publico usui non obst. Sed debuit uectigal imponi, quod solarium appellatur, eo quod pro solo imponitur, ut est casus in l. 2.§. si quis nemine. ne quid in loco pub. & sic patet, quod dicto casu ædificans non priuatur ex toto dicto ædificio, nec eius commodo, sed solum ei debet iniungi pensio. Quamuis igitur dicti de Maluitijs sint restituti ad bona, non tamen debent lucrari ex tali restitutione cum damno, & iniuria alterius.d.l.2.§. merito.& §. si quis a princi. & consequenter ædificans non dẽt priuari ædificio ex tali restitutione, nec cogi debet ad destructionem illius, ne vrbs deformet̃ ruinis. d.

§.si

1 ergo † posita inter duas orationes perfectas non inducit repetitionē præcedentis capituli,quia stat continuatiuè. l. qui fundū.de contrahen.emp.& no.Bar.in l.Seiæ.§.Caio.de fun.instr. & in l.in repetēdis.de le.3.vbi idē dicit de actione, item,quāuis aliud dici posset,qn̄ plura ponerentur in eadem oratione, & regerentur ab eodem uerbo,quia tūc pœna posset referri ad omnia.l.quisquis.C.si cer.per.Et ita intelligitur, quod ibi not.Bal. p illū tex.Et facit,quod no.Bar.in l.doli.in prin. ff.de seruo corrup. Nec similiter pœna apposita in vltimo capitulo potest ad dictum præcedens capitulū referri,quia venit ad determinationē illius vltimi c.& non est per se posita,nec p se stat, ideo ad illud tm̄ refertur,l.fi.de reb.dub.& ibi declarat Barto.& Bald. in pulchra quæstione,in l.1.C.de leg.hære. Sed præmissis nō obstantib.contrariam suam de iure arbitror veriorē. Nam clarū est,ꝙ in primo capitulo dicitur inserta pœna ducatorum quingentorum pp illa verba,sub pœnis infrascriptis,quę operātur, ut in hoc primo capitulo dicatur de dicta pœna,quæ in ultimo capitulo exprimit,noīatim facta mentio, ſm Bar.in l.qui liberis.§.hæc verba.in fin.de vulg.& pup.ubi notanter loquitur,& cum eo transeunt alij, & p eū in cons.7. incipiente, Andræas Martini,&c.& per Ale.in l.fi.C.de hæred.inst. Nec dici pōt ꝙ fiat relatio solū ad pœnā annullationis actus, de qua in ꝓximo seq.c.qa esto,ꝙ ēt dicta annullatio eēt ꝓpriè pœna, de quo tn̄ p Bar.& Doc.in l.ptor. in prin. de ope.no.nun. & per Mod.in l.turpia.de leg.1. tn̄ in illa duntaxat adimpleri,& uerificari non potest ille numerus pluralis.l.fi.& ibi etiā per Bar.in qōne for-
2 mata per eū.ff.ad Trebellia.Et † qa cum sit sermo indefinitus, æquipollet uniuersali. l.si pluribus. in princ. & ibi plenè no. de lega.2.& in c.vt circa. de elect. in 6. Cum ergo post illud capitulum primum sequatur,& similiter quo ad sindicatum,&c.dico ꝙ inducitur repetitio pœnæ, & cuiuslibet alterius qualitatis appositæ in præcedenti capitu.& hoc uirtute illius uerbi,similiter,per quod inducitur similitudo inter primum casum, & sequentem, ideo intelligitur inducta similitudo omnimoda, & quo ad oīa.Et per ꝯns,ꝙ prohibitio sequentis capituli dicat̄ facta cum eisdem pœnis, & qualitatib.cum qb. pcedens facta reperitur,ut probatur ex no.per Bar.in extrauagā. ad reprimē-
3 dum.in uers.perinde.vbi dicit,ꝙ dictio,pinde, inducit † similitudinē p oīa,s.quo ad modū, quo ad tps & quo ad certas qualitates.Et idē,ſm Bar.in cæteris aduerbiis, & nominib.significantib.similitudinem,l.a filio.§.testator.de alim.& cib.lega.licet qnq; sit secus gr̄a contrarietatis euitandæ, p notata in l. sa-
4 crilegii. C.ad legem Iul. † Ergo illud aduerbium similiter, cāt similitudinē quo ad pœnā,& facit tex.in §. similiter.inst.de exc. & in l.prout quisq;.de sol.iuncta gl.in uerbo.æque. quæ exponit, id est,similiter.Idem clare probatur ex no.p Bar.in l.1.ff. de

de receptato.ubi cõcludit,ꝙ si ex forma statuti punitur ille,q fugit añ familiam,perinde ac si inuentus fuisset cum armis, & pro armis delatis de nocte pœna duplicatur, ꝙ etiam duplicabitũ contra fugiẽtẽ de nocte.Quia dictio,perinde, similitudinaria referẽ ẽt ad qualitatẽ pœnę, alle.d.l.a filio.§.pen. Nec ob. ille tex.in d.l. 1.qui vr̃ facere in cõtrariũ,quia ibi non refertur ad qualitatẽ gratia euitãdæ contrarietatis . Idẽ est ergo de hoc aduerbio,similiter.Et prædicta cõfirmantur. Nã ꝑ hoc aduerbiũ,similiter,vel aliud simile verbum,importans similitudinẽ, habetur respectus ad id,qđ fuit prius dispositũ, seu declarat, ꝙ sequẽs dispositio inducitur ꝑ respectũ ad ꝓcedentem,vel ꝑ
5 huiusmodi verbũ fit relatio ad præcedentẽtia.Quia † al's similitudo esse nõ posset,q̃ requirit plura,& diuersa subiecta.l.qđ Nerua.ff. depos. ꝓpea utroq; casu inducitur repetitio oĩum qualitatũ,ẜm Bar.in l.sãctio legũ.in pe.col.ff.de pœn. vbi ꝓ primo allegat.l.1.& 2.cum gl.ff.si fami.fur. fecis.dicatur.& ꝓ scđo tex.in d.l.a filio.§.testator . Et idem per eandẽ legem dicit Bar.in l.si quis seruũ.§ fi.de l.2. Et iõ cũ Bar. alleget ẽt illã legẽ in d.ver.perinde,& d.l. 1.de receptator.ubi loquit̃ de uerbo importãte similitudinẽ,oñditur,ꝙ ẽt habetur relatio ꝑ tale verbũ ad ꝓcedẽtia,vel ꝙ in sequẽtib. disponitur ꝑ respectũ ad ea,q̃ ꝓcedunt.Tertio istud cõfirmatur ex notatis per Cum. Imo.Pa.de Ca.Ale.& Are.in l.si cui.§.filio.de.l.1.vbi cõcludũt ꝙ si accusatus,ꝙ carnaliter cognouit Bertã uxorẽ Titii,& interrogatus confiteatur cognouisse Bertam carnaliter, ꝙ intel
6 ligitur ẽt confessus qualitatẽ,s.ꝙ uxor Titij,†quia respõsio habet tacitẽ relationẽ ad interrogationẽ.§.præterea.ins.de inuti. stip.Idcirco vr̃ cõfiteri factum cum qualibet eius qualitate,allegat Pa.de Cast.ẽt dictã l.a filio.§.testator.de alim.& ciba.legatis.& notatur per Bar.in d.l.1.de recepta.& in l.1. in fi.si fa. fur.fec.dica.& Ale.allegat no.per Bar.in dicta.l.si q̃s seruum. §.fi.de lega.2.& ibi respõdet ad quędã,q̃ possent adduci in cõtrarium,& maxime ad dictã.l.fin.§.Titia.cũ ibi notatis ꝑ Bar. de libe.leg. Et eandem opinionem sequitur Benedict.de Plũbin.in l.fi.de fideicommis.lib. & Bart.in consilio incipien.Statuto ciuitatis Florentiæ.per dictum.§.pręterea,& per le. si defensor,qui interrogatus.de interroga.actio.& per Bal.in le.1. in pen.col.C.de ędilici.actio.quamuis Bart.in d.§.a filio.aliter dicat & malẽ. Quarto comprobantur etiam præmissa, per no.per Anto.de Butr.in cap.1.de pactis. ubi per illum text. dicit,ꝙ si fuerint duæ dispositiones, & una habeat dependentiã ab alia,respondens principali affirmando, uidetur etiam accessoriæ respondisse affirmando.Et sic isto casu non procedit regula,de qua in c.nonne.de præsumptionib. & per hoc infert, ꝙ si quis interrogetur,an promittat centum sub pœna mille , & simpliciter promittat centũ,ꝙ uidetur ẽt promisisse pęnã. Hoc aũt procedit,quia rñsio , vt dixi, habet relationem tacite ad interrogationem. Et quãuis Imo.in c.1.teneat cõtra D.An
7 to.quasi ꝙ uideatur se restrinxisse ad id,quod † cõtinetur ĩ rñsione,rñdendo determinate,ideo non dẽt fieri extẽsio.l.quicquid astringẽdæ.de ver.ob.Tñ verius est,quod dicit D.Ant.cuius dictum probatur ex notatis ꝑ Doct.in d.§. a filio.de quib. ꝓdicti non faciunt mentionẽ.Nam & in casu,de quo ibi rñsio fuit determinata ad factum principale , & tñ uidetur ẽt fateri qualitatem annexam,& accessoriam. Et ex ibi dictis apparet, ꝙ responsio Imolæ ad.d.§.præterea.non procedit,dum dicit, ꝙ ille tex.loquitur,qñ rñsio fuit simplex,quia, secũdũ Doctores in d.§.a filio,procedit etiã,quando fuit determinatus ad factum principale,quia ad accessoria trahitur.Nec obst.d.l.quicquid astringendæ.quia,ut dixi,responsio tacite refertur ad interrogationem.Ideo,illa extenditur ad circunstãtias.l.triticũ , de uerborum obligatio.& no.Bar.in d.le.quicquid,& pro D. Ant.adhuc facit,qđ uult gl.fi.in c.postulasti.de rescriptis. quæ probat,ẜm ꝙ eam declarat ẽt ibi Ant.ꝙ ubi unum principaliter subiicitur,& aliud incidenter,per rñsionem ad id,qđ principaliter,non uidetur negari,quod venit incidenter.Nec etiã isto casu locum habet dictum.c. nonne. secundum glossam & D.Ant.Cum ergo aduerbium illud.similiter,habeat in se relationem ad pręcedentia,quia similitudo est circa diuersa,& nõ circa idem.l.quod Nerua.ff.deposi.necessario dicendum est,ꝙ in capitulo sequenti intelligatur repetita pœna,de qua in præcedenti. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione reali dominium probare debet.*
2 *Ex constitutione pignoris iudicialis quis non efficitur dominus.*
3 *Ex datione in solutum an dominium transferatur.*
4 *Emendo quis ex pecunia aliena, quando dominium acquiratur ei, uel alteri, uel præsumatur nomine alieno.*
5 *Ex non numeratione simulatio præsumitur.*
6 *Ex actu sequenti declaratur actus præcedens.*
7 *In dubio ea facienda est interpretatio, ut pœnæ commissio euitetur.*
8 *Ex ficto titulo,& traditione dominiũm transfertur.*
9 *Possessio acquiritur alicui, ingrediendo nomine suo possessionẽ.*
10 *Sine noua traditione transfertur dominium ex titulo habili in eum, qui prius rem tenebat.*
11 *Incertitudo an sicut impedit possessionem, ita impediat dominium.*
12 *Audiri non debet, qui allegat obtinuisse sententiam iniquam, quia allegat turpitudinem suam.*
13 *Error iuris non excusat.*

CONSILIVM CLXX.

EX his,quæ proponũtur prima facie dicendũ vr̃,ꝙ per vltimũ iudicẽ sit iustẽ & rectẽ ꝓnũciatũ. Nã
1 † actor agit actiõe reali,unde ex parte eius debuit probari dñiũ,uel quasi,l.1.C.de alie.iud.mu.cau. fac.Et per no.in l.cũ res.C.de proba.de quo dñio actoris,uel quasi,non vr̃ constare.Nam Petrus Paulus, cui de
2 creta fuit tenuta pro executione sñiæ arbitri, † non fuit ex hoc factus dñs,sed solum pignus iudiciale fuit constitutũ. l.1. & 2. C.si in cau.iud. Nec ex datione in solutum potuit eidem quæri dñium,quia sibi non fuit res vendita,nec in solutum data,sed alteri,idẽ Dominico Moscardino,qui actor in hac causa fuit,præcedente subhastatione uendita. Et quãuis post dictam venditionem prædictus Dominicus acceperit possessionem nomine dicti Petri Pauli , tamen nec sibi Dominico quæri potuit possessio , quia noluit. Et ꝯñr nec dñiũ quærere potuit ex solo titulo emptionis prædictæ.l.traditionib. C. de pactis. & d.l.cũ res.cũ ibi no.C.de proba.Nec ẽt q̃sita fuit possessio dicto Petro Paulo,quia ab eo dictus Dominicus ad hoc mandatum nõ habuit, nec dictus Petrus Paulus apprehensionem possessionis nomine suo factam ratam habuit.l.si cõis seruus. §.fi.de acqui.pos.& ibi no. & faciunt not. in l.si ego. de neg.gest.qui etiam non intelligitur tacitẽ ratum habuisse ex eo , ꝙ dicatur Petrum Paulum postmodum hortum possedisse, quia non constat , ꝙ Petrus Paulus habuerit notitiam & scientiam de apprehensione possessionis factæ per Dñicum noĩe suo, & ignorantia facti alieni,ẽt in procuratore præsumitur. l.fi.pro suo.no. & gl.in l.si res obligata . de leg. 1. si ergo non habuit Petrus Paulus notitiam de dicto actu,nõ põt pręsumi ratihabitio, ẜm Spec.de emptio.& uend.§.3.ver.si vero,& Pa.de Ca.cõs.350.inci.De pñti casu,&c.Et q̃uis ẽt dicto Petro Paulo fuisset quæsita possessio tñ ei dñiũ,vel quasi nõ potuisset quæri,ex quo titulum non habuit,q.a,ut dixi,ipse non emit,sed Dominicus nomine ꝓprio. l.nunquã nuda.de acqu.rer.domi.& no.in d.l.cum res. & in.§. aliæ.inst.de act.& quamuis etiam resoluta sit vẽditio facta Dominico,ex eo,quia preciũ nõ soluit intra terminũ statuti, quo casu statutum vult,ꝙ intelligatur vẽditio facta creditori,nõ tñ fuit Petro Paulo quæsitũ dñiũ ex illa sola ficta uenditione,siue traditione,qm̃,ut dixi, apprehẽsio eius noĩe facta ꝑ Dñicũ nihil in ꝓposito operatur,ex quo non ꝓcesſit mãdatũ,nec est secuta ratihabitio Petri Pauli,qui nedũ non habuit ratũ,sed etiã expſse cõtradixit,renũciãdo oĩb.gestis ꝑ eũ cõtra Beneuenutũ & cõfitendo se iniuste sententiã obtinuisse cõtra eũ,q̃ cõfessio sibi ꝓiudicat,per no.ꝑ Inn.in c.quia pleriq.de immu.eccle. qui vult,ꝙ si quis confiteatur aliquid consecutum per sententiam iniustam,ꝙ poterit compelli per iudicem ad illud restituendũ, sequitur Bal. in auth.ad hæc.C.de usu. Bald.& Imo. in l.si quis hæres instituatur.de hær.inst. & Alex.in l.si seruus plurium. in prin.de leg.1. Ex præmissis ergo sequitur, ꝙ licet postmodum in alio iudicio Dominicus egẽrit contra Petrum Paulum ad certam quantitatem , & in executione sententiæ cõtra eũ latæ

pro rata fuerit dicto Dominico in solutū data petia horti, de qua agitur, ꝙ dicto Dominico ēt ex hac adiudicatione nō fuit quæsitum dn̄ium, vel quasi. Quia ex his, quæ acta sunt contra dictū Beneuenutum eius debitorē & dn̄m dicti horti, nō fuit dn̄ium trāslatū ī dictū Petrum Paulū, ut colligitur ex p̄missis. Et ideo in dictū Dn̄icum habentē causam a dicto Petro Paulo
3 †mediante dicta datione in solutum, non potuit transferre dominium. l. traditio. de acq. rerum dom. Et alia etiam rōne, & sic de dn̄io Petri Pauli appareret, videlicet quia post dictam in solutum dationem dictus Dominicus non fuit missus in possessionem, sine quo dominium, ēt præcedente titulo, non potuit acquiri. l. cum res. Nec sufficit, ꝙ ante dictam in solutum dationem dictus Dominicus acceperit tenutam, uel nuncius ꝓ eo, quia ad acquisitionem dominij non sufficit, ꝙ quis ex primo decreto fuerit missus in possessionē, sed est necessaria noua immissio, qn̄ concessum fuit ſm decretum, ſm gl. in §. fi. insti. de off. iud. & ubi ēt illa prima immissio sufficeret, tn̄ in casu nostro nihil operatur, qm̄ tenuta fuit accepta pro quantitate librarum. 65. Quia ergo fuit incerta rōne loci, & quotæ, nō pt operari translationem dn̄ij, ſm Bar. & Doc. in l. 3. incertæ. de acq. pos. & Ang. in l. locus. eo. ti. Sed his non obstantib. contrarium iudicio meo est omnino dicendum. Nam, ut proponitur in facto, Petrus Paulus pro executione laudi contra Beneuenutū missus fuit in tenutam petię horti dicti debitoris condēnati, & demum facta subhastatione fuit uendita dicto Dominico Moschardino tanquam plus offerenti. Et præcisè pro illa quantitate, in qua dictus Beneuenutus fuit condēmatus, ac postmodum ad instantiam procuratoris Petri Pauli fuit inductus dictus Dominicus in possessionē noīe dicti Petri Pauli dicti horti. Reb. igitur sic stātib. dr̄ primo ꝙ do. Petrus Paulus creditor præsumitur emisse dictam petiā hortiuam per mediā & suppositam personam dicti Domini, quāuis ex instrō apparcat, ꝙ d. Dn̄icus emit noīe ꝓprio, ꝑ tex. vbi est casus, in l. multum. C. si quis alteri uel sibi, ubi q̄ritur, quid si reperitur in in-
4 strumento † ꝙ uxor emit de pecunia mariti, an dn̄ium q̄ratur, sibi, uel marito? Et r̄ndetur, ꝙ aut vxor emit reuera pro se, pro ut in dubio p̄sumitur, ex quo eius nomē reperit descriptū ī instrumēto, & dominiū quærit vxori, sed si ex cōiectura apparet ꝙ maritus emit pro se, & ꝑ interpositam personam uxoris, faciendo apponi fictiuè & simulatè nomen uxoris in instrumento, & tūc dominiū quærit marito, nec curatur, ꝙ appareat ex instrumēto, ꝙ uxor emerit. & cōiecturæ ſm Bal. possunt colligi a priori, a posteriori. & ab utroq; simul iuncto. A priori, qn̄ cōstat ꝑ probationes ita fuisse actum & conclusum inter uirū & vēditorē. Et istud ēt concedit Bar. ibi. A posteriori, qn̄ post cōtractū vxor hoc fatetur agnoscendo bonā fidē. Et ab vtroq; simul, qn̄ probatur, ꝙ uir numerauit p̄ciū, licet nomen uxoris tm̄ esset descriptum in instrumento, & possessio fuit tradita uiro, & ipse fructus percepit, & aliàs cōmoditates rei solus habuit quæ cōiecturæ non minus efficaces cōcurrunt in casu nostro. Nā in primis tenuta ex primo decreto fuit concessa Petro Paulo, & Dominicus, cuius nomen tanquam emptoris describitur in instrumento, p̄cium nunquā soluit, sed emisse reperitur pro quātitate, quæ p̄cisè debebatur Petro Paulo creditori, & sic constat in effectu, ꝙ ex pecunia Petri Pauli, vel sibi debita emptio facta fuit, qui Dominicus accipiendo possessionem noīe Petri Pauli tacite videtur fateri, p̄cedētia eius noīe fuisse gesta, qm̄ si secundum ueritatem eius nomine emisset, uerisimiliter alieno nomine, hoc est Petri Pauli, possessionem ingressus non fuisset, sed nomine proprio accepisset, arg. l. cum de indebito, de prob. & tanto magis hoc procedit, si apparere possit, ꝙ Petrus Paulus fructus perceperit, & solus per aliquod tēpus commodum habuit, unde saltem ex vtroq; simul iuncto probatur fictio & simulatio. Et ꝙ Dominicus non emerit nomine proprio, sed nomine Petri Pauli, sicut in casu Bal. in d. l. multum. cum quo transit Saly. & Pa. de Cast. Et quamuis hoc casu non appareat, ꝙ Petrus Paulus precium numerauit, sicut in casu Bal. aliud tamen æquipollens interuenit, quoniam, vt dixi, Dominicus, cuius nomen in instrumento describitur, aliquod precium nunquam soluit, ꝙ emisse reperitur pro quantitate, quæ præcisè debebatur Petro Paulo, & ex cuius quan-
5 titatis identitate iuncto alio, scilicet † quod alia non fuerit facta numeratio per ipsum Dominicum, est præsumenda simulatio, argument. notab. per Bartol. in leg. cum certum. de adimend. legat. quinimmo facilius debet oriri dicta præsumptio, quam in casu Bald. quia ipse loquitur, quando traditio facta fuit marito ex quo uxor, quæ emisse reperitur, nec tacite, nec expresè fateri videtur se emisse pro marito, & ad illius instantiam. Sed isto casu Dominicus, qui emit nomine Petri Pauli, & ad instantiam sui procuratoris missus fuit in possessionem, unde ex his tacite uidetur fateri, ꝙ re uera pro se non emit, sed pro Petro Paulo, & de eius uoluntate & mandato, quę sola cōfessio, secundum Bald. sufficit ad probandum simulationem, vel saltem ex omnibus his simul iunctis, scilicet ꝙ Dominicus precium non soluit, & quod emerit pro quantitate precisè debita Petro Paulo, & quod nomine Petri Pauli ingressus sit possessionem, & ad instantiam procuratoris sui, ex quo actu Dominici resultat tacita cōfessio eiusdem, ꝙ fuerit ad omnia interpositus a dicto Petro Paulo, & absque dubio debet præsumi simulatio & fictio, & ꝙ dictus Petrus Paulus interposuerit Dn̄icum ad emendū, & ꝙ emerit per illum, per d. l. multū. cum ibi no. per Bal. Sal. & Pau. de Ca. ēt si non appareret, ꝙ Petrus Paulus fructus percepisset, quia quāuis istud ponderetur per prædictos, tn̄ loquuntur, qn̄ facta fuit traditio marito simpliciter & directo. Sed isto casu facta fuit Dominico recipienti noīe Petri Pauli, & ad instantiam sui procuratoris, qđ est plus. Quia Dominicus sic recipiendo, vr̄ tacitè fateri, ut dixi, ꝙ etiā
6 emerit nomine Petri Pauli, & quia † ex hoc actu sequenti declaratur actus præcedens, arg. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiab. in prin. de leg. 1. quæ omnia cessant in casu Bal. Accedit ēt, quia taxa producta per partē aduersam apparet, ꝙ Petrus Paulus soluit expensam pro subhastatione, & venditione, unde ex hoc etiā oritur cōiectura, ꝙ ipse emerit per alium, & alia etiam coniectura oritur ex quodam libro producto, &c. Et prædicta adhuc confirmantur. Nam ubi Dominicus nomine proprio emisset ex forma statuti incidisset in pœnam, ex quo preciū non
7 soluit intra terminū præfixum a statuto Ripę. † In dubio ergo. facienda est interpretatio, qua mediante euitetur pœnæ cōmissio. l. præses. & l. si de interpretatione. de pœnis. & sic præsumēdū est, ꝙ nomine Petri Pauli, & de ei⁹ mandato emerit. & hinc est, ꝙ in dubio præsumitur facta solutio potius pro obligatione pœnali, quā pro alia. & sic fit interpretatio, per quā euitet pœna, ut declarat Bar. in l. cū plurib. de solu. Secundo principaliter cōstat de dn̄io Petri Pauli. Nā constat ꝑ statutū Ripæ, ꝙ si ille q. emit ad hastā, preciū nō soluerit intra 15. dies, ꝙ cadat ab omni iure suo, & ꝙ in pœnā incidat, ac etiā ꝙ emptio intelligatur facta a creditore, & ꝙ ille habeatur ꝓ emptore, ex quo ergo Dn̄icus intra dictum terminum non soluit precium, emptio ipsa hr̄ ex dispositione statuti pro facta ab ipso Petro Paulo creditore, & sic ille dicitur habuisse fictum titulū in ipso hor
8 to. † ex quo ficto titulo, & vera traditione transfertur dn̄ium, sicut ex vero titulo, & traditione vera, ſm Bart. & Doc. in l. si rē aliquam. de acq. poss. de qua vera traditione facta Petro Paulo ēt constat ex processu. Qm̄, ut ex illo apparet, fuit missus in possessionem ex primo decreto ante uenditionem. Et hoc sufficit ad translationē dn̄ij, superueniente postmodū titulo habili ad hoc. l. qua rōne. §. interdū. de acq. re. do. & inst. de rer. diui. §. interdū. Et dicetur ēt inferius allegādo Bar. in l. si finita. §. Julian. de dam. infec. unde siue dicamus præsumi simulationē, & ꝙ Petrus Paulus emit per interpositam personam Dn̄ici, nō fuit necessaria ratihabitio apprehensionis possessionis factæ per Dominicum nomine Petri Pauli. Quia cum præsumatur interpositus Dominicus per illum ad emendū, per ꝯn̄s ēt præsumitur, ꝙ hoc fecerit de mandato Petri Pauli, & ꝙ mandatū censetur ēt habuisse ad accipiendum tenutam per ea, quæ dicentur statim. Et multo minus fuit necessaria ratihabitio, si dicatur, quòd Petrus Paulus ex proprio ficto titulo, qui resultat ex statuto, & ex præcedenti traditione ei facta, factus fuit dominus. Quia ergo Petrus Paulus præsumitur emisse per interpositam personam ab eo, & sic per procuratorem constitutum ad emēdum, ut est dictum, intelligitur etiam dictus procurator, s. Dominicus habuisse mādatum ad recipiendū traditionem, & ad ingrediendū possessionem, ex quo dicta traditio venit accessoriè ad dictum contractum. Et est sequela illius, ut probatur in l. cuiuscunq;. §. non tantum de instito. quem tex. ad hoc ēt alleg. Aret. in l. Gal-
9 lus. §. & quid si tātum. de lib. & posth. † Et quia est ēt ingressus dictus

dictus Dñicus nomine Petri Pauli possessionem, q̃sita fuit po sessio eidem d.l.1.§. per procuratorem. & consequenter dñiũ, vel quasi.d.l.cum res.cum ibi no. Postquam ergo constat ex p̃missis, ꝙ dominium fuit quæsitum Petro Paulo, ex his sequit, ꝙ etiam postmodum translatum fuit pro mensura debiti in dictum Dominicum, cum facta fuit adiudicatio, & in solutum datio in executione sententiæ latæ contra ipsum Petrum Paulum.l.pen.C.de euictio. Nec obstat, ꝙ post dictam dationem in solutum non fuit sequuta traditio, quia immissio præcedens primo decreto sufficit, nec est necessaria noua immissio quando secundum decretum interponitur, secũdum Bar. post Dyn.in l.si finita.§.Iulianus.de dam.infec.ver.quæro iux.illud &c.quia factum iudicis & partis æquiparãtur.l.si ob causam,
10 C. de euic. & C.si in cau. iudic.l.1. † sed sine noua traditione transfertur dominium ex titulo habili in eum qui prius rem tenebat.l.qua ratione.§.interdum, de acq.rerum dom. & inst. de rer.diui.§.interdum.ergo & isto casu, & ad gl.in §.fi.inst.de of.iud.rñdent, ꝙ procedit, quando antea quis non erat in possessione. Et pro hoc Bar. ẽt alle.l.quamuis, iuncta.l.si proprietarius.& l.prætor.§.eum qui.eo.ti. Nec etiam ob. ꝙ immissio sit incerta rõne loci & quotæ, per no. per Bar.in l.3.§.incertæ.de
11 acq.poss.† quia licet talis incertitudo impediat acquisitionem possessionis, non tamen impeditur acquisitio dominii.l. q̃ de tota.§.incertę.de rei uendi.prout etiam Soc. in d.§.incertę.& ad cuius acquisitionem translatio possessionis non est necessaria, sed simplex ingressus sufficit.l.si fundum.de fund. dota.vel forte propter dictam incertitudinem detentio, quæ ex primo decreto quæritur, & non possessio.datur.non impeditur. qđ patet, quia hodiè fit pro mensura debiti, & sic pro parte incerta rõne loci & quotæ, ut in auth.ei qui.C.de bo.autho.iud.po. & in §.si uero.in auth.de exhiben.re.& not.gl.& omnes, in d.l. si finita.§. Iulianus; quæ detentio; & etiam sine ea simpliciter ingressus sufficit ad acquisitionem dominii absq; translatione possessionis.l.si fundum.de fundo dot.& no.glo.& Doc.in in l.j.§.item acquirimus.vers.sed & per eum. de acq. poss. Vel tertio dici põt ꝙ intelligatur concessa quota pars rei pro mensura debiti, & ꝙ quota illa dicatur certa per relationem ad debitum. Et licet ab initio apud nos quota sit incerta, apud tamẽ legem certa est, per ea quæ hñr in l.cum quidam.§.quod dr̃.de acq.hær. Et hoc sufficit, vt etiam præsupponit Soc.in d.§.incertæ. Et per prædicta colligitur rñsio clara ad omnia, quæ allegãtur in contrarium. Nam dum primo dr̃, ꝙ uenditio fuit facta Dominico, & non Petro Paulo, rñdetur, ꝙ Dñicus iuris præsumptione emit nomine Petri Pauli, & de eius mandato. Et ꝙ uirtute dicti taciti mandati potuit ei res tradi, ꝑut illi fuit tradita recipienti nomine dicti Petri Pauli. Et propterea, ex quo de mandato constat præsumptiue ad emendum, & ad recipiẽdum traditionem, quæsitum fuit dominium dicto Petro Paulo, nec fuit necessaria aliqua ratihabitio. Et etiam ex alio constat, ꝙ dominium fuit quæsitum Petro Paulo, quia ut dixi, statutum uult, ꝙ non soluto precio per emptorem intra certum terminum, ille cadat a iure suo, & ꝙ uenditio habeatur pro facta ab ipso creditore. Si ergo fingitur creditor emisse ex hoc ficto titulo, uera tradõne ei prius facta, quando fuit missus in possessionem ex primo decreto, dominium fuit translatum ꝓm Bar.& Doc.in l.si rem aliquam.de acq.pos.per l.1.de cõd. indeb.& l.cuius per errorem.de reg.iur.quæ præcedens immissio ex primo decreto sufficit absq; noua traditione tpe secũdi decreti, ut dixi.per consequens ẽt, ut dictum est, in Dñicũ potuit transferri dñium ex adiudicatione ei in solutum facta contra dictũ Petrũ Paulum, ut dictum est supra proxime. Nec ẽt obstat, ꝙ Petrus Paulus confessus sit, ꝙ iniuste obtinuerit cõtra Beneuentum, & ꝙ dationi in solutum renunciauerit, &c. Quia quamuis in præiudicium ipsius Petri Pauli confessioni esset standum, per no. per Inn.in c.qa pleriq;, de immu.eccl.tñ in præiudicium Dominici, cui prius erat quæsitũ dñium, nihil
12 opat talis confessio † nec quantum ad p̃iudicium tertii dẽt audiri ille, qui dicit obtinuisse sñiam iniquam, quia allegat turpitudinem suam, ꝓm gl.quam no.Dy.Bal.& alii, in l.si seruus plu riũ.in prin.de leg.1.& idem tenet gl.in l.stipulatio ista §.1.de ver.ob.in uers.successores, & Bar.in §.si quis forte.in ea.l.& q̃uis, ꝓm Ale.in d.l.si seruus.gl. debeat intelligi, ut quis non audiatur ad commodum sui, idem tamen est quantum ad præiudicium tertij, quia ius suum non potest ab eo auferri sine facto suo.l.id ꝙ nostrum.de reg.iu. Et istud est ẽt de mente Ale. in d.l.si seruus. dum concedit, ꝙ solum noceat confitenti, per no.per Inn.in d.c.quia pleriq. Et istud apertissimè confirmat. Nam confessio uoluntaria, & extraiudicialis authoris, i. Petri Pauli non nocet successori, id est Dominico, qui habet causã a Petro Paulo, ꝓm Io.An.in addi.Spec.in tit.de confessis.§.nũc videndum.ver.quid si confiteor, &c.Petr.& Cy.in l.1.C.de cõfes.in 7.q.& Ant.de But.in c.cum super.de re iudi. Per prædicta etiam patet, ꝙ non obst. exceptio præscriptionis, quia Beneuentus fuit in mala fide, ex quo sciuit, vel scire debuit domi-
13 nium esse translatum in Petrum Paulum.† Nec error iuris excusat.l.nunquam.in prin.de vsuc.quia licet faciat malam fidem abesse, non tamen inducit bonam fidem, quæ requiritur positiue in tali præscriptione, vt declarat Bar.in l.sed si lege.§.scire. de peti.hær.qui etiam dicit, ꝙ ille, qui allegat errorem iuris, debet illum probare, quia in dubio præsumitur scientia.l. leges. C.de leg.quæ mala fides Beneuenuti nocet etiam suo successori, auth.malæ fidei.C.de præscr.long.temp. Et per hæc ẽt colligitur responsio ad ea, quæ per vltimum iudicem allegantur ad iustificandum suam sententiam, ex quib.apparet per eum fuisse male iudicatum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Debitor alterius exactus a tyranno in iniuriam creditoris, an liberetur.*
2 *In iniuriam creditoris quando exactum præsumatur.*
3 *Debitor soluens authoritate iudicis plenissimam consequitur liberationem.*
4 *Debitor soluens putatiuo creditori, etiam sine iudice liberatur.*
5 *Per clausulam, non obstante, princeps potest tollere ea quæ sunt iuris ciuilis, etiam sine causa, et in graue præiudicium alterius numero 12.*
6 *Vbi debitor inuitus exigitur a priuato non liberatur.*
7 *De euictione contingente ex iniustitia iudicis uenditor non tenetur.*
8 *Causa iusta excusat a contumacia.*
9 *Actio semel extincta non reuiuiscit.*
10 *Debitor quando de casu fortuito teneatur.*

CONSILIVM CLXXI.

VISIS consilijs, & allegationibus hincinde factis super themate proposito, & omnibus alijs ad rẽ conferentibus, pro vtraq. parte occurrunt rationes satis vrgentes. Et primo in fauorem domini Ioan. Bernardini videtur decis. Bart. & aliorum
1 in l. creditor. de solu. † dum vult, ꝙ debitor alterius exactus a tyrãno in iniuriã creditoris liberetur, p l.Paulo Callimacho.§. fi.de leg.3.& l.liberto.§.Lucius. de annu.lega. & idem tenet in tract.de tyranni.in 7.q. Et per prædicta videtur Raph.Cu.casũ nostrum decidere in cons.185.inci.Ser Laurentius.& cum his ẽt concordat Bal.in l.falsus.C.de fur.& alij, de quib.per mod. post Bald.in l.si te bonis.C.de iure delibe. Quod autem in iniuriam creditoris fuerit debitor isto casu exactus, vltra ea quæ in fauorem debitoris allegantur, probatur clare ex not. per Imo.in dict.leg.creditor.dicens, quod si præcesserunt ordinamenta pœnalia, quod debitor talis intra certũ tempus debeat
2 soluisse, sicut in casu nostro contingit, † quod ex hoc probatur, debitorem exactũ fuisse in iniuriam creditoris, arg. le.1.§. quę onerandæ.qua.rer.act.non detur.& hoc dicit esse de mente Bart.ibi.& dicit ita pluries practicasse. Et iõ cautela est, ꝓm ipsum, ꝙ debitor non soluat nisi mandatum pœnale præcedat, sentiens ꝙ ex hoc tantũ debitor excusetur. Et sic ex dictis Imo.soluitur quædam longa disputatio primi domini consulẽtis in fauorem debitoris. Secundo pro opi.prædicta facit, quia
3 † debitor soluens authoritate iudicis plenissimam consequitur liberationem, ut nota. in leg.ait prætor.§. permittitur. de mino.& Barto.in leg. minor.25. annis ex aspectu.eod. titu.& per Bal.in leg.2.in pen.char.C. de serui. Cum ergo soluerit debitor ad commodum nobilium de Roueschale, & sic pecunia fisco soluta breui manu dicatur ad eos peruenisse.

l.singularia.cum ibi no.si cer.pe.superioris decreto,& authoritate interueniente censetur esse securus,& liberatus. Immo,ꝙ
4 † est plus,debitor ex iusta causa soluens putatiuo creditori, ẽt sine iudice,liberatur.l.1.§. si rem a seruo.ff. deposi. per Bart. & Alber.in l.vrbana.de cond.indebiti.facit etiam,ꝙ no. Gulielmus.& Bal.in l.extat.ꝙ me.cau.dum volunt,ꝙ vim inferens ex licentia iudicis interposita,etiam sine causæ cognitione, excusetur a pœna illius legis.Nec obst.vr̃, ꝙ debitor hic susceperit in se periculum casus fortuiti , tum quia non intelligitur de casu insolito, tum quia dicta expressio videtur facta,ut inerat,cum esset debitor quantitatis, ad quem periculum spectat. l. incendium.C.si certum pe.& ideo non intelligitur de casu contingẽte occasione creditoris,per no.in d.l.creditor.& ita respondet Raphael in d.consi.post Bal.in d.l.falsus.Tertio idem comprobatur vltra alios . Nam hospitali contra hunc debitorem actio tantum competebat, a qua fuit debitor per principem liberatus cum clausula,non obstante,ꝙ de iure uidetur fieri potuisse,princeps ea quæ sunt iuris ciuilis,sicut sunt actiones,tollere
5 potest ẽt sine causa,& in graue præiudicium alterius † cum dicta clausula,ut habetur per Io. And. in c.1.de excs. prælato. & in c.1.de consti.in 6.post gl.& alios,& per Doc. in c. 1. & in c. nonnulli.in prin.de rescri.& in c.quæ in ecclesiarum , de consti.& per Bar.in extrauagan.ad repri.in ver.non obstan. & per gl.in l. 1.C.de pe.bon.subla.& in l.3.§.si procurator.ff.ꝙ quisque iur.cum concor.de quib.ibi per Ale.vbi dicit hanc esse cõmu.opi.ista sunt in effectu, quæ nr̃i adduci posse in fauorẽ dicti debitoris, in quib.prolixius insistunt præfati domini consulentes. Sed ex aduerso,& sic in fauorẽ hospitalis facit,quia vbi
6 † debitor inuitus exigitur a priuato,non liberatur, secundum Bart. in d.l. creditor. & rationem diuersitatis inter superiorem & priuatum dicit colligi in l.2.§.fin. cum l.seq.si quis cautio. & sic hoc ultimo casu non liberatur debitor , quia contra priuatum habet actionem. Et quamuis competat etiam contra magr̃atum vim vel metum inferentem,tamen censentur eam non habere,quia potentioribus,&c. ut habetur in d.§.fin.& ibi per Bart. quamuis ergo fuerit iste debitor per principem per vim vel metum exactus,hoc tamen non cessit ad commodum eius, sed dictorum nobilium , ut dictum est, ex quo ducalis camera quantitatem depositam recepit pro parte precij debiti a dictis nobilibus ex emptione castri facta a dicta camera, & sic ad lucrum dictorum nobilium , & non fisci dicta pecunia fuit exacta.& consequenter ad eos censetur peruenisse.dict.leg.singularia.quia ergo ex metu illato a superiore pecunia peruenit ad priuatum , actio nedum competit contra metum inferentem , sed etiam contra priuatum,ad quem pecunia peruenit,l.si cum exceptione.§.in hac.quod me.causa.l.non interest.eod.ti.& in proposito dicit ibi Pau.de Castr. quod si quis iniuste detentus a tyranno,vt ab eo pecunias exigeret indebite, alteri rem suam vendidit, & precium ad tyrannum peruenit, quod poterit ille compulsus ab emptore rem suam repetere precio etiam nõ restituto, quamuis ille vim non intulerit,& ita dicit se cõsuluisse . Facit etiam,quod no.idem Pau.& Alex.in l.penult.eod.tit. vbi concludunt, quod vendens priuato per impressionem iudicis potest agere actio. quod me. causa, contra priuatum . Et hoc magis procedit,vbi priuatus fuisset causa met.l. metum. §. sed licet.quod me.causa.& not. in d. le. non interest.sicut contigit in casu nostro , in quo ad preces dictorum nobilium , & ad eorum instantiam compulit debitorem ad soluendum , vt ipse in suis literis attestatur,cui in hoc creditur,not.in clemen. 1.de proba.& per Docto.in c.nonnulli.in princ.de rescriptis, quia igitur ex vi uel metu illato a superiore competit actio contra dictos nobiles huic debitori , non debet liberari eadem ratione , qua non liberaretur, si a dictis nobilibus tantum per vim fuisset exactus.Quoniam iniusta fuerit exactio , ab omnibus conceditur , ex quo Dom. Hermelina , obtenta licentia a principe, castrum vendiderat, & ideo secuta euictione iniusta non tenebatur ad restitutionem precij,tum quia sic inter partes conuenerat.l. emptorem.§. fin. de actio. emp. tum quia de
7 † euictione contingente ex iniustitia iudicis non tenetur venditor.l.si per imprudentiam.de euictio. & per Barto.in leg.exceptione. de fideius. ¶ Sed prædictis quædam videntur obstare. & primo tex.in d.l.2.§.fi. si quis cauti. vbi probatur , quod compulso etiam succurritur,quando dolo & ad instantiam tertij fuit per iudicem coactus.Et tamen contra tertium sibi daretur actio,si non liberaretur,s̃m Bar.ibi,& ita per illum tex. in terminis nostris vult Raphael in d.cõs.185.ꝙ debitor exactor iniuste authoritate superioris ob iniuriã creditoris liberetur , siue hoc sit factum ad lucrum superioris tñ,siue ad commodũ priuati.Quod vltra eum vr̃ etiam Barto.sentire in d.l.creditor. dum allegat.l.liberto.§.Lucius. de annu.leg.vbi iudex cogit debitorem soluere tertio, & non sibi, & tamen liberatur . Item quamuis in casu nostro non liberaretur debitor , quia actionem habet contra dictos nobiles, cedẽdo tamen dictam actionem hospitali liberaretur,s̃m Raph.in d.cons.per no.per Bar. in d.l.2.§.fi.vbi vult Bart.ꝙ licet compulsus a priuato non liberetur,vt ibi in tex.quia tñ tenetur,quia actionem hẽt, illam cedendo liberatur,ar.l.quod debetur.de pecu.Ad hæc tñ probabiliter,& uere puto posse rñderi.Et primo ad tex.in d.§.fi.qui qui loquitur , qñ tertius, cuius dolo iudex uim intulit, erat ẽt de potentiorib.& sic erat eadem rõ,quæ est, qñ iudex ad instãtiam nullius vim intulit.Quia licet & contra tertium potentiorem,& contra iudicem competat actio, reputatur tñ non competere,quia potentiorib.&c.vt est dictum . supra. Et ita sentit Bar.ibi,ꝙ postquam dixit,ꝙ ille text. loquitur, qñ iudex dolo tertii detinuit,statim assignat rõnem quare reus liberetur, etiã hoc ultimo casu,quia potentiorib.&c.quæ esset falsa,si tertius de facili exigi posset.Et idem etiam sentit ibi gl. expresse in ve. cæterum dum exponit.s.magr̃atum.Et s̃m aliam expõnem minus etiam obstat,cum qua simpliciter alii transeunt. Et est necessarium isto modo illum tex.intelligere, quia si a priuato cõpulsus non liberatur,quia sibi cõceditur actio contra cõpellẽtem,eadem rõ militat,qñ compellitur a iudice dolo priuati,& potentioris.& cessat illa,quæ allegatur , quando iudex metum intulit motu proprio,& iõ dici non põt,ꝙ compulsus liberet, sicut liberatur, quando iudex ex proprio dolo metum intulit . & sic patet,ꝙ Raphael in d.cons.male ponderauit dictum tex. & contra glo.ibi communiter approbatam.Non ob.d.§. Lucius.q̃a similiter ibi tertius,ad cuius lucrum debitor fuit a iudice exactus,non erat priuatus,sed respublica ciuitatis, & sic est eadem rõ,quæ militat,quando ad proprium lucrum iudex exegit,sicut proxime dictum est.Non ob.insuper, ꝙ liberari dẽat debitor cedendo actionem,quia istud est falsissimum,salua pace Raph.quoniam vbi quis ex contractu celebrato cum alio,& non secum,tenetur,& est obligatus,si pp hoc habet actionẽ, illam cedendo liberatur.& ita loquitur.d.l. quod debetur , de pecu.aut tenetur quis ex proprio contractu, si propter hoc actionem hẽat.& tunc aut est debitor spẽi , & liberatur cedẽdo actionem ad speciem,si non fuit in dolo vel culpa,de qua tenetur ex natura illius contractus,quia solum tenetur,quia actionem hẽt,& non ex contractu præambulo,a quo fuit liberatus soluendo spẽm debitam putatiuo creditori sine culpa,secundũ Bar.post gl.no.in l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens.ff. si certum pet.Et hoc casu verificatur dictum Bart.in d.§.fi.Nã in casu illo reus impeditus a priuato tenetur solum,quia actionem habet, & non ex stipulatione de iudicio sisti,quæ committi non potuit, ex quo reus ex iusta causa,id est propter impedi
8 mentum illatum a priuato non uenit , † quæ causa excusat illum a contumacia,ut probatur in leg.2.§.1.cum plurib.sequ. si quis cau.& plene not.in l. 1.§.fi.si quis ius dicen.non obtẽp. Si uero ille,qui proprio contractu tenetur,sit debitor quantitatis,& illam sine dolo uel aliqua culpa alteri soluit , quamuis contra illum non uerum debitorem habeat actionem,non tñ liberatur cedendo illã secundum Iac.Bu.Albe.Sali.Rapha.Pau. de Ca.& Ro.in d.§.seruum tuum imprudens.per gl.in l.si quis vxori.§.apud Labeonem.de fur. quicquid dicat Barto.in l.fugitiuus.de solu.& Alex in d.§.seruum.& est communis opi.cum qua etiam nouissimi ibi transeunt,& Bal.in l.falsus.circa fi.C. de fur.& Are.in consi.35.per gl.in d.§.apud Labeonem.& per no.in l.Imperatores.§.fi.de transac.& rõ est, quia non tenetur ex hoc solo,quia actionem habeat,sed ex proprio contractu,a quo non fuit a quantitate liberatus,quamuis omnis culpa cesset.l.incendium.C.si cert. peta. & iste est proprie casus noster Nam cum.d.Ioan.Bernardinus sit debitor quantitatis,ex contractu depositi non tenetur,quia actionem habet cõtra dictos nobiles.sed quia in dicto contractu se obligauit,a quo nõ fuit liberatus,omni culpa eius ẽt cessante.d.l. incendium. ideo cedendo

dendo non liberatur,& hæc est euidens responsio.Parum ergo
in hoc curandum est de authoritate Raphaelis, cum eius opin.
manifestissime ex præmissis confundatur.Sed adhuc vnū aliud
prædictis videtur obstare,quia ex quo debitor soluit ad vtilita
tem dictorum comitum de mandato principis, verisimile est,
ꝙ princeps non permisisset dictos nobiles cōueniri a dicto de-
bitore exacto, quia mutatio voluntatis eius non præsumitur.
l.cum tacitum.de prob.& sic cum esset difficile,& quasi impos
sibile,posse dictos comites conueniri,dicta actio inanis compe
tens debitori non debet impedire liberationem, ac si ad com-
modum principis fuisset facta solutio,quia est eadem rō, arg.
d.§.fin.& d.§. Lucius.inducti,ut supra.Et quamuis de pręsenti
9 cesset † dictū impedimentum,tamen actio ab initio semel extin
cta non reuiuiscit.l.cum res.§.aream.de solut.sed respondetur
ꝙ licet ab initio dictum impedimentū subesset, ex quo tamen
de pręsenti cessat,dēt actio reuiuiscere, quæ reuiuiscit iusta cā
subsistente,fm gl.in d.§.aream.& Bar.in l. Mæuius.§. duob.de
leg.2.iusta autem cā dicitur subesse,quando cessat causa extin-
guens,scd̄m Old.& Imo.in d.§.aream.Vel secundo dici pōt,ꝙ
vbicunq. cessante impedimento subest iusta cā, actio compe-
tat,ꝙ interim,& illo durante,actio non extinguatur,sed ꝙ ces
set ad tempus,scd̄m Imo.in d.§.aream.Alia insuper ratione p̄-
10 missa conclusio confirmatur.† Nam iste debitor tenetur de ca
su fortuito de iure communi, & ex cōuentione expressa. Et iō
periculum debet esse suum.Nec ob. ꝙ non videatur de hoc ca
su insolito cogitatum.l.fistulis.§.frumenta.de cōtrah. emp.&
quia ob iniuriam creditoris contigit,secundū Bald. in d.l. fal-
sus.& Raphael in d.cons.quia prima ratio est falsa;qm̄.d.§.fru-
menta.& quæ dicuntur in varijs locis per illum tex.maxime in
l.4.§.quesitum.si quis cautio.& in c. 1. de commoda. locū hn̄t
qn̄ quis ex natura contractus,uel rei debitæ non tenebatur de
fortuito,sed ex pacto, quia tunc de insolito casu non intelligi-
tur cogitatum. Sed primo casu,s. qn̄ casus uenit ex natura rei,
uel contractus, tenetur ēt de dicto casu in solito,& de omni in
differenter,& est casus in l.Lucius.de euic.& iste est casus no-
ster,in quo de casu tenetur ex natura rei,quæ perire non pōt.
d.l.incendium.Secunda ratio non obs.in casu nostro,quia etiā
de tali casu contingente ob iniuriam creditoris tenetur debi-
tor,qn̄ iniuria est illata a priuato,scd̄m Bar. in d.l.creditor,vel
a principe ad commodum priuati,quia est eadem ratio,vt pro
baui superius,nec istis casib.loquitur Bald. in d.l.falsus.sed qn̄
exigitur debitor a superiore ad sui lucrum,quicquid dicat Ra-
ph.in d.cons.Et ad allegata in cōtrarium satis ex præmissis col-
ligitur rn̄sio,& maxime ad no. per Bart.in d.l. creditor.qui,ut
dixi, loquitur, qn̄ exegit iniuste superior ad cōmodū sui. Non
11 obst.etiam ꝙ † soluens authoritate iudicis liberetur, per not.
in leg.ait prætor. §. permittitur. de mino. quia dicto casu fuit
exactio facta iuris ordine seruato, quo casu contra eū, cui sol
uitur, non competit repetitio. l. 1.C. de condictione indebiti.
Nos vero loquimur quando de facto, & sine causæ cognitio-
ne quis fuit exactus a priuato, uel ad commodum priuati per
iudicem.quib.casib.contra priuatum agi potest. d.l. non inte-
rest.ꝙ me.cau. & ibi Pau. de Cast. & in l.pen.eo.tit. Item non
obst. ꝙ soluens creditori putatiuo ex iusta causa liberetur. qa
illud procedit in debitore speciei, & non quantitatis. secundū
Doc.communiter in d.§.seruum tuum imprudens.& in alijs lo
cis præallegatis.Minus etiam ob.qđ not.Guliel.& Bald.in le.
extat.ꝙ me.cau. quia hoc dictum procedit, ubi per partes sal-
tem tacite fuit prorogata iurisdictio iudicis,secus autem quan
do processit contra contumacem, qui non uidetur iurisdictio
nem prorogare,& ita dictum pręd ictorum declarat Alex. in l.
iuste possidet.in pen.colu. de acq.poss.Non obstat ultimo qđ
12 princeps † ex certa scientia, & cum clausula,non obst. possit
tollere actionem,etiam sine causa, quia hoc est verum in præ-
iudicium creditoris subditi, sed secus in præiudiciun non sub-
diti, sicut est hoc hospitale publicum, & authoritate episcopi
fundatum,quod vna cum omnibus iurib.suis subest episcopo,
ut probatur in cle. quia contingit.in prin.iuncta gl. & ibi not.
Car.in 4.no.de relig.dom.& Ant.de But.in consi.40. sicut ui-
demus,quod licet princeps possit ex causa tollere,quæ sunt iu
risgentium, tamen hoc est verum in præiudicium subditorum
tm̄,cōtra aūt non subditos,etiam ex cā, id facere non potest ex
defectu iurisdictionis,secundum Pa.de Cast.in consi.285.inci.
Primum dubium procedit,&c.& per Mod.latius in d.ca.quæ
in ecclesiarum,quæ rō in casu nostro absq; dubio locum hēt.
Et per hæc concludo, dictum debitorem non esse liberatum a
dicto hospitali,& ꝙ suæ indēnitati succurrere pōt agendo cō-
tra dictos nobiles ad quātitatem pro eis solutam. Et casu quo
iudex pertinaciter vellet inhærere opi.Raph.Cum.authoritatē
potius quam rōnem sequendo,adhuc certissimum est, ꝙ ho-
spitale pōt a dictis nobilib.exigere, qđ ad eorum commodum
indebite cessit,ex quo ex aliquo titulo inter eos & debitorem
soluētē celebrato ex cā onerosa pecunia eis nō erat debita,sed
hospitali, ut ꝓbat̄ ī l.si me & Titiū.cum ibi no. ꝑ Bar.si cer.pe.
& de hoc est casus in terminis nr̄is in d.l.liberto §. Lucius. de
alim.& cib.le.& ita in præmissis concludo. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Ias.consi. 26.uol. 3.vide Menoch. consi. 68.ante numerum secundum. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Contra debitorem in diem orta est obligatio, & actio ante diem certam appositam ab homine.*
2 *In pœnalibus,& correctorijs dispositum in uno ex correlatiuis extenditur ad aliud, ex identitate rationis.*
3 *Vtrum creditor possit contra tertium possessorem agere condōne ex lege fi.C.de acq.pos.non excusso principali debitore.*
4 *Paria sunt amittere possessionem,vel amittere actionem competentem pro recuperanda possessione.*
5 *L.fi.C.de acq.poss.quomodo procedat.*
6 *An danda sit restitutio appellanti per lapsum temporis.*
7 *An tempus appellationis curat ipso iure,an requiratur protestatio nu.12.*
8 *Quando causa est commissa consilio sapientis,interim non currit instantia.*
9 *Ab iniquitate legis generalis non appellatur,sicut appellatur a sententia iniqua.*
10 *Sicut pendente appellatione officium iudicis conquiescit, ita conquiescere debet pendente tempore dato ad appellandum.*
11 *Vbi causa est introducta in consistorio principis,non perit instātia.*
13 *Veritas rei uerborum adminicula non desiderat.*

CONSILIVM CLXXII.

CIRCA primum,de quo quæritur,omissis super
fluis arbitror, ꝙ dn̄s Ioannes postquam nō sol-
uit in primo termino,& iuramentum in hoc nō
seruauit,ꝙ ad integram summam conueniri po
tuerit non expectatis aliis terminis, per l.si quis
1 maior.C.de transa.& præmitto † ꝙ si debitorem in diem orta
est obligatio, & actio ante diem certam appositam ab homi-
ne,ut in casu nostro.l.cedere diem.de uer.sign. & l. 1.in fi. qn̄
dies ususfru.leg.ce.& no.glo.in l.certi cōdictio. in prin.si cer.
pe.& in l.item quia.de pac.& Bar.in l.ita stipulatus.la grande.
in 2.q.prin.de uer.obl.& est commu.opi.vt ibi per alios. & li-
cet si agatur ante diem reo competat exceptio. d.l.1. in fi.& ꝑ
Bar.in l.eum qui ita.§.qui ita.in fi. de ver.obl. nihilo minus,si
reus iurauit soluere in plurib.terminis,sicut fecit in casu nr̄o,
& non soluat in primo, cadit ab exceptione sibi competēte oc
casione aliorū terminorum,& poterit statim conueniri in soli
dum,ut probatur in d.l.si quis maior. dū ibi dicitur, ꝙ piurus
careat emolumento,quod ex pactione uel transa. fuerit conse
quutus,&c.quamuis ille text. loquatur in actore, idem tn̄ est
in reo,in his quæ ei pn̄t adaptari,secundum gl.in uer.cōsequu
tus.& probatur in l.fi.C. de fruct.& lib.expen.sicut igit̄ actor
periurus ipso iure cadit ab actione,ut ibi tex.ita etiam reus de
bet cadere ab exceptio.in qua dicitur actor,l.2.de excep. cum
2 hæc pœna ita conueniat reo,sicut altera conuenit actori. † &
quia ēt in pœnalib.& correctoriis dispositum in uno ex corre
latiuis extenditur ad aliud, ex identitate rationis, fm Bart.in
l.1.C.de cupræs.li.11.& in l.nemo,C.de sac.san.eccl. & in l. fi.
C.de indicta vidui.tol.& Petr.de Anchar. in repe. cap.1. in 6.
chart.de consti. & Abb.ī proœ. Gregoriano,& ibi ꝑ Moder.
Quo

3 Quo uero ad secūdū, uidelicet † utrum creditor agere possit contra tertium possessorem, condõne ex l.fi.C.de acq.poss.nõ excusso principali debitore, & rñdetur breuiter ꝙ sic, quia cū debitor bona sua obligauerit. & constituerit se illa creditoris nomine possidere, alienando dicta bona priuauit creditorem sua possessione.l.peregre.§.quib.de acq.pos. & quam quæsierat mediante constituto, uel precario.l.quod meo, in princ. & l.interdum.de acq.pos. & ꝓpea creditori spoliato competit remedium.d.l.fin.& condõ ex illa l.ut ibi probatur. ibi, vel quispiam alius, &c.& ibi hoc not.in terminis uoluit Iac.Bu.& idē tenuit in auth.hoc si debitor.in fi.de pigno.& in l.fi. C.de act. & obl.Qñ enim dicto casu, quo debitor constituit se possidere bona obligata nomine creditoris, agit hypothecaria ꝯ tertium possessorem. debet excussio debitoris præcedere. Sed ubi agit condõne.l.fin.excussio non est necessaria. quod dicit esse no. & idem tenet Bal.in l.1.C.de reuo.his quæ in frau. cred.& in l.1.in fi.pro soc.in lec.antiq.& alle.Vber. de Bobio, quem ēt alle.& sequitur Ang.qui idem tenet in l.2.§.hac actione.vi bo. rapt.Ang.Imo.Roma.& Ale.in l.exitus.de acq.poss.& dicit ēt Ang.ꝙ ita practicatur Bononiæ, & confirmatur ista opi. quia cum creditori competat remedium ad auocandum rem per condõnem ex lege, quodammodo vr̄ possidere. l. si quis ui. in prin.de acq.poss.vñ sicut si possideret uere, non esset opus excussione, ita etiam non erit opus isto casu, quæ rõ adducit per Are.in d.l.exitus.& pro quo facit, quod vult Bar. in l.si prius. in 1.q.de op.no.nun.vbi dicit, ꝙ paria sunt amittere actionem
4 competentem pro recuperanda possessione, per l.qui actionē. de reg.iu.& sic p̄supponit, ꝙ paria sint possidere, & hr̄e actionem ad recuperandum possessionem, ꝓut ꝓbat in d.l.qui actionem.quam allegat.& istud etiam dicit gl.in d.l.fi.in uerbo generetur.per d.l.qui actionem.& quamuis idem Aret. prius tenuerit contra prædictos, tamen rõ sua non obst.aliquo mõ. Nam dicit ipse.ſm ꝙ declaratur in l.si colonus.post gl. d.l.fin. non loquitur.qñ detinens nomine nr̄o, vere tradidit alteri possessionem.quia tunc potest nobis p̄iudicare, vt ibi dicit gl.sed loquitur, qñ quis negligentia, vel dolo dimittit possessionem, vt alius eam occupet, quo casu non perditur possessio ciuilis, sed solum naturalis, pro qua agitur condõne ex illa l.Cum ergo iura vetera dicant, ꝙ detinens noīe nostro põt nobis auferre possessionem modo p̄dicto.d.l.peregre.§.quib.nec inducāt aliqđ remedium contra possessionem sed solū contra tradētē. l.Pomponius.quib.modis usufru.amit.non videtur, ꝙ ista lex loquatur isto casu.Nec põt ēt ad hunc casum extendi, qñ ille, cui fuit res tradita, ignorauit tradentem esse detentorē, & non possessorem.quia nō subest eadē rõ vtroq; casu.Si aūt ille, cui fuit facta traditio, fuisset sciens & in dolo, tunc ſm eū posset procedere p̄dictorum opi.vt ibi ꝑ eum latius. Ad quam rõnē
5 rñdetur, † ꝙ d.l.fi.solum hēt locum, qñ detinens dolo, vel negligentia dimisit possessionem, ut alius eam occuparet, vt dicit Are.quantum ad hunc effectum vtile, cuius nomine detinebat possessionem non amittat, secus aūt si rem alteri tradat, quia tunc ille possessione priuatur, & in hoc d.l.fi.non hēt locum, ut not.in d.l.si colonus.& per Doc.cõiter in d.§.quib.sed tñ ꝓ recuperanda possessione, quam amisit ex tradõne detinentis, sibi competit cõdõ ex d.l.fi.ſm glo.ibi, in ver.gn̄etur.in fi.cum qua transeunt Doc.cõiter, & de qua Are.mentionē non facit, qui hoc negat.Et hoc est satis ad propositum, & ad fin. ut excussio non sit necessaria, qñ agitur remedio illius legis contra tertium possessorem, ut dicunt Doc.communiter in locis p̄alle.ꝙ est satis, ꝙ tradens fuerit in dolo, & ꝙ sciret alium possidere, quia hoc tm̄ põderatur in d.l.fi.quamuis ille, qui recepit, eēt ignorans.Et propterea ēt contra tertium possessorē ignorantem datur cõdõ ex illa.l.fi.& hoc uult gl.ibi in d.ver.generetur, in fi.q̄ indistincte loquitur, quicquid dicat Aret.in d.l.exitus.Ad tertium, de quo quærit, vr̄ prima facie dicendum, ꝙ ap
& ꝙ dicta pretio solū admittatur vsq; ad ꝯclusionē in cā dicēs ēt, ꝙ ita admittit ꝯsuetudo. eā idē tenet Ang. ibi in j. col. et Bald. in l. in bonæ fidei, C. eo. ti. et Ant. de Bu. in c. fi. eo. ti. et cōis opi. Idē ergo et in hoc iuro, qd̄ defertur, non in supplementum pbationis. sed ad plenā probationē. d. l. si qñ. & c. fi. & ibi de hoc plenè Doc. qd̄ met. cau. Terminus. n. conclusionis in cā est exclusius oīum pbationū. c. cum dilectus. de fide inst. & prędicta ꝯfirmant ex no. p Bar. in l. si in rē. in fi. de rei uend. vbi no. ꝯcludit, ꝙ licet libellus obscurus admittatur parte non opponēte. l. fi. C. de anna. excep. si tū non declaretur in pcessu, non poterit sequi condēnatio. & cū eo trāsit Abb. in c. j. de lib. obl. & hoc non alia rōne, nisi ꝙ snīa tunc nō pōt ferri certa, prout esse dēt. Quia ergo ante conclusionē in cā nō pcessit petitio iuramenti, nec a iudice fuit delatum, nec aliter in pcessu fuit liquidata q̄titas, & qualitas rerū ablatarū, uel eius æstimatio, non potuit se qui cōdēnatio ad quadruplū qd̄ est incertū, & in hoc rōne incertitudinis snīa sine dubio fuit nulla, nec pōt in executione fieri liquidatio, sed fieri debuit ante cōclusionem in cā, ut dixi. In uniuersalib. . n. & gnālib. liqdatio rerū cōceditur in executione & nō in singularib. ſm gl. & Doc. in l. j. in prin. de edē. in c. 2. de
7 lib. obl. Nec † ēt pōt dictū iurm deferri, nisi pcedat iudicis taxatio, nec sufficit, ꝙ sequat ipsū iurm. d. l. si qñ. & ibi p Sa. & p An. de But. & Imo. & alios in d. c. fi. q. idē tenēt in no. & idē vult gl. ī l. uideamus. §. pe. in ver. ex magna cā. de in litē iuran. Et alia rōne isto casu nō pōt deferri iurm ad effectū plenæ probationis, q a solū per illud probatur ablatio rerū & earum æstimatio, qñ
8 agitur ciuiliter. d. l. si qñ. & d. c. fi. † Sed qñ agitur criminaliter, vt in casu nostro, tūc iurm non defertur ad dictū effectum, ſm Bar. in l. fi. de in litē iurā. quia in criminalib. probationes dēnt esse clariores. l. sciant cūcti. C. de prob. & cū eo trāsit ibi Fulg. & Alex. q a cū d. l. si quādo. sit exorbitans. l. oibus. C. de testi. & loquatur, qñ agit ciuiliter, ut ibi in uer. qō proponit, nō dēt ad iudicium criminale extēdi. & idē ēt tenet Ang. in d. l. si qñ. quis aliter dicat in l. cū furti. de in litē iur. Rom. & Mo d. ī d. l. fi. Sed prima opi. est tenenda, pter authoritatē Bar. & sequaciū. & ēt de iure vr̄ uerior per rōnē Bar. Nec obs. ratio, quę p prædictos allegatur in cōtrariū, videlicet, ꝙ licet ipsum delictu nō possit pbari per iurm, tñ qñ de delicto aliter constat, pt estimatio rerū
9 ablatarū probari per iurm, quia † qñ agitur criminaliter, requiruntur probationes clariores, non solū respectu eius delicti, de quo agit principaliter, sed ēt respectu eorū, q incidēter veniunt in iudicio, per notata p Bar. in l. solēt. de ali. & cibar. leg. & Bal. in l. j. C. de reb. cred. ¶ Et dato ēt ꝙ isto casu dānum passo, & ad eius commodū potuisset deferri iurm prædictū, tñ non potuit, nec pōt deferri cessionario petenti exequutionē snīę cōtra vnū ex cōdēnatis ex iure sibi cesso, quod probatur manifesta rōne.
10 Nam † licet facultas iurandi, quæ competit ex dispositione legis cōtra dolosum, transeat ad hrdem eius, qui passus est damnum, ſm Bal. Ang. Rom. & Pau de Ca. in l. 2. §. fin. ne quis eum per no. per gl. ibi, & in specie Pau. de Cas. dicit hoc eē uerum in casu d. l. si qñ. Istud tñ est uerum, qñ apparet, hrdē habere uerā notitiam eius, super quo iurm defertur, sed qñ defunctus erat informatus, & de hoc sciam non habebat, tunc hęres iurare nō poterit, licet defunctus potuisset ſm Alex. in d. §. fi. per l. gnāliter. cum ibi no. per Bal. C. de iureiur. & per no. per gl. & Bal. in l. bonæfidei, eod. tit. & probatur ex no. per Bald. in l. admonendi. ff. eo. col. pen. & isto casu procedit, qd̄ vult Bald. in l. ait ptor. in prī. de iureiu. dicens, ꝙ mortuo accusatore facultas iurandi nō transit ad eius hæredem, per no. per gl. in l. idem Pōp. scribit si frumētum. §. fi. de re vend. & idem vult Bal. in l. 2. in prin. de condic. inde. & ita ēt distinguit Bal. de quo Alc. in d. §. fi. mentionē non facit in c. j. si de inuest. inter dom. & uasal. lis oria. in j. col. vbi dicit no. ꝙ licet facultas iurandi trāseat ad heredes, illud est verū, qñ hæredes sūt in tali cōdōne, ꝙ possint iurare, eo q a sint bene īformati, aliàs nō, iō oportet, ꝙ essent tales hæredes, q morati essent in domo defuncti, & gessissent negotia defuncti, q a ius anceps non dēt subire iurm, & qd̄ dictū est qñ cōstat, ꝙ hæres nō fuerit sciēs & certus, idē est, qñ sumus in dubio, q a heres psumitur ignorasse. l. q in alterius. de reg. iur. & ppea dicit Bal. in d. l. bon fiædei. in vl. col. ꝙ iuramētū pbatoriū non defertur hæredi, quia communiter præsumitur ignorare iura eius, cui successit. d. l. qui in alterius. Si ergo heredi nō defertur in dubio ratione prædicta, multo minus præstari debet cessionario,

qui

qui successor singularis, & in quo magis cadit præsumptio igno rantiæ.l.fi.pro suo.& l.verius.C.de probatio.& quia quod non est transmissibile ad hæredes, non est cessibile. l.si ex plurib.de administr. tuto. & ista regula semper est vera negatiuè secundũ Alex.in l.si stipulatus sim illud aut illud.in prin.de ver.obli. Et alio etiam capite dicta sentẽtia põt dici nulla. Nam ex forma,& ex tenore inquisitionis apparet, ꝙ quidam ibi nominati fuerũt Caporales coadunationis,& ꝙ Franciscus Tanella non coadunauit homines ad rapinam, sed ꝙ fuit de coadunatis per alterũ ex prædictis Caporalibus : vnde ex hoc sequitur, quòd ubi de-
11 buisset & potuisset fieri condemnatio, ꝙ † ille qui coadunauit solus debuit condemnari in quadruplum, non solũ eius, quod ipse rapuit, sed etiam illius, quod ab omnibus coadunatis fuit ra ptum,& derobatum,& quilibet de coadunatis & sequacibus, debuit condemnari tantummodo ad quadruplum eius, quod ipse rapuit,& non ad illud, quod fuit raptum ab alijs coadunatis.l.2. §.si quis non homines.iuncto prin.& §.j.illius legis, vi bono.raptor.& istud ẽt vult gl.& Bar.in d.§.si quis.& Alex. cons. 103.j. vol.Sententia ergo, per quã Caporales,& coadunati,& quilibet eorum fuerunt condemnati in solidum in quadruplum, dr̃ continere manifestum iuris errorẽ, ꝙ probatur, q̃a in inquisitione nominãtur Caporales & sequaces, seu coadunati a dictis Caporalibus, & ad quam inquisitionem in sententia habetur expressa relatio,& in cuius proœmio est descripta formaliter,& in dubio ẽt ad illã sñiam censetur se tacitè referre.l.vt fundus.com.diui.& dicẽt statim.Perinde est ergo ac si fuisset expressum ĩ sñia, ꝙ talẽ & talẽ tanq̃ Caporales coadunationis,& alios tanq̃ ab illis ad hoc coadunatos,& sequaces, & quẽlibet ipsorũ ꝯdẽnabit in solidum ad quadruplum oĩum bonorum ablatorũ, & sic, ꝙ quilibet ẽt coadunatus teneat̃ ẽt pro damno ab alijs dato: quia relatio inducit repetitionem oĩum qualitatum,ſm Bar.in l.si q̃s seruum.§.fi.de leg.2.& in l.j.in fi.prin.si fam.fur.fec.dica. in l.j. de receptatorib.& clarius in l.sanctio legũ,de pœnis.Nõ vr̃ autẽ dubiũ,ꝙ si aliquis in sñia cõdemnaretur expressè, tanquã Caporalis & author coadunationis in solidũ pro dãno dato ab oĩb.& alij tanquã sequaces & coadunati ẽt condemnarentur eadẽ pœna,ꝙ tunc sñia diceretur cõtinere expressum iuris errorẽ: quia ex quo ex illa apparet ꝙ vnus fuit author coadunationis, & ꝙ alij fuerũt coadunati, sñia lata contra coadunatum, etiã ꝓ dãno dato ab alijs est expressè contra ius.d.l.2.§. si quis non hoĩes. vi
12 bon.rap.& ꝙ † sententia, q̃ habita relatione expressa uel tacita ad libellum,& sicut ẽt ad inquisitionem, cõtinens expressum iuris errorẽ sit nulla, perinde ac si in ipsa sententia error fuisset expressus explicitè, vult Bart. cũ quo oẽs trãseunt in l.j.C.de erro. calcu. & loquit̃, q̃n error iuris fuit solũ expressus ĩ libello & nõ in sñia: q̃a error talis censet̃ repetitus in sñia, q̃ tacitè hẽt relationẽ ad libellũ.d.l.vt fundus.idẽ & multo magis, q̃n error non exprimitur in libello, sed reperitur expressus in sñia habita relatione ad ipsum libellum, vt in casu nostro. Et ex alio capite principaliter nõn dẽt cõmitti exequutio ad instantiã do. Iacobi vigore iuriũ cessorũ. Et primò, nã Reuerendissimus do. Cardinalis de Rãgonibus agẽs tanq̃ procurator dicti do. Iacobi primò ꝓmisit, ꝙ principalis suus oĩa infrascripta & singula intra unũ mensem proximè futurum ratificabit & approbabit, & instr̃m publicum ratificationis & approbationis prædictæ ad Romanã curiam transmittet:& Reuerendissimo do. Vgoni episcopo Regiensi seu magnificis do. Vincelao & Herculi comitibus de Rangonibus, in ciuitate Mutinę residentib.cõsignabit, seu cõsignari faciet,&c.Itẽ ꝙ dictus do.Iacobus dabit fideiussores, &c. deinde Reuerendissimus eps Regiensis pro se & suis fratribus, facta prius ratificatione prædicta per dictũ Iacobũ, & datis fideiussoribus prædictis, ex nunc ꝓut ex tunc, similibus meliori modo, via, iure, causa,& forma, cessit,&c.Et sic cessio fuit facta sub ꝓdictis duab.conditionibus, non potuit ergo agi ex dicta cessione per dictum Iacobũ, antequam ostẽderit dictas ꝯditiones fuisse
13 purificatas & ꝓ eum adimpletas; q̃a † cum aliquid conditionale deducitur ĩ iudicio, debet purificatio cõditionis liquidari, ſm Bal.in l.si quidã.C.de excep.ꝓ tex.quẽ ad hoc dicit esse singularẽ in l.hoc iure de ver.obli.& idem no. Bal. in l. cũ in testõ.in fi. C.de manu. testa. vbi dixit, ꝙ instrumenta guarantigiata si hñt cõditionẽ re, vel purificatam, dñr pura,& nõ conditionalia, licet ad exequutionem deueniri nõ possit, donec liqueat iudici conditionẽ fuisse purificatã,& per d.l.hoc iure. & sic Bal. ibi in terminis decidit casum nostrũ, cum quo transit Alex.in d.l.hoc iure.in ultimo no. quam legit cũ.l.in illa.eo.ti.¶ Nec obst.ꝙ Iaco. agendo ex cessione uideat ratificare, iuxta.l.Paulus rñdit, rẽ ra. hab.quia sola simplex ratihabitio nõ est posita in ꝯditione, sed illa, de qua prius facta fuit promissio noĩe dicti Iacobi, uidelicet si ratum habuerit & instr̃m ratificationis consignauerit fratribus de Rangonibus intra mensem Romæ, vel Mutinæ, quæ cõsignatio facta non reperit̃,& q̃a ẽt ratihabitio facta non fuit intra mensem.Nã ad dictã promissionẽ de habendo ratum ꝯditio se refert, vt patet ex illo verbo, prædicta,& ꝓ ꝯñs oẽs qualitates appositæ in promissione præcedẽti intelligunt̃ repetitæ ĩ ꝯditione sequẽti ex natura ipsius relationis, ut in p̃cedentib⁹ dixi.¶ Præterea ẽt sub alia ꝯditione facta fuit cessio, scilicet, si fideiussores dederit, q̃ ẽt debuit impleri.l.hæredi plures.de ꝯd. inst. de cuius implemento non constat. Vltimò dr̃, ꝙ ẽt ex alio non ualuit cessio,& hoc vigore statuti prohibentis cedere,& prohibentis actionẽ ex cessione acquirere, & quia hmõi statutũ est simpliciter prohibitorium, locũ ẽt habet in cessione facta extra territorium inter subditos, siue prohibitio sit in rẽ, siue in ꝑsonã, ſm Bar. clare in l.cunctos populos.C.de sum.in trin.in 6.q. prin.& Are.in ꝯsi.54.¶ Nec obst.ꝙ statutũ excipiẽdo dicat, nisi esset in casibus necessarijs, in quib. fuisset obligatus cum eo, ꝯ quẽ cedet,&c.q̃a statutũ loquit̃, q̃n cessio est necessariò facienda ꝯ alium pariter obligatum, puta in duobus tutoribus, uel curatorib.vel fideiussoribus, quorũ vnus insolidũ solueret: q̃a tũc ei debet ꝯ alios fieri cessio.l.Modestinus.de sol.& ibi plene declarat Bar.sed q̃n vn⁹ cõuenitur ex dolo proprio, vel cõi, tũc ei, q̃ soluit, nõ cogitur creditor cedere actiones ꝯ alium l.si plures la 2.de admi.tu.ꝓut ẽt vult Bar.in d.l.Modestinus.& iste est ꝓprie casus noster, q̃ non est exceptus a statuto. Nec ẽt obst.iur̃m, q̃a (ut tactũ est ꝑ dñm cõsultorẽ) illud operat̃ inter ipsos ꝯhẽtes & nõ in p̃iudiciũ tertii, ſm Bar.in l.Titia.§. Imperator. de leg.2.& Bal.in l.hac edictali.in prin.C.de secun.nupt. ¶ Nec ẽt obst. ꝙ cedẽs esset clericus: q̃a respectu fratrũ suorũ cessat ista rõ.Præterea statutum est prohibitorium, non solũ respectu cedentis, sed ẽt respectu eius, cui ceditur & qui ex cessione prohibetur acquirere,& cui per statutũ denegatur audientia,& ideo satis est, ꝙ ille sit subditus, quia potuit prohiberi acquirere, ſm Bar.in d.6.q.Et ꝑpea sine dubio cõcludendũ puto, ꝙ fieri non possit nec debeat petita exequutio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod uult, posse dici de nullitate sententiæ usque ad certum tempus solum, non tollit euidentem nullitatem, & uide nu me.5.*

2 *Statutum ratione contumaciæ, & ex causa defensionem tollere potest.*

3 *Instantia causæ principalis ex partium conuentione suspendi non potest, secus causæ appellationis.& vide nu.8.& 10.*

4 *Sententia lata contra minorem non habentem curatorem & in defensum ipso iure nulla est. Idem est, si habet curatorem, qui nõ comparuit ut defenderet, saltem in medijs causæ.*

5 *Clausula, supplentes omnem defectum, apposita in literis principis non extenditur ad defectum iuris naturalis.*

6 *Statuto uetante dici de nullitate sententiæ, iudex tamen potest ex officio supplere, si ex actis constet nullitas.*

7 *Probationes factæ de domino actore non contradicente, cuius dominij exceptio opponi non poterat agenti possessorio reintegrãdæ, ipsi actori præiudicant.*

9 *Minor factus maior petere potest restitutionem in integrum ob appellationem omißam intra quadriennium.*

11 *Causa restitutionis in integrũ, quę debet terminari intra quadriẽnium post minorem ætatem potest ex pacto expresso in suspenso stare.*

CONSILIVM XXXVI.

PRIMO circa nullitatem dictarũ sententiarũ est agendũ,& prima facie si do. Adola curatorem habuit, qui comparere noluit, vr̃, ꝙ sententiæ cõtra eam latę ualuerint, licet esset minor,& fuerit indefensa, ſm glo.in l.cum & minores.C.si aduer.rem iud.Et casu etiam quo fuissent nullę dictæ sentẽtię, de nullitate

dici non potuit per uiam principalis petitionis post decē dies ex forma statuti, qđ ēt locum habet, quamuis nullitas esset euidens & manifesta, quia licet statutum simpliciter prohibens dici de nullitate non intelligatur de nullitate euidenti, per id qđ hř in cap. literas. & in c. ex conqõne, in gl. fi. de restitu. spol. & ꝑ Bar. in l. j. in prin. de ope. no. nun. & Bal. in l. j. C. ne lic. ter. prouo. & in l. si unus. §. pactus. de pac. & per Ale. in l. 4. §. condēnatum. de re iud. & in l. de pupillo. §. q. opus. de ope. no. nun. cum alijs conc. de quib. per eũ in dictis locis. Nihilo minus qñ statu
1 tum ꝑmittit dici de nullitate sed vult, ꝙ de ea dici possit solũ † vsq; ad certũ tp̃s, puta decē dies, ut in casu nr̃o, tunc post dictũ tēpus nõ potest dici de nullitate, ēt si sit euidēs, ut ꝓbať ex no.
2 per Bal. in l. ut uim. de iust. & iur. vbi † dicit, ꝙ licet nõ ualeat statutũ. per qđ simpliciter tollit defensio, ꝑ id qđ hř ĩ cle. pastoralis. de re iud. tñ bene ualet, qñ rõne ꝯtumaciæ auferret defensionē, q̃a pōt cõtumaci denegari audientia. l. sed si ꝑ ꝑtorē. §. sed si dũ decreto. ex quibus ca. mai. Et similiter dicit Ang. in l. si sic. in prin. de leg. j. ꝙ licet defensio nõ possit tolli per statutum, tñ fallit, qñ ex cã statutum defensionem tolleret. l. si seruus. C. de his q̃ ad eccle. confug. l. j. & 1. C. qñ lice. sine iudic. se uind. Ita ergo in proposito, quamuis statutũ reijciens simpliciter nullitatem, nõ intelligatur tollere euidentem nullitatē, tñ aliud esse vř, qñ statutum in odium contumacis seu negligentis dicere de nullitate intra tp̃s a statuto præfixum, excludit dictionem nullitatis; quia sibi dēt imputare, qui sua culpa seu negligentia se excludit l. veteris. in fi. de iti. actuq; priu. Cõfirmatur hoc per id, qđ no. Abb. in c. cum sit Romana. de app. ubi uoluit, ꝙ licet statutum non possit appellationem tollere in totũ, c. veniētes. de iu. tñ poterit abbreuiare seu immutare tp̃s ꝑfixum ad appellandũ, per no. ꝑ gl. sing. in l. ꝑscriptione. C. si contra ius uel util. pub. & per id qđ hř in d. c. cũ sit. Aliud est ergo statutũ tollere simpliciter nullitatem, quo casu nõ est putandũ uelle oĩno perimere nullitatē euidentē, per superius allegata. Et aliud est, ꝙ statutum in odiũ negligētis post certũ tp̃s prohibeat dici de nullitate, & sic aliud est in totũ tollere, & aliud est distinguere, per no. in l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. & ita ꝑ prædicta in terminis nr̃is ꝯcludit Alex. in ꝯs. 105. Ponderatis narratis in themate. 5. uol. Nec ēt vř, ꝙ dictæ do. Adolæ potuerit occurri per restitutionē ĩ integrũ aduersus appellationē vel nullitatē omissam, ꝙ est uerũ, si non sit de læsione ꝓbatũ. l. nam & postea. §. & si minor. de iu rei. & l. minorib. la j. & l. fin. C. de in integ. rest. quãuis. n. minor a snĩa contra eũ lata non appellauerit, per hoc tñ nõ probať læsio, sed opus est aliter de læsione ꝯstare, ꝑm Bal. & Ang. in d. §. si minor. Bal. & Sal. in l. fi. C. in q̃b. cau. in integ. rest. nõ est necess. Præterea debuit restõ in inte. peti, & cã finiri, ĩtra quadrienniũ. l. fi. C. de tēp. in integ. rest. peten. Nec potuit instantia dictæ causæ restõnis suspendi, & in suspenso stare ex partiũ conuentione
3 q̃a † solũ reperitur iure cautũ, ꝙ instãtia causę appellõnis possit suspendi, auth. si tñ. C. de temp. app. & cle. quãdiu. cum ibi no. de app. secus est in instantia causæ principalis, ut est de mente Car. in l. properandũ. in prin. C. de iud. & sequiť Sal. & Mod. & idem tenet Spe. & Io. And. in ti. de iud. dele. §. restat. uers. sed nũ q̃d. de tēpo. & c. & Ant. de But. in c. pe. de iud. ¶ Sed ꝑmissis non
4 obstantibus, aliter ꝯcludendum arbitror. Nã † si dicta do. Adola minor, nullũ habuit curatorē, & fuit indefensa, clarũ est, ꝙ snĩa & oĩa acta contra eã, fuerũt & sunt ipso iure nulla. l. cũ & minores. C. si aduer. rē iud. & ibi ꝑ oēs, & l. si ꝑses. C. q̃uo, & qñ iud. & in l. acta. §. fi. de re iud. & per Bar. in l. contra pupillũ. eo. ti. & idē si curatorem habuit, si nõ cõparuit, & defensionē non assumpsit, ꝑm gl. cõiter approbatã ĩ d. l. si ꝑses. Bar. & alios, ĩ d. l. cũ & minores. q. cquid ibi dixerit gl. q̃ in hoc est cõiter reprobata, q̃a ꝑm Do. paria sunt, ꝙ minor curatorē non habuerit, & ꝙ illum habuerit, & nõ cõparuerit. Atq; ēt est idē, si in principio nõ cõparuit, q̃a ex quo iudicium non fuit legitime inchoatũ, nõ pñt sequentia, in quibus ēt curator interuenit, ualere. l. momētaneæ. C. q̃ legit. perso. & vbi ēt interuenisset curator ab initio, si tamē defuit in medijs causæ, puta in ꝓbationibus, in q̃bus ꝯsistit defensio, snĩa nõ ualeret, ꝑm Doc. in d. l. cũ & minores. & maxime Bal. & Pau. de Cast. ¶ Nec obst. ꝙ lapsum sit tempus decem dierũ præfixum a statuto ad dicendum de nullitate quia ex quo dicta sententia est notoria & euidenter nulla, ut apparet ex inspectiõe actorum, de huiusmodi nullitate non intelligitus statutum, ut traditur in locis allegatis in contrarium & per Philip. in c. dilecto. de appellationibus. in 52. q̃one, & in ultima limi. ꝑ Alex. in consi. 72. In cã & lite vertente, & c. 2. vol. & in 3. vol. consi. 77. Visis dubitationibus, & c. ¶ Non obstat dũ dicebatur, istud procedere, & locũ habere, qñ statutũ simpliciter reijciebat nullitatem, sed secus qñ præfigit certũ terminum ad dicendum de nullitate, quia tunc ēt euidens & notoria nullitas intelligiť sublata, ꝑm Alexan. in d. cõs. 105. Quia istud nõ vř verum, & cõtrariũ expresse vult Philippus. in d. c. dilecto. in 54. q. vbi de hoc ibi late per eũ, concludens ꝙ ubi deducitur nullitas per se, & absq. appellatione per viam principalis petitionis, quo casu ꝑcise loquitur Alexander, tũc si sit euidēs & patēs nullitas, poterit ēt post terminũ statuti ꝓponi & deduci per ꝑdicta, & per alia, de quibus ibi recte intuenti adducta ꝑ Alexãdrũ parum urgēt. ¶ Et in primis non obstat, qđ no. Bar. in l. ut uim. de iusti. & iure, dũ vult, ꝙ ratione cõtumaciæ possit per statutũ auferri defensio. l. sed & si ꝑ prætorē. §. sed si dũ decreto. ex quibus causis maiores, quæ aliàs sine cã non posset auferri, q̃a ex ista rõne infertur solũ, ꝙ statutum possit ratione contumaciæ in dicendo de nullitate excludere nullitatē ēt notoriã, & istud ꝓceditur. ¶ Sed quãuis adsit potestas, vt ex ꝑdictis probatur, negatur tñ uoluntas, q̃a non sequitur, ꝙ licet statutum hoc possit, ꝙ tñ uoluerit. Nã & princeps pōt ex cã, ēt in iure q̃sito preiudicare, ut plenè no. in d. l. fi. C. si contra ius vel utilitatem pub. & in c. quę in ecclesiarũ. de constitutionibus, & tñ quamuis sub sit iusta cã, & sic potentia ꝑiudicandi, in dubio tamen non præsumitur, ꝙ ꝑiudicare voluerit, vt per plura concludit Nellus in trac. banni. in j. par. 3. tempor. q. 11. Et ex hoc etiam patet responsio ad no. per Ang. in l. si sic. in prin. de leg. j. & ꝑ Abb. in c. cũ sit Romana. de app. quia dicta eorũ tendunt ad hoc, ꝙ statutũ possit: & istud, vt dixi, non negať. Sed dř, ꝙ noluit in dubio tollere dictã nullitatē & præsertim: q̃a causatur ob defensionē omissã, & sic ꝑ ꝑ defectũ, qui descendit a iure naturali. cle. pastoralis. de re iud. Et ꝙ tunc per statutũ non dicatur sublata talis vel similis nullitas, voluit etiam Pet. de Anch. in cons. 212. De iure cõi, & c. per rationem dictæ cle. quæ locũ ēt habet non solũ, quando statutum prohibet simpliciter de nullitate dicere, sed ēt si intra certum tp̃s hoc permittit, & post illud vetat, & probatur ex no. per
5 Spe. & Io. And. de loc. §. nunc ostendendũ, versi. 18. vbi † dñt, ꝙ clausula, supplentes oēm defectũ, & c. apposita in literis principis, nõ extendiť ad defectũ iuris naturalis ꝑ dictam cle. pastoralis. uersi. cæterũ. & idē tenet Archi. 56. dist. Cenomanensem. Anto. de Bu. & Imo. in c. j. de transa. & in c. illa. de elect. Ant. de But. in c. inter dilectos. de fid. instru. Imo. in l. quidã consulebat. de re iud. & facit tex. in l. filius a patre. §. fi. iuncta gl. de lib. & posth. & ibi no. Bal. & Ang. ꝙ habens potestatem dispensandi cũ q̃buscunq; in qualicunq; statu sint, pōt dispensare sup defectu iuris positiui, non autē naturalis vel diuini, qđ ꝑm eos est not. & subdit etiam Petr. de Anch. in d. consi. ꝙ si ex actis constat iudici de
6 nullitate sententiæ, licēt † pars non possit de illa dicere, vetante statuto, poterit iudex ex officio supplere, qui non prohibetur à statuto. Et vltra eum idem vult Bald. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, de pac. per no. ĩ l. vbi pactũ. C. eo. & idem tenet Alex. in d. consi. 77. qui pro hoc ēt allegat no. ꝑ Bar. in l. si q̃s legatum. in princ. de his quibus ut indig. & per Inn. in c. cum olim: de censi. & plus uult Alex. in alio consi. 77. 2. vol. videlicet quod si pars aduersa passa sit fieri probationes super nullitate, de qua cognosci non poterat ex forma statuti, quod sibi præiudicat, & de nul
7 litate debebit pronunciari, arg. c. j. de resti. spol. ubi † hř, ꝙ licet agēti possessorio reintegrandæ non possit opponi exceptio dominij, si tamen factæ sint de illo probationes, actore non cõtradicente, actori fit præiudicium, prout etiam vult Bart. in l. si q̃s ad se fundũ. C. ad leg. Iul. de vi. & in l. naturaliter. §. nihil cõe. de acq. possess. allegat ēt Ale. Inn. in c. dilecta. de rescriptis. & in capit. cum Bertoldus. de re iudic. & in capitulo fraternitatis. de frigi. & male. qui uult, quod quamuis non admittatur probatio contra præsumptionem iuris & de iure, facta tamen & admissa tenet & effectum habet, faciunt ēt not. per Bald. & Sal. in l. fi. C. de nõ nu. pe. cũ concor. de quibus late per Fel. in c. cum ad monasteriũ. de re iud. col. 12. ver. limita octauo, & c. ¶ Non obst. ꝙ instãtia cã nullitatis, quæ durat triēnio, ꝑm Bar. in c. sæpe. de app. & Phil. in d. c. dilecto. eo. ti. in 6. q. sit perēpta post ma
8 iorē ætatē, q̃a cũ † statutũ dictã instantiã restringat ad tp̃s breue, potuit ex partiũ cõuētione expressa suspendi, ꝓut factum re-

reperitur, ut probatur ex no. per Bal. in tit. de pac. Constan. in vers. in causis quinto no. &c. ubi concludit, ꝙ tempora assignata, per statutum ad prosequendum appellationem pñt per partes prorogari & hoc qñ tps est breue, quia præsumitur appositum fauore litigantium & sñię, sed non est sic, ꝯm eũ in l. properandum. C. de iud. quia ibi nulla præcessit sñia, cuius fauore tps videatur statutum, q̃ rõ ẽt militat in causa nullitatis, q. a ẽt tunc præcessit sñia, cuius fauore instantia præsumitur per statutum abbreuiata fauore priuatorũ, & non fauore publico, multo ergo magis potuit dicta instantia suspendi, quia hoc facilius conceditur. d. cle. quamdiu. Istud ẽt comprobatur ex not. per Ale. post Sal. in d. l. properandum. in prin. ubi uolunt, ꝙ licet instantia causæ principalis, quæ conceditur de iure cõi, non possit ꝓrogari, ubi concluditur cõiter, si tñ abbreuiata sit per statutum prorogari poterit, quã ꝯm Alex. illud tẽpus non põt dici appositum fauore publico, sed litigantium, iõ pactum est seruandũ. l. qđ si nolit. §. si quis ita de ædil. edic. Nam ius cõe præfixit tps triennij instantiæ, ne lites fierent immortales, & sic fauore publico, ut hr̃ ibi, q̃ ratio cessat tpe statuti conditi, qm̃ tũc esse immortales nõ poterant propter præcedentem prouisionẽ dictæ legis. vñ dici non põt, ꝙ fauore publico statutũ præfixerit breuiorem instantiam, sed fauore litigantium. & quamuis Alex. dicat, ꝙ poterit solum prorogari vsq; ad triẽnium præfixum a iure cõi, tñ ratio sua probat, ꝙ alterius ẽt ꝓrogari possit, qm̃ per illã prouisionẽ statuti extraordinariã recessum est in hoc, s. quo ad instantiam a iure communi. l. fi. C. de pac. conuen. & no. in l. si cũ dotem. in prin. sol. mat. Ergo tps iuris cõis non debet eẽ in ꝯsideratione, nec ad illud dẽt haberi respectus. Et per prædicta tollitur ẽt ratio Imo. in l. 4. in prin. de dam. infe. dicentis, ꝙ instãtia statuti, quæ subrogatur loco instantiæ iuris cõis debet illius naturam sapere, qm̃ non est eadem ratio in tpe subrogato, qđ fuit appositum fauore litigantium, ꝯm Alex. & non fauore publico, sicut fuit appositum per ius cõe in fauorẽ publicum, ut est dictum: & iõ Sal. in d. l. properandũ. & Bal. in d. uer. in causis. vult simpliciter, ꝙ tempus statuti possit prorogari, ꝙ est uerius. & multo magis põt suspendi, ut patet ex not. per scrib. in d. l. maxime per Alex. in locis allegatis per eũ. vbi declarat & tenet post multos, ꝙ licet instantia causæ appellationis non possit prorogari, posiit tñ suspendi. ¶ Sed dato ẽt ꝙ prædicta cessarent, & ꝙ appellari, & de nullitate dici solum potuisset intra de-
9 cem dies, ut statuto cauet, nihilo minus † restitutio in integrũ etiam post maiorem ætatem intra quadriennium peti potuit, & petita fuit. l. fin. C. de temp. in integ. rest. & cle. j. de rest. in integ. Et quãuis Bar. in d. l. fin. & in l. ab hostibus. §. sed simpliciter. ex quib. cau. ma. post gl. in l. sed si per ꝓtorẽ. §. quoties. eod. ti. & in l. diuus. de ĩ integrũ rest. & in l. interdũ. in prin. de min. velit, ꝙ si sit læsus in minori tempore debeat peti restõ ĩtra illud tps, in quo quis est læsus, & per consequens, quia ille, qui non appellauit, uel de nullitate non dixit intra decem dies, in hoc tpe tantum lęsus fuit, debuit intra decẽ dies post completã minorẽ ætatem restitutio peti. Ad istud tñ respondetur dupliciter, & primo ꝙ imo potuit peti restõ intra quadriennium pro læsione ẽt minoris temporis, ꝯm Pet. & Cy. in d. l. fin. & hæc opinio hodie est approbata in d. cle. j. ꝯm gl. ibi, quæ idem tenet, & est cõmunis opinio can. Et ideo licet de iure ciuili de hoc sint uariæ opi. in dictis locis, q. a tñ hoc est decisum de iure canonico in utroq; foro, illi standum est. not. in c. j. de ope. no. nun. & in c. 2. de arb. in 6. nec tenet rñsio Bar. ad illã cle. s. quod sit speciale in ecclesia & propterea aduersus appellõnem omissam potuit peti restõ intra quadriennium inchoatũ post minorem ętatẽ. l. j. C. si sæpi. in integ. rest. postu. & in auth. de temp. app. & intra quæ tẽp. § j. & per Bar. in l. nam & postea. §. si minor. de iurei. ¶ Secundo rñdetur, ꝙ ẽt si opi. Bar. & gl. esset uera, qñ petitur restõ aduersus contractũ, uel aduersus sententiam, seu aduersus læsionem contingentẽ ex ipsa sñia ꝯm gl. Bar. & omnes in locis ꝓdictis. ¶ Quòd ãt minor restituatur non solum aduersus appellationẽ omissam, sed ẽt aduersus sententiam, est certum, ut per totum. C. si aduer. rem iud. ẽt si minor curatorẽ habuisset & defensus
10 fuisset, d. l. cum minores. eo. tit. Et † licet intra quadrienniũ cã restitutionis debeat terminari, d. l. fi. C. de temp. in integ. restit. potuit tñ suspendi, & stare in suspenso ex pacto expresso, sicut etiam tempus appellationis in prosequẽdo potest per pactum expressum suspendi. d. clem. quãdiu. de app. & hoc quia agitur de graui pręiudicio, quia appellatione deserta prima sñia firma manet irreuocabiliter, & perinde est ac si appellatum non eẽt. l. fin. §. illud. C. de temp. app. quę rõ ẽt locum habent in tempore dato ad prosequendum restõnem in integrum petitam, quia si intra quadriennium non finiatur, sñia firma manet, & idem præiudicium paratur. d. l. fin. & ita etiam in specie per istam rationem tenet Rom. in leg. 2. de re iud. ubi dicit, quòd in casu. l. fi. de dolo. & l. fin. C. de integ. restitu. põt tempus prorogari, nec etiam Alex. contradicit, quamuis dicat, ꝙ cum tex. in d. leg. fin. loquatur de tempore præfixo actioni intentandę, istud pẽdet ab alio dubio, scilicet, utrum tempus ad pręscribendum pacto tolli possit, uel immutari, de quo in l. nemo potest. de leg. j. Tamen quantum ad talem præscriptione quadriennij uallet pactũ, arg. l. ꝙ si nolit. §. si quis ita. de ędil. edi. per Bar. l. j. de vsu ca. Pręterea in d. l. fi. datur quadriennium, non tantum ad restitutionem proponendam, & quantum ad hoc procedit dubium tactum per Alexan. sed etiam ad illam prosequendam & finiendam, & quo ad hoc dubium illud non habet locum, sed pendet ab alio, scilicet, vtrum possit instantia prorogari uel suspendi. & est cõcludendũ, ꝙ idẽ sit, ꝙ de instantia causæ appellationis; quia vtroq; casu est eadem ratio. Quamdiu ergo stetit in suspenso causa resti. in integ. interim etiam suspensa fuit instantia causæ nullitatis, & appellationis, quæ etiam suspensa fuit & suspendi potuit. d. cle. quamdiu. ut etiam probatur ex no. per Bart. in l. 3. C. de app. ubi dicit pẽdente appellatione potest restitutio peti aduersus sententiam, ut no. gl. in l. j. C. si aduer. rem iudi. ad fi. ut causa appellationis suspendatur, & non ad effectum, ut super utraque procedatur, & ex his ad omnia, de quibus quæritur, responsio colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum declaratur, & informatur ab his, quæ in precib. continentur, ad quas refertur.*

2 *Delegatus, cui commissi sunt plures articuli expresse, vel tacitè potest primò vnum, deinde reliquos expedire.*

3 *Prorogatio cadit etiam in iurisdictionem delegatam.*

4 *Post transitum in rem iudicatam pro rectitudine processus, et sententiæ præsumitur.*

5 *Exclusus ab actione intelligitur etiam exclusus ab exceptione.*

6 *Statutum tollens nullitatis allegationem non intelligitur de proueniente ex defectu iurisdictionis, vel de notoria.*

7 *Statutum permittens dici de nullitate vsque ad certum tempus, & post illud vetans, intelligitur prohibere, ne de ea etiam si sit notoria, dicatur, vel ex incompetentia iudicis proueniens. vide num. 15.*

8 *Citatio requiritur in sentẽtia lata super nullitate etiam notoria, aliàs est nulla.*

9 *Citatio peremptoria in executione instrumenti requiritur.*

10 *Exceptio peremptoria opponi potest contra instrumentum habẽs executionem paratam.*

11 *Quando actus est nullus ex certis causis, quamuis sententia sit generalis, poterit iterũ de nullitate dici ex alijs causis, nec præiudicabit sententia.*

12 *Si dictio nullitatis sit generalis, persecutio verò specialis, & ex certa causa, an sententia præiudicabit generaliter.*

13 *Pro rectitudine sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, quando non præsumatur.*

14 *Præsumptio rectitudinis sententiæ non est iuris, nec de iure.*

15 *Statuto præscribente certũ tempus ad dicendum de nullitate poterit nihilo minus post illud tempus per viam exceptionis dici.*

16 *Instantia nullitatis, & appellationis simul deductis perempta, potest quis iterum de nullitate, siue appellatione dicere.*

CONSILIVM XXXVII.

VISIS his quæ proponuntur, videtur prima facie dicendũ, dictã sñiam in omnib. suis partib. valere. Quamuis tñ virtute vltimi rescripti non videat̃ super validitate vel nullitate dicti instrumenti pronunciare potuisse, hanc tñ potestatẽ habuisse vr̃ ex primo rescripto, in quo tm̃ conceditur, vt delinquentes puniat, sed ẽt ꝙ indemnitati supplicantium prouideat, ut iuri nouerit cõuenire, sub quibus ultimis verbis includi vr̃, ut de dicta nul-

nullitate cognoscere possit, attentis his quæ in precibus narrã tur, in quibus expressè petitur iudicẽ dari cogniturũ & iudicaturũ de nullitate uel ualiditate dicti instri, † ad quas rescriptum
1 refertur, a quib. illud declaratur & informat, arg. §. præterea. in sti. de inuti. stip. & l. si fideiuss. §. qui interrogatus. de interroga. actio. & optime probatur in c. inter dilectos. §. cæterum. ibi, ex forma petitionis, &c. de fid. instr. faciũt ẽt no. p Bar. in l. j. ad le gẽ Iul. mai. & hoc in spẽ vult Rom. in ꝯsi. 80. incip. Considerãda profecto, &c. Stante igitur dicta delegatione potuit coram delegato principaliter peti dictũ instrumẽtum vel ꝯctum in eo contentum declarari nullum. ca. quæ in ecclesiarum. & ibi no. Bal. in 2. col. de cõst. c. ꝯstitutus. de rest. in integ. no. gl. in l. si do. C. de rescin. vend. facit. l. quæ sub ꝯdõne. & quod ibi no. Bart. in fi. & Bal. de cond. inst. Itẽ potuit super falsitate sibi cõmissa pri⁹
2 sententiare, deinde sup nullitate, quia † plurib. articulis expresse uel tacite cõmissis, põt delegatus primo vnum expedire, deinde reliquũ; ut est tex. in c. j. de sequest. poss. & fruc. & ibi no. Do. & facit tex. in l. quid tñ, de arbi. vbi idẽ dr̃ in arbitro. Sed ẽt dato ꝙ verba rescripti hunc casum non includerent, vr̃ sñia adhuc
3 valere saltẽ virtute expressæ vel tacitæ prorogationis, quæ † ẽt cadit in iurisdictionẽ delegatã. l. de qua. §. j. de re iud. c. cũ olim. el 1. de offi. deleg. & no. Inn. in c. de causis. eo. ti. do. Ant. & alij in c. P. & G. de offi. deleg. & Bar. in l. j. in fin. in prin. de iud. de qua ꝓrogatione ꝯstare vr̃, nedũ tacitè, sed ẽt expresse ex verbis sñię in qua narrauit iudex habere potestatem a partibus, cui credẽdum vr̃, arg. no. in c. cum in iure. de offi. deleg. ¶ Nec obst. ẽt allegatus defectus litis ꝯtestationis vel citationis pereptoriæ, q̃a
4 † post transitum in rẽ iudicatam pro rectitudine processus, & sñię præsumitur, siue lata sit in præsentem, siue in absentem cõtumacẽ, uerum vel fictũ, & siue lata sit de præsenti, siue non, ut probatur in c. bonę. el j. & ibi no. dom. Abb. de ele. & tenet Spe. in ti. de instr. edi. §. rest. in vers. in summa. & in tit. de sen. §. vt ãt. vers. & no. &c. Doc. in c. quoniã contra. de prob. Ant. de But. & Imo. in c. in p̃sentia. de renun. Imo. in l. ex hac scriptura. de dona. & Rom. late in l. sciendum. de uer. obl. Imo. in d. c. cum in iure, vbi dicit hanc esse cõem opinionem. & Imol. in l. 4. §. condẽnatum. de re. iud. Ang. & Imo. in l. de unoquoq;. eo. ti. vbi etiam Alex. hanc opinionem dicit esse cõem, siue de actis facta fuerit specialis mentio, siue no. Quod etiam procedit, quamuis causa nullitatis dictæ sententiæ pendeat, quia sola appellatio est illa, quæ tollit p̃sumptionem sñiæ, ut no. vult Spe. in tit. de prob. §. j. vers. 5. sequitur uidere &c. cũ quo transeũt, Ant. & Imo. in d. c. q̃m contra. & in d. c. in præsentia. & Ant. in c. per venerabilem. in pen. char. vers. opp. primo. qui fil. sint leg. & est de mente Bal. in authent. q̃ supplicatio. in fi. C. de preci. Impe. offe. ¶ Præterea sñia, qua declaratur instr̃m exequendum sicut ista, non est mere diffinitiua, & iõ nõ requirit litis ꝯtestatio. ut no. Ang. & mo. l. stipulationum aliæ, in prin. de ver. obl. Item dato ꝙ ualere nõ possit ut sñia ex defectu dictæ solennitatis, ualere tñ debet in vĩ laudi uel arbitramenti, quia ex quo iste habuit p̃tãtem a partibus, de qua attestatur, ut supra, viuentur in illum compromisisse, & dictas solennitates remisisse, quia sicut remitti p̃nt a principe, l. fi. C. de sent. & interlo. omn. iud. & cle. sepẽ. de ver. sig. ita arbitro uel arbitratori p̃nt per partes remitti, ut concludit Bar. in auth. offerat. in vlti. q. C. de litis ꝯt. Spe. in ti. de arb. §. nunc ãt versi. forma, &c. Q̃n autem in iudicẽ delegatum compromittitur, ut compromitti põt, tunc põt iudex in eodẽ facto procedere tanquã iudex, & tanquam arbitrator. Et si quidẽ iudex compromissarius in procedendo, uel sententiando excedit simpliciter metã iuris, hoc attribuit arbitrariæ potestati, & ex ea actus sustinetur, quatenus uero ꝓcedit ordinarie, hoc attribuendũ est potestati ordinariæ: ut hæc oĩa probantur per tex. sing. in c. nisi cẽnt. & ibi not. Doc. & maximè do. Abb. de preb. Sed ẽt posito, ꝙ dicta sñia sit nulla, vr̃ tñ, ꝙ nullitas ꝓponi nõ possit agẽdo uel excipiendo, ex quo intra quatuor dies continuos de nullitate non est dictũ, intra quos ex forma statuti eam proponere potuit, & nõ ultra. Constat aũt, ꝙ statutum super hoc potuit disponere inter subditos. l. oẽs populi. de iu. & iur. ar. l. si ca. C. qui accusa. non p̃nt. & l. Titia. de accus. & no. in l. j. C. vt nemo inuti. &c. in quibus ꝯcluditur, ꝙ iudex terminũ põt ex cã abbreuiare, ergo multo fortius statutũ. & clarius ẽt probatur ex ĩfra dicendis. Nec obst. ꝙ intra tp̃s statuti fuerit appellatum, & de nullitate dictũ, quo casu ẽt si instantia sit perẽpta, & cã appellationis, & nullitatis deserta, adhuc dici põt sententia nulla, s̃m Inno. & Do. in c. sæpe. de app. & Bar. in l. si expressim. ff. eo. ti. q̃m prædicti loquuntur de iure cõi, a quo non præfigitur terminus ad dicendũ de nullitate, sed ad appellandũ sic. & ideo in terminis iuris cõis si appellatio, & nullitas cumulantur, quãuis perẽpta instantia dici non possit amplius de iniquitate: nõ tñ excluditur quis a facultate iterum dicendi de nullitate: & hoc quia in causa appellationis p̃figitur tam causæ q̃ instantiæ, sicut in causa restitutionis in integrũ. l. fi. C. de temp. in integ. rest. petẽ. qđ in causa nullitatis non reperitur. Sed stãte dicto statuto p̃figente dictũ terminũ quatuor dierum ad nullitatem proponẽdam, quãuis de ea intra tp̃s fuerit dictũ, ex quo tñ instantia dictæ nullitatis fuit perẽpta, nõ põt nunc nullitas deduci agendo vel excipiẽdo: q̃a t̃pa non largirẽtur. l. accusaturus. in rõne sui, de adulterijs. sicut. n. nunc de ea dicere nõ posset, si illam nunquã ꝓposuisset, ita excluditur, quãuis illã proposuerit, ex quo talis ꝓpositio effectũ non habuit, nec habere põt, & perinde est ac si nullo modo de ea dixisset, quãtum ad hoc: vt tp̃s quatuor dierum præfixum à statuto sibi occurrerit: vt in simili notat Bar. in l. edita. in j. col. C. de edendo. dũ allegat. d. l. accusaturus. & ĩ l. 2. §. nõ solũ. ad Tertul. & in l. si finita. §. Iulianus. circa quintã col. versi. sed quid si in prima citatione, &c. de dã. infe. facit ẽt, qđ no. Cy. in l. contra maiores. C. de inof. test. & melius. in l. fi. §. illud. C. de
5 temp. ap. ibi, tanquã si ab initio, &c. Cum † igitur intra terminũ statuti p̃dictã nullitatẽ deducere potuerit in iudicio & non deduxerit, vel deduxerit, & sine effectu, est exclusus, non solũ a via agendi, sed ẽt a via excipiendi. l. si intra. in fi. C. de non nu. pec. & ꝓbatur ex no. p Inn. in c. fi. de or. cog. post primã col. ibi, q̃a qui succubuit in actione, succũbere dẽt in exceptione tanq̃ minori, &c. & ita in effectu per p̃dicta circa hoc cõcludit Pau. de Cas. in d. consi. 329. inci. Ad primum r̃ndetur, &c. ver. circa s̃m, &c. vbi subditur, ꝙ quamuis talis sñia nulla nõ cõfirmetur, tñ clauditur volenti dicere de nullitate, perinde ac si efficeretur valida, allegat. l. qui hẽbat. in fi. cũ gl. de manu. testa. & no. in c. cum ecclesiasticæ. de excep. per Cy. in l. si quis conductionis. C. loca. p Bart. in l. vbi pactũ. ad fi. C. de trãs. & per Bal. in l. tale pactum. §.
6 j. ff. eo. & si iterũ diceretur, ꝙ † dictũ statutum limitans tempus ad dicendũ de nullitate non vr̃ tollere nullitatem surgentem ex defectu iurisdictionis, vt est gl. in cle. j. de sequest. poss. & fru. cum qua ibi trãseũt Doc. Ang. & alij in l. de pupillo. §. q̃ opus. de ope. no. nun. Imo. in d. l. si expressim. de ap. Pau. de Cast. & cęteri. in l. 4. §. condemnatũ. de re iud. quæ nullitas in proposito allegatur ꝯ dictam sententiam. Item non vr̃ tollere nullitatem notoriam, de qua euidenter apparere põt ex inspectione actorũ, sicut est defectus litis cõtestationis, & citationis peremptoriæ, q̃ similiter deducitur in casu nostro, per ea quæ no. Bal. & Sal. in l. j. C. ne lice. tertiò ꝓuo. & Doc. in locis p̃allegatis. & magis ĩ specie per Petr. de Anch. in consi. 112. incip. De iure cõi. vbi in fi. dicit, statutũ non debere intelligi de dicta nullitate, & sic ꝙ sumus in terminis iuris cõis, & extra casum dicti statuti, quo casu fatetur Pau. de Cast. & negari nõ põt, ꝙ perempta instantia nullitatis, iterũ poterit quis de nullitate dicere. Quia r̃ndeo, ꝙ hoc ꝓcedere possit, vbi statutũ simpliciter & sine distinctione reijcere
7 ret nullitatẽ. sed † q̃n statutũ permittit ad tp̃s de nullitate dicere, & post tp̃s vetat, elapso t̃pe ab oĩ nullitate q̃s excludit, ẽt si sit notoria, vel ex incõpetentia iudicis descendat, vt ꝓbatur ex no. per Bal. in l. vt vim. de iust. & iur. in j. col. dũ vult, ꝙ licet statutũ nõ possit tollere defensionẽ. cle. pastoralis. de re iud. tñ ratione contumaciæ eã põt auferre: quia põt cõtumaci denegari audientia. l. sed si per p̃torẽ. §. sed si cũ decreto. ex quib. cau. ma. & dicit ẽt Ang. in l. si sic. in prin. de leg. j. ꝙ quãuis defensio tolli non possit p statutũ: tñ fallit, nisi ex causa eã tolleret. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. & in l. j. & 2. C. quan. lice. sine iudi. se vindi. ita in proposito, quãuis statutũ absolutè reijciens nullitatẽ nõ intelligatur de nullitate, de qua supra, aliud tamen est, q̃n in odium contumacis seu negligentis de nullitate dicere intra tempus a statuto præfixũ excludit nullitatis obiectionem. Sibi. n. imputet, qui sua negligentia seipsum excludit. l. veteres. in fi. de iti. actuq; priua. Hoc ẽt cõfirmatur ex no. p do. Abb. in c. cum sit Roma. de ap. in 4. col. dicens, ꝙ licet statutũ in totum tollere nõ possit appellationem. c. veniens. de iureiur. Tamẽ poterit abbreuiare, & immutare tempus ad appellandũ, per id qđ hr̃ ibi, per gl. fin. in l. p̃scriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. &

sic

ſic patet,ꝙ aliud eſt perimere in totũ ius dicendi de nullitate,&
aliud eſt tempus ad illam proponendam arctare, & abbreuiare.
Et ita ꝑ p̄dicta in terminis cõcludit Alex.in conſi.105.5.volu.
¶ Sed tñ pręmiſsis non obſtantib.aliter ſentio.Et in primis cõſi
derandum eſt,ꝙ iſta ſñia hẽt multas partes. In prima.n.declara
tur inſtrm̃ validum.In ſequenti verò parte declaratur illud exe-
cutionem mereri.Si ergo quærimus,vtrum talis ſñia in omnib.
ſuis partib.ſit nulla , & tunc aut loquimur de defectu citationis
peremptoriæ,aut de defectu litis conteſtationis, aut de defectu
8 iuriſdõnis. ¶ † Primo caſu talis defectus hanc totã ſñiam reddit
nullã.l.j.§.itẽ cũ ꝫ ſacras.ver.itẽ ex edicto.de ſent. quæ ſine app.
reſcin.l.ad perẽptoriũ.ď iud.& l.ↄſentaneũ.C.qũo,& qñ iudex.
Citatio.n.requirit̃ in ſñia lata ſuꝑ nullitate , ẽt ſi ſit notoria , vt
ↄcludit in ſpẽ do.Ant.in c.ꝑ tuas.de app.allegãdo. D. de Rota.
quãuis in tali cã nullitatis notoriæ nõ requirat̃ libellus vel litis
ↄteſt.vt ibi ꝑ eũ,& alios allegãtes no.in c.ad nr̃am.el 3.de iurei.
9 Item † in executione inſtr̃i requirit̃ citatio, ſ᷒m Bald.in l.ſi quis
curialis.C.de epiſ.& cle.& in l.ab exequutione. in 2.col.C.quo
rum ap.non recip.& Pau.de Caſt.& Mod.in l.poſtulante. in fi.
prin.ad Treb.& dẽt eſſe peremptoria : q̃a cũ hẽat vim diffiniti-
uæ,ſ᷒m Ang.& alios in l.ſtipulationũ alię.in prin.de verb.ob.ad
talẽ ſñiam peruenire non põt niſi p̄cedẽte perẽptorio,ſ᷒m Bar.ĩ
d.l.ↄſentaneum.in 2.col.faciunt ẽt no.& allegata ꝑ Alex.in l.ſti
pulationum aliæ . ¶ Secundo verò caſu,ſ. vtrum in totum ſñia
ſit nulla ex defectu litis ↄteſt. Et dicendũ eſt,ꝙ in illa parte,qua
pronunciauit inſtrm̃ validũ,non valuerit ſñia:q̃a cum deduce-
retur principaliter nullitas dicti inſtr̃i,quę non erat notoria,re
quirebat̃ litis cõteſt.& alius ordo iudiciarius, vt ex dictis oĩum
concludit d.Ant.& Abb.in d.c.per tuas.In ea aũt parte,qua ꝓ-
nunciauit inſtrumentũ exequendũ,vr̃ ꝙ nõ vitietur ex defectu
litis conteſt.quaſi non ſit neceſſaria.l.minor.25.annis cui fidei-
commiſſum,de min.& per Doct.in d.l.ſtipulationũ aliæ. ¶ Quò
verò ad tertium,videlicet, nũquid ex defectu iuriſdictionis iſta
ſententia ſit nulla,dico ꝙ quãuis virtute primi reſcripti & reſer
uationis,de qua in ſententia prima lata ſuper falſitate potuerit
de nullitate vel validitate dicti inſtrumẽti cognoſcere, & ſuper
ea pronunciare:tñ non habuit poteſtatem pronunciandi ſuper
exequutione dicti inſtrumenti,& ideo in ea parte,in qua decla-
rauit inſtrumentum exequendum cum omnibus ab ea depen-
dentibus,eſt nulla ex defectu poteſtatis,& iuriſdictionis,non.n.
inconuenit,ꝙ ſententia pro parte valeat, & in alia parte & capi
tulo ſeparato ſit nulla;vt plenè no.in l.j.C.ſi aduer. rem iudi.&
in c.cum inter.de re iud.Nam primum reſcriptum ſe ad hoc nõ
extendit,in quo tm̃ cõceditur:ut culpabiles puniat, & indemni
tati ſupplicantium prouideat , & ſic in eo demandãdo exequu-
tioni inſtrm̃ nihil dr̃. Minus ẽt hoc cõceditur per ſ᷒m reſcriptũ,
in quo mãdatur:vt de quodã periurio cognoſcat . Nec dicatur,
ꝙ commiſſa diffinitione delegato principis uideatur commiſſa
exequutio,ut ꝑ Barto.& oẽs in d.l.a diuo Pio.in prin.de re iud.
Quia declarare inſtrm̃ eſſe mittẽdũ exequutioni,nõ eſt exequu
tio ſententiæ latæ ſuper ualiditate dicti inſtr̃i,quã tuliſſe dicitur
uirtute primi reſcripti. Imò dicta ſñia,qua declarauit inſtrm̃ ua
lidum,traxit ſecũ exequutionẽ,ut patet ex no.per Bart. in l.mi-
les.§.iudicat.de re iud.Declaratio ergo illa de inſtr̃o exequẽdo,
eſt exequutio alterius actus,habentis uim ſentẽtię ex forma ſta
tuti dantis exequutionem inſtr̃is & non ſententiæ latæ ab ipſo
iudice, ꝙ etiam manifeſtè oñditur : q̃a licet poſt ſñiam opponi
non poſſit exceptio peremptoria.l.peremptorias. C. ſenten.re
10 ſcin. non poſſe. põt tñ † opponi contra inſtrumentum habens
exequutionẽ paratam ex forma ſtatuti,ſ᷒m Ang.in l.j.ff.de tran
ſa.Pau.de Caſt.& Moder.in l.ſi cauſa cognita. C.eo. ergo relin-
quit̃,ꝙ exequutio iſtius inſtrumenti,contra quam opponi po-
terat exceptio peremptoria, nõ eſt exequutio ſententiæ latæ ſu
per eius ualiditate,poſtquam talis exceptio opponi nõ põt. Cũ
ergo talis facultas pronũciandi ſuper exequutione dicti inſtru-
menti nõ includatur ſub uerbis primi uel ſecũdi reſcripti,nulli-
ter fuit proceſſum,& ſuper ea declaratũ, ut concludit Inn.cum
quo alij tranſeunt in c.ſuꝑ literis in j.gl.magna. uer.& no.ꝙ li-
cet gñaliter dixerit hæc decretalis,de reſcriptis. ubi ꝙ proceſſus
habitus coram delegato dẽt eſſe talis , ꝙ comprehendatur ſub
uerbis reſcripti aliàs non ualet: puta, dicit ipſe,ſi quis impetrat
iudicem ſuper quantitate petenda ex cauſa mutui, nõ põt corã
eo agere ad eandẽ ſummam ex cauſa ſtipulationis. Itẽ ſi q̃s im-
petrauit iudicẽ ſuper tali re tanquam per uiolentiam ablata , ſi
poſtea vult agere non ex violentia,ſed ex fraude,dolo,uel metu
non eſt recipiendus eius libellus,ẽt ſi actio intentata ſit ita gña
lis,ꝙ poſſit comprehendere omnem cauſam iuſtitiæ detentio-
nis,dummodo concluſio non ſit ſpãlis ad cã ſpoliationis & uio
lentiæ.Ex cuius dictis infert̃ notabiliter in ꝓpoſito Pau.de Ca.
in conſi.315.inc.Ad ↄfirmationem eorum,&c.ꝙ ſi quis in pre
cibus propoſuerit ſe fuiſſe ſpoliatum,& ſic conceſsũ fuerit re-
ſcriptũ ſuꝑ interdicto vnde vi,in quo neceſſarium eſt, probare
duo,ſ.poſſeſsionẽ tempore ſpoliationis , & ipſam ſpoliationẽ.
l.j.§.deijcitur.de ui,& vi arma.c.conſultationibus.de offi.dele.
& libellus productus corã delegato fuerit ita generalis, ꝙ com
prehendat ẽt poſſeſſoriũ canonis reintegrandæ, in quo ſufficit
probare tantum antiquiorẽ poſſeſsionẽ,ut plene no.in c. cum
ad ſedẽ.& in d.c.ſæpe.de reſt.ſpol.non poterit ſequi ↄdemnatio
ex illo canone, nec ex aliquo alio capite , q̃ ſpolij , non incluſo
ſub tenore reſcripti,per no.ꝑ Inn.in d.c.ſuꝑ literis.Conſtat er
go,ꝙ exequutio huius inſtr̃i peti non potuit coram delegato ,
nec ab eo potuit committi:ex quo in hoc non ↄſtat de manda
to,pro quo non præſumitur,niſi oñdatur. l. j. C. de mandatis
prin.c.cum in iure.de of.deleg.& no.gl.in c.j.in ver. nomen.de
excep.in 6.ſed peti debuit & debet ab ordinario,corã quo po-
tuerunt contra dictum inſtrumentum opponi exceptiones pe
remptoriæ,& coram quo opponi etiam poterit de nullitate di
cti inſtrumenti. ¶ Nec obſ.ꝙ declaratum ſit a delegatio inſtrm̃
eſſe ualidũ,ꝙ cõceditur facere potuiſſe vigore primi reſcripti.
Quoniam eſt aduertẽdũ , ꝙ in prima ſupplicatione ſeu in pri-
mo libello ſupplicatorio fuit allegatum , dictũ inſtrm̃ eẽ nullũ
ſpecialiter ex duabus cauſis.Primò ꝑꝑ quaſdam additiones fa-
ctas ad dictum inſtrumentũ poſt eius publiationem ſine con-
ſenſu ambarũ partium.Scđo ex defectu formæ datæ per literas
ducales.Nõ ãt fuit dictũ ſimpliciter & gñaliter,illud inſtrumen
11 tũ eẽ nullũ ſine cauſæ expreſsione. Qñ ãt actus dr̃ † nullus ex
certis cauſis, quãuis ſñia ſit gñalis poterit. iterũ de nullitate di
ci ex aliis cauſis,nec in eis p̄iudicabit ſñia.l.ſi mr̃.§. j. & l. an ea-
dẽ.§.actiones.de exce.rei iudic.& ita tenet Bart. & alij,in d. l.ſi
expreſſim.circa fi.de app.& Doc.in ca.dilecto.eo.tit. Et tanto
magis:q̃a in caſu noſtro ſñia ſuꝑ ualiditate non fuit gñalis , ſed
lata ex ſpãli cã,vt patet ibi.Declaramus & ſñiamus,dictũ ĩſtrm̃
ualuiſſe & tenuiſſe,ualere & tenere,cũ nobis nõ ↄſtet aliqđ ad
ditum fuiſſe,&c.Et ſic declarat̃,dictũ inſtrm̃ ualere ex hac cau
ſa,uidelicet,quia nõ ↄſtat aliquid fuiſſe aditũ,ergo non præiu-
dicat vltra illud,qđ cõprehenditur ſub expreſſione illius cau-
ſæ,quãuis ẽt ex alijs cauſis vel ẽt generaliter fuiſſet dictũ de nul
litare inſtr̃i,vt patet ex not.ꝑ Iac.But.in l.2.§.ignominię.de his
q̃ no.infa.a quo Bar.in effectu non diſcrepat,q̃uis eũ clare nõ
referat.vbi dicit ↄſilium eẽ , ꝙ cã inſeratur in ſñia, vt ſic ex una
cã non pariat exceptionẽ rei iudicatæ in alia.d.§. actiones. quã
refert & ſequitur Alex.in l.properandũ.§. illo proculdubio. C.
de iud.& idẽ vult Dy.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de uer. obl.
& alij antiqui,quos plene refert Alb.ĩ d.§.ignominię.Nec huic
12 vltimo obſtant no.per Barto.in d.l.ſi expreſſim.dũ uult,† ꝙ ſi
8 rea † ex quo Ludouicum ēt in actu testandi & in morte tractauit ut dixi,iste tractatus vltimus p̄ualet,s̄m Are.in d.c.per tuas vbi vult,ꝙ si quis fuit tractatus ut non filius,& postea vt filius, ꝙ primus tractatus nihil nocet filio,ēt si illi consensisset, ꝙ tractatus præcedens fuit quædam assertio partis,pro se,quæ reuocatur per assertionem postea factam contra se,nec cōsensus filii nocet sibi,qa cōsensisse vr̄ ductus probabili assertione parētum.l.j.§.fi.cum ibi no.qn̄ actio de pecu.est anna. Et hoc tanto magis procedit in casu nr̄o,in quo cū ultimo tractatu cōcurrit ēt natiuitas in domo vicinis scientibus.Non obstat ēt,dū dicebatur,ꝙ dictus Ludouicus,& Franciscus sunt similes dicto Cę-
9 sari,& non ser Ioanni:quia † ex hoc non probatur,nec præsumitur,ꝙ fuerint filij dicti Cæsaris,s̄m Bar.in l.Gallus.in fin.de lib. & posthu.vbi reprobat opin.Iacobi de Belui. in disput.alleg.in contrarium,quia secundum eum ex cogitatione mulieris tempore conceptionis contingit partum alteri assimilari.l.quęret aliquis.& ibi no. de ver.sig.& l.non sunt liberi. de sta. hom.

& loquitur Bar. et qñ mulier rē habuerat cū illo, cui assimilabatur, q̃a mortuo primo viro post duos dies cū alio contraxerat matrimonium, & in nono mense peperit, ita ꝙ partus potuit esse primi viri, & potuit ēt esse secundi. Nā q̃uis secundo viro assimiletur, per hoc tñ, secundum Bar. non probatur, ꝙ sit filius secundi. Vñ & in casu nr̃o, quamuis ēt dicatur probatū, ꝙ mulier cum Cæsare cōmisit adulteriū, & ꝙ partus assimilat̄ Cęsari, & ꝙ retro fuerit mulier sterilis, ex his tñ tribus nō dicit̄ ꝓbari, ꝙ sit filius illius, & multo minus q̄ in exemplo Bar. in quo quatuor concurrebant, s. quia secundus erat maritus mulieris, & cū ea matrimoniū cōsumauerat, & illi assimilabatur partus, & erat dictus partus in domo eius natus. Et q̄uis talia operent̄, ꝙ saltem non dicatur partus filius primi mariti, quāuis non ꝓbent, ꝙ sit filius secundi, in casu tñ nr̃o adulterium vxoris, & ꝙ partus adultero sit similis, & ꝙ ēt mulier fuerit sterilis, non operantur, quòd partus non dicatur mariti filius, in cuius domo natus est, quia isto casu Cæsar non erat maritus, sicut erat secūdus in casu Bar. facilius ergo in casu suo cessat præsumptio, ꝙ non sit magis natus ex primo q̄ ex secundo uiro, & econtra, cū sit ltimus partus, ex quocūq; dicatur natus, qđ secus esset, si in casu nostro ex marito diceretur non natus, & ideo quia fauorabilius est filio, ut dicatur isto casu natus ex marito, iō pro eo est ꝑsumendum in dubio, ſm Abb. in d. c. per tuas. de proba. in primo no. in fi. Et bene facit, quod voluit Iacobus Butrig. in d. l. q̄dā. de prob. cum quo ēt transit Florianus, ubi dicit, ꝙ si quis ꝓbet se natum ex uxore alicuius in eius domo, uicinis & affinib. scientibus, & alius ad excludendū eū a successione defuncti ꝓbet illū fuisse tentū & tractatum ut filium presbyteri, quod nihilominus tanquam filius debet obtinere, quia probauit proprietatē filiationis, & aduersarius solā quasi possessionē, & dicit ita obtentū fuisse de facto. Quia ergo isto casu nedū probat̄ filiatio in substātia, sed ēt quasi possessio filiatiōis, quia Ludouicus & Franciscus nati sunt ex vxore ser Io. in eius domo, & ab eo sunt instituti tanquā filij, & sic tanquam tales ab eo habiti & retenti, dēt oīs ꝯiectura, quæ in oppositum allegat̄, cōfundi, & sic nihil dēt operari, ꝙ uxor cū Cæsare cōmiserit adulteriū, & ꝙ partus sit similis adultero, & ꝙ illa fuerit sterilis retro, q̃a si ꝯfunditur probatio, quasi possessio filiationis, quæ solet operari, ꝙ onus probādi trasferatur in aduersariū, vt superius est, dictū, qñ filiatio in substantia probat̄, vt in casu Iac. Butr. multo magis in casu nr̃o, oīa q̄ in ꝯrium allegant̄, q̄ separatim & simul non inducūt quasi possessionē filiationis respectu alterius, dēt cōfundi probata substantia filiatiōis respectu ipsius ser Ioan. & multo magis cū probetur filiatio in substantia, & quasi possessio, quę saltē simul & cōiunctim absq; dubio debent ꝑualere ad effectū, vt prædicti dicantur filij ser. Ioan. & non Cæsaris adulteri. ¶ Ex alio quoq; vr̃ prædicta non obstare, quia probatum nō vr̃ adulteriū per do. Luciā, maxime tempore natiuitatis Lu-

10 douici. Nam † licet uideant̄ quidā dicere, ꝙ uiderunt illā cum solo Cæsare in camera clausa, ex hoc tñ solo non probatur copula, vt uidet̄ esse casus satis clarus, cū ibi no. in c. ꝑterea. de testib. vbi hr̃, ꝙ si testes dicant, uidisse duos existentes in camera, & audiuisse post modum illos cōmisceri, prout exēplificat ibi Abb. in fi. ꝙ ꝑ hoc non ꝓbatur copula, nisi cū dicto illorū concurrat fama, vel probentur alia adminicula. Si ergo plena probatio copulæ non inducitur, si deponāt testes, ꝙ viderunt duos in eadē camera, & ꝙ deinde audierunt eos cōmiscentes, quia potuissent decipi, secundum Doc. multo minus probatur, qñ simpliciter dr̃, quod duo fuerunt in camera clausi, & de auditu nihil deponunt. Et licet in casu præcedēti probet̄ copula, si adsint alia adminicula, puta quia cōstat de amore īter eos, uel de risu, uel tactu, aut ioco, uel muneribus, secūdū Host. in d. c. præterea. In casu tñ nostro, in quo non deponunt testes, quod existentes in camera audierint cōmiscentes, probatio non perficit̄ q̄uis probetur, ꝙ adinuicem se amarent, ut est de intētione do. in d. c. præterea. dum uolunt, & in tex. probatur, quod ex cōcursu dictorū indiciorum, uel alicuius eorū, probatur copula, quādo testes deponūt duos uidisse in camera, & postmodum audiuisse illos se cōmiscentes. quando ergo hoc ultimum deficeret, scilicet qđ de tali auditu non constaret, sentiunt, quod ex quolibet indicio non suppleatur probatio, arg. l. cum pretor. de iudi. in prin. ¶ Nec obst. quod quædam mulier dicere uideatur, quod audiuit Cæsarem & do. Luciam in eodem lecto iacentes adinuicem cōmisceri: q̃a non probat: quia in hoc est sola, ideo non probat. l. vbi numerus. de testi. ex ꝑmissis ergo sequitur, ꝙ quamuis cōstaret de amore inter dom. Luciam, & Cæsarem, & ꝙ in camera soli stetissent, quòd ex his non probatur adulterium, ex quo testes non procedunt vlterius, nec dicunt, ꝙ illos in camera existentes audierint commisceri. Et idem satis probatur in cap. literis. de præsump. ubi habetur, ꝙ ad probādum copulam debet constare de actibus venereis propinquis & non remotis, & in c. tertio loco. eo. tit. Et est satis expresse de mēte Barto, in l. quod ait lex. in princ. de adul. ubi per no. ibi dicit, ꝙ si statutum velit, ꝙ adulter deprehensus cum uxore possit à marito impune offendi, dicetur deprehensus quādo repertus fuit in camera in actib. venereis: & sic ex mente Bar. non sufficit, ꝙ reperiatur in camera, sed est necesse, ꝙ in dictis actib. deprehendatur. & ita ēt intelligi dēt, qđ no. Bar. in l. capite quinto. eo. tit. dū dicit, ꝙ adulterium probat̄, si uir cum muliere sit repertus in camera, uel ipsam osculantē, uel tangentē, qui noluit dicere, ꝙ sufficiat virū fuisse repertū in camera cū muliere, quāuis loquatur alternatiuè, sed fuit intentio sua, ꝙ sit necesse illū reperire in dicto loco in actu venereo, s. deosculantem, uel tangentē, & sic voluit solū inter actus venereos ponere alternatiuā, & ꝙ ita senserit patet: quia allegat. c. præterea. de testib. ubi probat apertè, vt dixi, ꝙ copula non probatur ex hoc, ꝙ duo sint reperti in eadē camera, si non ꝯstet, ꝙ in eodē loco aliud sit actum, & ꝙ etiam Bar. ita voluerit, colligit̄ ex his q̄ dixit in d. l. quod ait. & ita ēt eū intelligit Ang. Aret. in tractatu malefi. in vers. che hai adulterato la mia dōna, &c. col. 3. in versi. incip. an patri lice. &c. Et isto mō etiam debent exponi & intelligi verba Abb. in d. c. tertio loco. de ꝑsump. qui uerbis Bart. in d. l. capite quinto, vtitur quasi formaliter, aliàs male loqueretur, & contra tex. & no. per Doc. in d. c. præterea. prout superius latius deduxi. ¶ Non obs. insuꝑ dum dicebatur, ꝙ Franciscus fuit conceptus ex adulterio, quia probat̄, ꝙ eo t̄pe ser Ioan. erat impotēs ad coeūdum, quia negatur hoc fuisse probatū. Nam medicus, qui super hoc dicit̄ esse receptus, deponit, ꝙ tēpore quo cœpit videre ser Ioan. eius uxor erat prope partum, & ꝙ ille erat tunc impotens ad coeundum, & sic deponit de impotentia, quæ aderat post conceptionē ex interuallo, & nō de impotētia tēpore ꝯceptionis, de qua debuit cōstare, & ad dictū t̄ps debuit testis se restringere, quia est de substantia: & quia post conceptionē potuit impotētia superuenire, ut no. in l. eū actū. de neg. gest. & in l. matrē. C. de ꝓba. & per Bar. & Doc. in l. non solū. §. sed ut probari. de ope. noui nun. Præterea nō probat iste testis: quia est unicus. l. ubi numerus. de testib. et in c. in omni negotio. eo. ti. nec est curandū, ꝙ sit peritus, ex quo deponit tanq̄ testis, ſm Bar. et Ang. in l. se-

11 mel. C. de re mili. lib. 12. ubi † dicūt, ꝙ tanquā perito alicui creditur, quando iudex illi imponit relationem, & illū examinet, & examinatus reddit cām sui dicti. Et de hac inquisitione iudicis fieri dēt mentio in actis. & idem uult Bald. in c. proposuisti. de probationibus, per tex. in l. j. §. 1. de ventre inspicien. Et ubi

12 † ēt tanq̄ peritus fuisset assumptus solus, tñ non sufficeret. q̄do plures fuissent in loco, quia requirūtur ad minus duo c. signi casti. de homicidio. ꝓut vult Bar. in d. l. semel. Bar. & Bal. in ꝓœmio Dige. in fine, Rom. & moderniores in l. j. §. fi. de uerborum obligatio. cum concordantib. de quibus per eos ibi. Alii enim testes de hoc nihil probant, quia deponunt de auditu auditus. l. testium. cum ibi not. C. de testibus. Nec ēt t̄pe conceptionis & natiuitatis dicti Francisci probatur adulterium. do. Lucię. per ea quæ in præcedentibus dixi. ¶ Et dato ēt, ꝙ probaretur plene, ꝙ t̄pe conceptionis dicti Francisci ser Ioannes esset impotens ad coeundū, & consequenter ꝙ Frācíscus nō eēt filius suus, ꝑ hoc tamen argui nō posset idē de Ludouico, q̄ natus fuit ꝑ aliquot annos, prius, quo t̄pe dictus ser Ioānes nō erat impotens, & de eius impedimēto tūc t̄pis nō apparet, q̃a stant simul, ꝙ unus sit legitime natus, & alius sit illegitimus, & ad oīa alia, q̄ contra Ludouicū possunt obijci, in præcedentibus fuerunt sublata. Et iō concludendum arbitror, ꝙ prædicti ab hæreditate ser Ioannis tanquam legitimi non possunt excludi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio contra minorem currit etiam sine spe restitutionis, quando cum eo nil est gestum, sed cum defuncto.*

Præ-

2 *Præscriptio currit etiam ignoranti.*
3 *Præscriptio generaliter a statuto inducta currit etiam contra minorem.*
4 *Tempus omne quo ad initium præsumitur utile, præsertim quo ad hoc ut non incipiat currere contra ignorantem.*
5 *Tempus petendæ restitutionis in integrum est utile, & ideo non incipit currere contra ignorantem.*
6 *Tempus præscriptionis conuentionalis utile est.*
7 *Præscriptio quando currat ignoranti.*
8 *In legibus, in quibus dicitur, quod aliquod tempus currat, intelligitur interueniente scientia partis.*
9 *Ignorans contra quem concurrit præscriptio, restitui debet.*
10 *Statutum facere non potest, quod præscriptio currat contra ignorantem.*
11 *Præscriptio triginta annorum currit contra ignorantem, sed ei conceditur in integrum restitutio.*
12 *Dispositio generalis non tollit priuilegium iure communi concessum.*
13 *Restitutus in integrum fructus recuperat.*

CONSILIVM LIIII.

CONSIDERATO themate transmisso, & quãtũ in me est ponderatis oĩbus ad rem pertinentibus, videt̃ prima facie dicendum, ꝙ Hector ex aliquo capite non possit recuperare terras in dotem datas vel assignatas marito sororis suæ ꝑ eius patrẽ cũ pacto, quod posset illas retroemere intra octo annos quibus elapsis sint & eẽ debeãt dictę terræ fundus dotalis. Cũ ergo intra dictum tp̃s non sit ꝑ Laurentium, nec ꝑ Hectorẽ eius hæredem & filiũ redemptę, non dẽt dictus Hector audiri, sed submoueri, & post dictum tp̃s repelli. l. obligationũ fere. §. placet. de actio. & obl. l. eum qui ita. de uerb. obli. & l. nemo põt. cũ ibi not. de lega. j. Nec ẽt videtur obstare, ꝙ contra minorẽ non currat p̃scriptio, & maxime contra pupillum, ẽt si p̃scriptio sit triginta annorum. l. fi. C. in quib. causis restitut. in integrum non est necessaria, & l. sicut. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Quia
1 † cum nihil cum eo fuerit gestũ, sed cum Laurentio eius patre, & ex suo non facto excludatur, ideo contra minorem & pupillum currit præscriptio. Et aduersus illa non restituitur. l. Aemilius. de minorib. l. apud Iulianum. §. j. ex quib. causis in possess. eatur. & l. 2. C. si aduersus uenditio. pign. in quibus probatur, & not. ꝙ contra minorem & pupillum currit præscriptio ẽt conuentionalis sine spe restitutionis, quando excluditur tempore per non factum, & nihil est gestum cum eo sed cum defuncto, & siue incœperit præscriptio a defuncto maiore siue ad ipso pupillo & minore. & no. etiam per gl. in l. si cum militantib. C. de restõne mili. per gl. Bar. & alios in dicta l. 2. C. si aduersus uẽditio. pign. & in l. fi. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessa. per gl. Bar. & oẽs in l. cum filius. §. in hac. de uer. obl. cum concor. de quibus ibi per Moder. Et ex hoc ẽt infert Bart. in dictis locis, ꝙ si minor, q̃ successit emphyteutæ non soluit canonem intra tempus congruum, ꝙ cadit a iure suo, ẽt sine spe restitutionis, quia hoc contingit ꝑ non factũ ipsius minoris, cũ quo nihil fuit gestũ, sed cũ defuncto, ꝓpterea contra illum currit tempus, & illi non datur restõ, ut in dictis iuribus. Et hoc ẽt locum habet, quãuis minor enormiter læsus reperiatur, secũdũ opinionem Azonis relatam per gl. in d. l. 2. C. si aduer. vendit. pign. cum qua transit Bar. & alij. Et istud etiam tẽpus currit ignoranti, quia non requiritur factum hoĩs vel mora, ẜm Baldum in l. quamdiu. C. qui admitti, per l. fi. C. de p̃scriptio. lõg. tẽp. & facit, ꝙ notat gl. in rubrica, & ĩ l. j. de diuer. & tẽp. p̃scriptio. q̃ vult ꝙ in dubio oĩs p̃scriptio hẽt tp̃s ꝯtinuũ, & ꝑ Ale. in l. fi. C. de dolo, q̃ ex hoc infert, ꝙ currit ignoranti. Nec prædictis obstare vr̃ statutũ sub rubrica, de p̃scriptione, quo cauet, ꝙ minori decẽ & octo annis non currat p̃scriptio triginta annorũ quia statutum loquitur de p̃scriptione legali. 30. annorũ, & non de conuentionali octo annorũ, de qua agit, ad q̃ non dẽt trahi statutum contra ius cõe, secundum quod currit dicta præscriptio. 30. annorũ ipso iure cõtra minorẽ. l. sicut. C. de p̃scrip. 30. ann. Quæ ab ista differt quo ad originem, & quantũ ad uitam. l. si uero. §. de uiro. solo. matrimo. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. Vel saltẽ debet restringi statutum, ut minus lædat ius cõe q̃ fieri potest, l. 2. C. de noxalibus, & c. cũ dilectus. de consuet. Et sic debet intelligi de præscriptione, aduersus quam minor de iure communi restituitur, sicut contingit, q̃ñ aliquid fuit gestũ cum illo, iuxta not. per Bar. in dicta l. fin. C. in quibus causis in integrum restitutio nõ est necessaria, & non de illa, q̃ currit ex facto defuncti, & q̃ñ nihil est gestum cum minore, ut in casu nostro, & aduersus, quam ut dixi, minor non restituitur, & sic est maioris p̃iudicij. Et ꝙ cursus istius præscriptionis conuẽtionalis, de qua agitur ꝯ minorẽ, nõ sit ꝓhibitus per prædictũ statutũ, sed præscriptio cõcedatur & permittat̃, ꝓbatur ex alio statuto, quo cauetur, ꝙ si emptor ꝓmisit rẽ ab eo emptam retrouendere intra certũ terminũ, ꝙ illo elapso non teneatur amplius dictã rẽ retrouendere, & ꝙ non possit pro ea uel fructibus eius molestari. Et q̃a statutũ
3 † hoc quoad personas loquitur gñaliter, includit & cõprehendit ẽt minorẽ. l. sine hærede. §. Lucius. de administ. tutorũ. c. constitutus & ibi not. Doc. de restit. in integrum. vbi videtur casus, ꝙ præscriptio gñaliter inducta a statuto currit contra minorem. & not. Ang. in l. si plures. de pactis. & notat glo. penul. & Cynus in l. 2. C. quæ sit longa consue. & Iacob. Butrig. in l. de quibus. de legi. in fi. & Baldus in l. fin. C. de restitu. in integrum. Et tanto magis isto casu, in quo cũ præscriptione statuti concurrit etiã præscriptio cõuẽtionalis, iõ plus debet operari, & sic sub statuto includitur etiam ille, qui aliàs non includeret̃, arg. §. sanctissimas. in auth. de non alie. & l. 2. C. de vsuca. pro empt. & per no. in l. verum. de condi. appo. per Imolã. Alex. & alios mod. in l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. j. cũ conc. de quib. ibi per Alex. in quibus iuribus probatur, & no. Doc. in dictis locis, ꝙ vbi concurrit duplex prohibitio, scilicet legis & hominis includuntur casus speciales, sub una tñ ꝓhibitione non includerentur. Et quãuis istud statutum concedens p̃scriptionem sit generale quo ad ꝑsonas, & aliud statutũ ꝓhibẽs p̃scriptionẽ cõtra minores quoad personas minorum sit spãle, tñ quoad casus est gñale, & ideo nõ derogat statuto, qđ est, quoad ꝑsonas gñale, & quoad casus speciale, & qđ nedum spãliter sed ẽt singulariter loquitur de præscriptione conuentionali, quæ currit cõtra illũ, cui emptor intra certum terminum promisit retrouendere. Et ista spãlitas quoad casum debet magis attendi tãquam istud sit fauorabilius, quia cõcurrit dispositio dicti statuti ĩ hoc cum pacto cõtrahentium, & consequenter ẽt cum iure cõi. l. j. §. si conuenerit. deposi. Et statutum speciale quoad personas est contra ius commune, ideo aliud statutum, quod concurrit cum pacto & iure communi debet fauorabilius reputari, per no. per gl. in c. statutum in uersi. numerandũ. de præb. in 6. & per Alex. in l. si cõstante. in prin. solu. matri. super 9. q. Bart. primæ partis prin. Et ẽx hoc sequitur, ꝙ statutum istud fauorabilius tanquã magis speciale derogat alteri statuto uelut magis generali, per no. per Bart. in extrauaganti ad repri. in uers. non obstantibus. per Bal. Imo. & Alex. in l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posthu. & in l. Titia. de lega. j. cum concordan. de quibus in dictis locis.

¶ Quibus tñ non obstantib. ꝯrium puto verius. Nã tp̃s octo annorũ ad retroemẽdũ ex pacto expresso cœpit currere post matrimonium consumatum, quo tempore Laurẽtius & eius filius quib. pactum fuit factum erant mortui, & sic cõtra illos de medio sublatos tempore ꝯtracti matrimonij, cursus tp̃is incipere non potuit. ¶ Nec etiam matrimonio cõsumato currere cœpit ꝯtra Hectorẽ & fratrẽ, filios & hæredes dicti Laurentij, nisi a tẽpore sciæ, qui præsumuntur ignorasse factũ defuncti, nisi ꝓbetur sciã. l. qui ĩ alterius, de reg. iu. & c. q̃ ĩ ius. eo. ti. li. 6. & q̃a tp̃e quo dictũ tẽpus currere potuisset, prædicti erãt infantes, ideo ẽt ratione dictæ ætatis, & ea durante, ignorantia ẽt facti præsu
4 mitur. l. j. C. de falsa moneta. Nã † omne tempus quoad initium præsumitur utile regulariter, præsertim quoad hoc, ut non incipiat currere ꝯ ignorantẽ, ut probatur ex no. ꝑ Bart. in l. genero. de his qui no. infa. & hoc expresse uult Angel. ibi per l. quinquaginta. cum gl. de excusa. tut. & l. q̃dam decedens. §. finali. de adminis. tuto. Et idẽ per prædicta iura vult Paulus de Cast. in ꝯsi. 276. Vr̃ dicendum, &c. Nec obstat ẜm prædictos, qđ not. gl. in rub. & in l. j. de diuer. & temp. præscrip. quæ uult, ꝙ præscriptiones dicantur habere tp̃s continuum, per l. nunquam. §. in usucapionibus. de vsucapio. quia illud debet intelli ex post facto, id est, postquam cœpit currere, sed ab initio & antequam incipiat currere, est utile, & non currit ignoranti, per iura præalleg. & probatur etiam in l. j. §. fi. quando appell. sit, & in l. ab eo. C. quomo. & quando iudex. ubi habetur, ꝙ tempus datum ad appellandum

landum non currit ignoranti, sed à die scientiæ. Et istud etiam
5 confirmatur. nã † tempus, qđ dat ad petendum restõnem in in tegrũ, est vtile quò ad initiũ, ꝭm Bar. in l. fi. C. de temp. in integ. restitu. pet. Et ideo non incipit currere contra ignorantem, ꝭm Bal. in l. falsam. C. si ex fal. instr. & Car. in cle. j. de resti. in inte. Ale. in consi. 4. & consi. 89. 2. vol. & consi. 64. Circa pñtem, & c. 4. vol. ¶ Præterea gl. in d. rub. & in d. l. j. de diuer. & tem. pscr.
6 q̃ vult, tps esse cõtinuũ loq̃tur in pscriptione legali, sed † in conuentionali, de qua agit in casu nro, tps dēt eē utile, sicut ēt videmus, ꝙ tps præfixũ a prætore est utile in dubio, ꝭm gl. no. insti. de ppe. & tempo. præscr. in prin. Bal. in d. l. genero. Rom. in l. j. §. occisorũ. ad Sylla. & Ale. in l. fin. C. de dolo. Sicut ergo gl. in d. rub. nõ hēt locum in tẽpore pfixo a prætore, & sic restringitur ad tẽpus præfixũ a lege quãtum ad hoc, pari rõne restringi dēt, ut non includat tẽpus præfixũ ab hoĩe. ¶ Et per hoc rñdetur ad l. auus. in fi. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. & ad l. fi. C. de præscr. longi tẽpo. vbi pscriptio 30. anno. currit ēt ab initio cõtra ignorantẽ, quia loquũtur dicta iura in pscriptione legali, vel ꝭm Ange. in d. l. genero. illud est, qa Imperator ita statuit expresse, & vlterius processit illo casu. Et isto mõ ēt ad illã legẽ rñdet Bald. in l. j. C. qui admitti, in 24. oppo. Et prædicta ēt comprobantur
7 ex no. per Bald. in d. l. genero. ubi concludit ex mente Bart. † ꝙ aut allegatur cursus tpis ad hoc, vt ignorans euitet damnũ, vel pœnam. & tunc currit ignoranti, ut ibi. aut allegatur ad excludendum ignorantem a iure suo, puta ab actione uel defensione quã habet, & non currit ignoranti. l. cum sex. de ædil. edicto. & l. quinquaginta. de excusa. tut. & iste est casus nr̃ quia actio ad retroemendum competebat prædictis hæredibus ex stipulõne purè concepta, & cursus temporis octo annorũ allegatur contra dictos hr̃des ignorantes ad excludẽdum eos ab actione prædicta, iõ non currit ignoranti, ꝭm Bald. ¶ Nec prædictis obstat, ꝙ actũ sit, ꝙ terminus octo annorum incipiat a die consumati
8 matrimonij: quia † debet subaudiri, & sciẽtię, p d. l. quinquaginta. cum gl. ubi fit eadem subauditio. Et probatur ex no. per Bar. in d. l. genero. & per Paul. de Castro in d. consi. in fine, ubi uult, ꝙ quando terminus assignatus a die, quo soluerint, uel fuerint in cõcordia, debet subaudiri, & notitiã habuerint, per d. l. quinquaginta. ꝭm gl. Et probatur etiam in auth. hodie. iuncta gl. C. de appellation. dicitur enim ibi in textu, ꝙ tempus decem dierũ datum ad appellandum currit a recitatione sententiæ. & gl. subaudit, & scientiæ. Nec etiam dictis hr̃dibus nocet scientia Laurentij patris, quia dum ille uixit, dictum tẽpus non fuit inchoatum, quia matrimonium adhuc non erat contractum, sed sumsit initium post mortem. & cœpit posse currere contra eius hæredes, uerum quia illi de hoc notitiam non habuerunt contra illos ignorãtes nõ potuit cursus dicti temporis inchoari. Quia ergo contra prædictos hæredes ignorantes ipso iure terminus octo annorum non est decursus, pñt adhuc pro eadem quantitate dictas terras in dotem datas re acquirere, & quantitatem offerre. l. 2. C. de pactis inter emptorem & uenditorem. Sed dato etiam, ꝙ dictus terminus esset decursus contra dictos hære-
9 des ignorantes, possent tñ † saltem ex capite ignorantiæ, & ex clausula gñali, si qua mihi iusta cã, petere restitutionem in integrum aduersus cursum dicti temporis. secundum gl. in l. fi. C. de præscriptione longi temporis, & in l. si partem. §. j. quemadmodum serui. amittatur. & in l. j. C. de patria potestate. Bart. & Angelus. in l. j. §. si quis autem propter. C. de itiner. actuque priua. Angelus, Imo. Paulus de Castro, & Aretinus in l. Pantonius. in prin. de acquir. hæredi. Bartolus & Doctores communiter in l. cum filius. §. in hac. de verb. obligatio. cum concor. de quib. ibi plenè per Alexãdrum. & ista est communis opinio, ut ibi latius per eum. ¶ Et per prædicta facile respondetur ad allegata in cõtrarium. Nam primo non obstat, quod post tempus appositum gratia limitandæ obligationis, quis excludatur. l. obligationum fere. §. placet. de actio. & obligatio. quia hoc uerum contra sciẽtem, secus contra ignorantem, contra quem non incipit tempus currere, uel saltem ignorans debet restitui. ut pbat per prædicta. Et similiter non obstat, dum dr̃, ꝙ præscriptio currit contra pupillum & minorem sine spe restõnis ex suo non facto. & quando nihil est gestum cum illo. l. Aemilius. de min. & per notata in l. cum filius. §. in hac. de verb. oblig. & in alijs locis in contrarium allegatis, quia conceditur, quòd ratione minoris ętatis non impediatur dicto casu cursus præscriptionis, sed ex capite ignorantię potest impediri, quando a defuncto non potuit inchoare, sed solum ab eius hr̃de ut ĩ casu nostro, quia quãtũ ad hunc effectum tps ab initio est utile, ut est superius probatũ. Et similiter ĩ casu ꝯrio, de quo ĩ l. Aemilius. cũ ꝯcor. q̃uis denegetur, restõ ex capite minoris ætatis, ut ibi, tñ conceditur hr̃di ex capite ignorantiæ, siue sit maior, siue sit minor ꝭm Bar. & Doc. communiter in d. l. filius. §. in hac. & in alijs locis ibi allegatis, & c. Et non obstat, dum dicitur, ꝙ per statutum non prohibetur isto casu pscriptio cõtra minorem, qa q̃uis sit uerum, ꝙ non prohibeatur, tanquam iste casus sit a statuto omissus tñ de iure cõi pp ignorantiã non currit pscripto ipso iure, uel si currit, dat̃ restõ ex dicta clausula gñali de iure communi, & a quo, quantũ ad hoc, p statutum non intelligitur esse recessum. Nec ēt obstat, dũ dr̃, ꝙ isto casu in specie, quo dat̃ terminus certus ad retroemendũ, elapso termino indistinctè repellatur ille, qui vult retroemere ex forma alterius statuti, qa nõ psequẽdo aliter, vtrum illud tanq̃ magis speciale alteri deroget, vel illi derogetur per aliud statutum, quia hoc non est necessariũ. Ad istud rñdetur, ꝙ prædictum statutum recipit interpretationẽ a iure cõi. l. 2. C. de noxali. & c. cum dilectus. de consuet. Et sic restringitur statutum & hēt locum ꝯ scientẽ & non ꝯ ignorantẽ, p superius dicta. Et satis ēt operatur statutum, ꝭm hanc interpretationẽ, quia de iure cõi elapso termino dicto excludebatur sciẽs ope exceptionis tantum, d. l. obligationum fere. §. placet. & no. ĩ dicta l. nemo põt. Sed stante dicto statuto, excluditur ipso iure,
10 † quinimò etiam per statutum fieri non posset, ꝙ tẽpus curreret ignoranti, ꝭm Compostella. not. in c. eã te. de rescriptis, quẽ refert & sequitur Bal. & Ang. in d. l. genero. Si ergo hoc nõ põt statui expresse, non intelligitur ēt statutum in dubio hoc uoluisse, per no. per Bartolum in l. quæ sub conditione. de condi. insti. in fi. Et dato ēt ꝙ statutũ expresse voluisset & potuisset disponere, ꝙ dictum tẽpus curreret ꝯ ignorantẽ, non tñ ēt tunc intelligeretur denegata restitutio in integrum ex capite ignorãtiæ ex dicta clausula gñali, si qua mihi iusta cã, ꝙ probatur concluden
11 ter. Nam † de iure cõmuni præscriptio triginta annorum currit contra ignorãtẽ, dicta l. fi. C. de præscriptione longi tẽporis. Et tñ pp hoc non censetur denegata restitutio in integrum ex dicta clausula, ꝭm gl. ibi, & Bar. & Angelum in d. l. j. §. si quis autem propter, de iti. actuq. priuato. Bar. & Alex. in d. l. cum filius. §. in hac. Et est ratio, quia per verba ēt generalia non intelligit̃ quis excludi a bñficio restõnis quod conceditur de iure speciali, ꝭm Docto. in c. fœlicis. de resti. in integrum. & Are. in d. l. Pãtonius. in prin. qui ēt pro hoc allegat. l. decurionibus. C. de silen
12 tia lib. 12. & ibi no. Bart. ꝙ † aliqua dispositio quantumcunque generalis non videtur tollere priuilegium speciali iure concessum, quem etiam ad hoc allegat Bal. in l. si plures. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in c. j. quo tempore miles. Et quia, ut ex præmissis colligitur, tẽpus ad retroemendum adhuc non erat decursũ, qñ aduersarius propria authoritate occupauit dictam petiã terræ, tenetur ad restitutionem fructuum perceptorũ, ultra illud, ꝙ durante prædicto termino sibi fuerat promissum. leg. j. §. qui vi. & §. ex die. cum sequenti, de ui, & vi armata. Et idem etiam si tempus ipso iure fuisset decursum & restitutio concederetur, quia † etiam restitutus per uiam iustitiæ fructus recuperaret. l.
13 patri pro filio. §. item ex diuerso. de minoribus, & ita concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Dos constituta ab extraneo non intelligitur muliere donata, si is sibi stipulatus eam sit incontinenti.*
2 *Donatio inter uiuos esse censetur, licet in ea sit facta mentio mortis, quando interuenit duplex promissio & stipulatio. vide n. 8.*
3 *Iura loquentia simpliciter de prohibitione non habent locum in prohibitione duplici.*
4 *Generalis statutorum derogatio ad iurata non porrigitur.*
5 *Confirmatio statutorũ facta per Papã non refertur ad inualida.*
6 *Clausula posita ad aliquam dispositionem qualificandã, ad alias referri non debet.*
7 *In dubio capienda est ea interpretatio, quæ doti fauorabilis est.*
9 *Statuta licet infringere non possint iuramenta, possunt tamen disponere, ne instrumentum uel scriptura, in qua continetur actus iuratus, fidem faciat.*

10 *Papæ*

10 *Papa potest approbare statuta laicorum reprobantia iuramentum super actu prohibito ab ipsis statutis.*

CONSILIVM LV.

1 NON est dubium, ꝙ quando † dos est constituta vel aucta ab extraneo, ꝙ non intelligitur mulieri donata, si ille stipuletur incontinẽti dotẽ sibi reddi.l.ob res.§.j.de pact.dota.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.actio.& l.si eũ dotẽ.in prin.solu.mat.& facit.l.quoties.eo.ti. Dubium ergo remanet, an in hoc a iure cõmuni per statutum videatur recessum,quo cauetur, ꝙ mulier, pro qua data est vel promissa,uel cõfessata dos, uel eius augmẽtum extantibus liberis,uel non, a quocunq. vel ubicunq; data uel confessata fuerit,lucretur dictam dotem & eius augmentũ, non obstante,ꝙ alius,qui dotẽ, vel eius augmentũ dederit, vel promiserit,seu confessionẽ a parte viri receperit,illam uel illud sibi reddi stipulatus fuerit, &c.Et prima facie uidetur dicendũ, ꝙ in casu isto statutum prędictum non habebat locũ,quia loq. tur de illo,qui stipulatus a parte uiri dotẽ sibi reddi,& sic ab ipso uiro,uel alio recipiente nomine viri,uel loco eius,puta a patre suo,quia hoc importãt illa uerba a parte viri, ut est expressum in d.l.unica.§.& ut plenius.C.de rei vxo. actio. Sed in casu nostro ille, qui auxit dotẽ, non solum tempore dationis a uiro stipulatus est dotem reddi etiã antea, & tempore quo centum promisit mulieri pro augmento dotis,ab ea stipulatus est,ꝙ illã sine filijs præmoriẽte ad illum reuertatur dicta quantitas, quo casu non dicitur a parte uiri stipulatus,sed a parte mulieris.d.§. & ut plenius.Ergo iste casus tanquam omissus remanere debet in dispositione iuris communis.d.leg.si cum dotem.in princ. & leg. si extraneus.de condi.ob cau.facit.l.commodissime. de lib. & posth. Quod enim mulier lucretur dotẽ vel eius augmentũ, etiam si dotans stipuletur, est introductum in fauorem mulieris,ergo statutum dẽt intelligi, quando stipulatur a marito vel eius patre, & non quando stipulatur ab ipsa muliere, quia ipsa debet posse suo fauori renunciare.l.pe.C.de pactis.& l. si quis ĩ conscribendo.C.de episc.& cler.Et statutum est interpretandũ ut minus lædat ius commune,quã fieri possit.l.si serui vestri.C. de nox.& c.cũ dilectus.de consuet.Secundo istud confirmatur nam statutum loquitur, quando quis simpliciter stipulatus est dotem sibi reddi,sed isto casu stipulatus est bis,scilicet tempore promissionis a muliere, & tempore solutionis & receptæ cõfessionis a marito,& sic quia cõcurrit duplex stipulatio & promissio, statutum in dubio non comprehendit istum casum. Sicut
2 † videmus, ꝙ quando in promissione facta animo donandi fit mentio mortis,præsumitur,ꝙ sit donatio causa mortis,ut no.ĩ l.Seia,de dona.cau.mor.& in l.Seia.de do.præleg. Si tamen duplex interuenit promissio & stipulatio, censetur tunc donatio inter viuos.l.cum maritus.§.fi.de pactis dotali. secundum intellectum Bar.in l.quæ dotis.solu.matrimonio. quæ lex etiam loquitur de dote a marito bis promissa. quemadmodum etiam videmus, ꝙ duplex prohibitio plus operatur quã simplex, adeo
3 † quod iura,quæ loquuntur simpliciter de prohibitione alienationis,restringuntur,ut non includãt casum, in quo concurrit duplex ꝓhibitio.§.sanctissimas.in authen.de non alie.nã.no.in c.verũ.de condi.appo.& in c.licet mulieres.de iureiu.li.6.& ꝓbatur in l.2.C.de vsucapio. ꝓ empto,ẜm ĩtellectũ Bar.in l.filius familiàs.§.diui.de lega.j.& ibi põderant Imo.& alij mod. cũ cõcor.de quib. ibi per Alexan. in prima col. Tertio comprobatur ista opin.nam isto casu promissio facta tã a muliere, quã a viro.de dote restituenda est iurata.statutum ergo simpł'r derogãs dotis promissioni non debet habere locum in promissione iura
4 ta.Quemadmodum uidemus † ꝙ generalis derogatio statutorum non porrigitur ad statuta iurata.c.constitutus. de rescrip. & ibi no. Doc.& probatur ex no.per gl.in ca. cum non deceat. de elec.in 6.& idem tenet Ioan.And.in c.j.de fili.presb.eo.ti.& Angel.in l.j.§.quæ onerandæ.ff.qua.re.ac.non da.& Imol.in c. dilecto.de preb.& Abb.in c.j.de his quæ fiunt a maiori parte capi.de quo per Alex.in consi.27:in fi.j.vol.& consi. 37. col. 8.2. vol.& consi.38.tertio uolu.Nec etiam statutum laicorum potuisset expresse derogare promissioni iuratæ,quia contra iuɼm non potest disponere,cũ sit de iure diuino,ẜm Bar.in l.oẽs populi.de iusti.& iure.& idem tenet Ray.ibi.prout late etiam con concludit Ale.consi.39.quarto uol.Quia ergo contra iuɼm nõ potest disponere statutum expresse,in dubio etiam non vɼ super actu iurato disponere,per no.per Bart.in l.si quis sub conditione.de constitutio.¶Nec obstat cõfirmatio simplex & gñalis statutorum facta per Papam,quia non fuit talis confirmatio facta ex certa scientia,vt requiritur ad hoc,ut ualidet statutum inua-
5 lidum,ẜm Inn.& alios in c.j.de transactio.Et quia † talis confirmatio solum refertur ad statuta ualida,& nõ ad inualida,ꝑ not. per Inn.in c.dudum de deci.Et ita in specie de cõfirmatione statutorum Bononiensiũ per prædicta,& per alia concludit Alex. cons.59.Viso instrumẽto,&c.primo vol.repetito in 3.uol.cõs. 8.Vbi etiam dñt non obstare.ꝙ in dicta confirmatione excipiãtur statuta contra libertatem ecclesiasticam, quia per talem exceptionem non ampliatur regula ad statutum iuratum,per no. per Bar.in l.gñali.§. uxori. de vsufru c. legat.& in l.j.de reg. iur. mouentur etiam ex no.per Bal.& alios in l.legata inutiliter: in prin.de leg.j.ut ibi latius per eos. Et similiter obstare non uɼ alia confirmatio Iulii approbantis statuta reprobantia iuɼm,q̃a hoc vsu non fuit receptum, iõ perinde est, ac si facta non esset, per ea q̃ traduntur in c.j.de treug.& pace. ¶ Sed istis non obstãtibus contrarium puto uerius. Nam licet de iure cõi dotans,& maxime extraneus possit stipulari sibi soli dotem reddi.d.l.unica.§.accedit.C.de rei uxo. actio.cum concor. de quib. supra in princ.per statutum tñ aliter reperitur dispositum in uersitẽ dicimus. sub rubrica de dotibus restituendis,&c.in quo cauetur, ꝙ mulier dotem datam a quocunque.uel augmentum eius,vel confessatam lucretur.& quantum ad hoc statutum in casu nostro verificatur,quia augmentum dotis fuit pro parte datum & pro parte confessatum:& si non tempore primæ donõnis factę mulieri,saltem post contractum mɼimoniũ,ꝙ sufficit, quia ad aliquod certum & determinatum tp̃s statutum se non restringit,ꝑterea non tantum loquitur de dote data confessata, sed ẽt de promissa,ut probatur ex illis verbis sequentibus.Non obstãte ꝙ alius,qui dotẽ vel eius augmentum dederit vel promiserit, apparet,ꝙ etiam de dote promissa statutum loquitur.Et quamuis ĩ statuto post verbũ illud.dederit,vel promiserit,subiungat, seu confessionem a parte uiri receperit,illam uel illud sibi reddi fuerit stipulatus, &c.illud tñ verbum,a parte viri,non determinat uerbum,fuerit stipulatus,qđ sequitur,& in alia oratione ponitur,solum refertur ab uerbum,receperit confessionem,& non ad actum stipulandi,sed uerbum illud.stipulatus fuerit,impersonaliter ponitur.& non restringitur ab illo uerbo,ex parte uiri,ut etiam probatur ex no.per Bar.in l.fi.de re.diu. dũ dicit,ꝙ qñ clausula stat per se,refertur ad oĩa,ut ibi, sed ubi poni
6 nitur † ad aliquam dispositionem qualificandam non refertur ad aliud.Vñ in casu nostro statutum dicit,seu confessionem ã parte uiri receperit.Et sic verbum illud,a patre viri, ponitur in medio istius orationis,& ad illam qualificandam,ergo non dẽt referri ad verbum,stipulatus fuerit,positum in alia oratione.Et facit,qđ no.gl.in l.3.§.filius.de libe.& posth.quæ vult,ꝙ clausula posita in medio vnius capituli, non referatur ad aliud.Et sic sensus statuti non est,ꝙ mulier lucretur dotem uel augmẽtũ, quando ille,qui dat,uel promittit stipulatur eã sibi reddi ã parte uiri,hoc est ab ipso uiro,uel alio qui recipit loco illius dotem uel augmentum dotis, sed intendit statutum, ꝙ mulier dotem uel augmentum lucretur,non obstante ꝙ alius sit stipulatus,nõ dico a parte uiri,sed simpliciter,scilicet tam ab ipsa muliere,quã ab ipso uiro dotẽ datam uel promissam ab illo,seu confessatam a parte uiri,hoc est,ꝙ etiam mulier lucretur dotem,quam confessus est uir,uel alius a parte eius,puta pater illius. Et iste indubitanter est uerus sensus,ẜm quem vult statutum,ꝙ mulier lucretur dotem,nec ille,qui dedit illam,siue qui promisit, sit stipulatus,& cum hoc uerbum a statuto proferatur impersonaliter,& sit conceptum in rem & non in personam, comprehẽdit stipulationem de dote reddenda,non tantum a uiro,sed etiã ab ipsa muliere.l.duobus.§.j.de iureiu.ubi idẽ dɼ de iuramento ꝑstito in rem,vt scilicet operetur gñaliter quo ad personas, & in dubio etiam præsumitur potius ꝑstitum in rem q̃ in personam ẜm gl.& Doc.ibi. Et sic secundum prædictam declarationẽ in statuto expresse decidit casus nɼ., vt scilicet mulier lucretur dotẽ,non obstante,ꝙ ille,qui promisit dotem, & postea dedit, stipulatus sit eam sibi reddi a muliere.quando dotis augmentum promisit,uel a uiro,quãdo illud dedit,& confessionem de parte data recepit,& quamuis etiam posset esse dubium, prout uti-

que

que non est, vtrũ verbũ illud, a parte viri, referatur non solum ad uerbum recepit, sed ẽt ad uerbum, fuerit stipulatus, qđ sequitur, nihilo minus etiam i ndubio deberet tantũmodo referri ad verbum illud, recepit, quoniã per statutum ita disponitur fauore dotis. Vnde † in ambiguis pro dote fieri debet interpretatio.
7 l. in ambiguis. de iure do. & l. in ambiguis. de reg. iur. Quia ergo fauor dotis magis ampliatur, si uerbũ, ex parte uiri, non referatur ad verbum, fuerit stipulatus, sed solum ad uerbum, recepit, ideo in dubio capi debet dicta interpretatio. Et facit lex. j. solu. matri. ubi secundum Bar. ibi qui figurat casum, probatur, quòd quando est dubiũ, utrum instrumentum dotis præcedat, uel sequatur instrumentũ alterius debiti in dubio præsumitur, ꝙ instrumentũ dotis præcesserit. Et pro hoc bene facit, qđ no. Inn. & alij in c. cũ dilecti. de dona. ubi dicunt per illum textum, ꝙ vbi sumus in materia late interpretanda, puta in beneficijs principũ, relatio non fit ad ea, per quæ beneficiũ principis restringeretur ex tali relatione. Et idẽ vult Alex. in consi. 48. primo vol. & Soci. in l. fi. de reb. dub. Non obstant allegata in contrarium, quia inquantũ dicitur, ꝙ statutum loquitur de illo, qui stipulatur dotẽ a parte viri, & nõ a muliere istud est falsum, immo statutũ quantũ ad illum, a quo quis stipulatur, loquitur impersonaliter, & loquitur ẽt de stipulante, qui promisit dotẽ uel eius augmentum, & per consequens vult statutum, si stipulatus sit dans uel promittens a quocunq. hoc est a muliere uel a uiro, & ab vtroq. tempore promissionis & dationis, ꝙ vxor lucretur dotem, quia cũ statutũ loquatur in rem ex parte eius, a quo alius, qui dedit, uel promisit dotem uel augmentum stipuletur, includit oẽm personã, a qua stipulatus sit dotẽ reddi, & tam mulierem, q̃ uirũ. d. l. duobus. §. j. & declaratum est in præcedentibus. Nec obst. ꝙ mulier possit suo fauori renũciare, quia statutum vult ꝯrium fauore dotis, sicut ẽt de iure cõmuni in pręiudiciũ dotis non põt renunciare suo fauori. l. de die. & l. Attilicinus. de pac. dot. ¶ Non obst. postremo dum dicitur, ꝙ statutum solum uerificatur, qñ ille, qui dotẽ dedit, semel stipulatus est dotẽ reddi, & ab vno & non quando bis & a duobus, vt in casu nostro, quia immo statutũ vtroque casu loquitur, cũ verba illius sint in rem concepta, & quia nõ solũ loquitur de illo, qui dedit, sed etiã de illo qui promisit, & sic de stipulatione facta tẽpore dotis datæ ipsi marito. Et licet geminatio actus aliàs multum operetur, tamẽ isto casu secus quia secunda stipulatio facta uiro, tendens ad executionem primę, non debet plus operari, q̃ si ille, qui dotem dedit, stipulatus fuisset solùm ab ipso uiro, vel solum a muliere, ar. no. ꝑ gl. in cle. j. de præb. ubi habetur, ꝙ clausula circa
8 executionẽ gratiæ non ampliat gratiam. Et † hac rõne Imo. & Alex. in d. l. quæ dotis. sol. mat. dicunt ꝯ Bart. ꝙ in casu. d. l. cum maritus. §. fin. geminatio stipulationis nihil operatur, sed in casu illo donatio est inter uiuos, quia ita actum erat, secundũ gl. ibi communiter approbatam. Præterea ille textus loquitur, qñ duo stipulati sunt ab vno vel eodem, sed hic vnus stipulatus est duobus, ideo promissio vnius nihil operari potest ad pręiudicium alterius. l. si unus. §. ante omnia. de pact. Et per hoc etiam respondetur ad illud, qđ dictum est de duplici prohibitione; ꝑ §. sanctissimas. in authent. de non alienand. quia utraque prohibitio ibi concurrit in eadẽ persona. Præterea verba statuti isto casu sunt in rẽ & comprehendunt stipulationẽ, siue sit vna vel duplex, & omnem personam a qua stipulatus est alius, qui dotẽ dedit uel promisit, sed in contrario a ꝓhibitione legis tñ excipiuntur certi casus. Si ergo cũ illa cõcurrat etiã prohibitio hoĩs quæ est diuersa a prima sub hac vltima includuntur casus ꝑdicti, ex quo quantũ ad illã nõ sunt ꝑ legẽ excepti. Nec obstat iurum præstitum tam a muliere, q̃ a viro, quia instr̃m isto casu non ꝓbat contractum, nec etiam iur̃m propter illud, qđ in cõclusione statutorum ponitur, in ver. in predictis vero casibus, &c. ubi ꝯcluditur, ꝙ eo casu quo fit aliq̃d contra statuta vel prohibitionem statuti, vel illis renunciatur tacitè vel expresse non valeat, etiam si actus sit iuramento firmatus, & ꝙ alicui scripturæ, in qua talis renũciatio, remissio, vel iuramẽtum reperiretur quo ad ea tantũ nulla fides dẽat uel possit adhiberi, &c. Quãuis
9 ergo per statutum non possit annullari & infringi iur̃m, per allegata in cõtrarium, põt tñ statutum disponere, ꝙ fidẽ instr̃m non faciat, & ꝙ non probet scriptura, in qua ꝯtinetur actus iurarus, celebratus contra formam statuti, vt probetur ex no. per Abb. in c. cũ contingat. de iureiu. in pe. col. ubi determinat, ꝙ si statutum annullat contractum, nisi de illo rogati fuerint duo notarij, ꝙ si instrumento, in quo sit appositum iuramentum, sit rogatus tantum vnus notarius, illud instrumentũ, nullam fidem facit, quia sicut non ꝓbat cõtractũ, ita nec iur̃m, arg. l. fi. C. de non nume. pecu. Et sic patet quod statutum potest disponere, quòd instrumentum non faciat fidem, etiam si in actu appositũ sit iuramentum. Nec obst. ꝙ Abb. loquatur, quando statutum loquitur generaliter, non specialiter de actu iurato, quia ẽt isto ultimo casu idem est, quoniam statutum laicorum potest notario auferre potestatem conficiendi dicto casu instrumentum, & illud quantum ad hoc moderare, nec per hoc potest dici, ꝙ sit factum in fraudem, ut egregie probatur ex no. ꝑ Bar. in cõs. 187. Domini priores, &c. vbi uult, ꝙ licet statuta contra libertatem ecclesiæ non ualeant, aut h. cassa. C. de sacr. eccl. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. Valet tamen statutum, quo disponitur, ꝙ nullus officialis communis Perusii possit reddere ius ẽt ecclesijs contra suos conductores, quia statutum de dictis iudicibus iurisdictionem auferre potest quam habent a dicto communi, & sequitur Socin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthum. Iuramentum ergo obligat, quando de illo constat, sed quando non probatur, habetur pro nõ apposito l. duo sunt Titij. de testam. tut. Et statutum disponere potest, quòd instrumentum, in quo iuramentum apponitur super actu facto contra prohibitionem statuti nullam faciat fidem, nec quo ad ꝯtractum, nec quo ad iuramentum, tunc enim statutum non tollit uires iuramenti, sed annullat fidem instrumenti, quod ultimũ fieri potest per statutum, secundum Abb. in loco præallegato dicens, ꝙ iurans deficientibus probationibus tenetur in foro animæ. Cum ergo remaneat iurans obligatus, non dicitur statutũ disponere contra iuramentum, nec uires illius infringere, sed solum uult, quòd dicto casu iuramentum non possit probari per instrumentum, neque per testes. Quod autem statutum possit annullare dictum modum probandi per iuramentum, non reperio prohibitum, & puto sine dubio istud esse permissum, qa super iuramento nihil disponitur sed solum super probatione iuramenti & actus iurati. Præterea talia statuta reprobantia iuramentum super actu prohibitio a statuto Iulius summus Pon
10 tifex specialiter & expresse approbauit, & † hoc facere potuit. c. uenerabilem. de elect. & ca. nouit. de iudic. per Host. in c. quemadmo. de iureiu. & per Doc. post glo. in c. quanto. eo. ti. Nec obst. quod bulla Iulii non sit vsu recepta, quia licet quo ad alia separata non sit recepta, si tñ quo ad istud, de quo agitur, cõtrarium non seruatur, statutũ ꝑdictũ remanet confirmatum, quia quo ad unũ potuit recipi & quo ad aliud separatũ non. l. ẽt. §. t. de mino. ꝑ Bar. in l. j. in prima col. C. si aduer. rem iudi. & ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verba totum, & integrum, quid operentur.*
2 *Statutum, quod loquitur in dote data, an habeat locum in promissa.*
3 *Confessio dotis receptæ constante matrimonio facta non ualet tãquam facta animo donandi, etiam si promissio præcesserit, ut nu. 4.*
5 *Licet tollatur exceptio non numeratæ dotis, non tamen sequitur, quod tollatur etiam exceptio simulationis, & fraudis.*
6 *Liberatio generi de socero uel uxore, qui dotem promiserunt, facta an ualeat.*
7 *Mulier in dubio intelligitur constituisse secundo uiro dotem anterioris matrimonij, etiam si aliud non exprimatur.*
8 *Actor non potest in promissione sua, quam impugnauit, se fundare,*
9 *Præceptum guarantigiæ, quod uenit accessorie ad confessionem inualidam, similiter & ipsum nullum est.*
10 *Dos profectitia debet apud nepotem superstitem remanere.*

CONSILIVM LVI.

IN causa & lite uertente inter magnificum co. Carolum Marchionem montis S. Marię ex una agentẽ, & magnificos comites de Bandis ex altera, super qua à me consilium petitur decisiuum, & compendiosius, quam potero me absoluam, Cõtra igitur instrumentum, cuius uirtute agitur, & super quo actoris intentio

fundatur,iuxta l.cum precibus.C.de proba.tria pręcipuè obijciuntur.Et primo, ꝙ co. Hieronymus alter ex reis cõuentis lucratus est dimidiã dotis vigore statuti Ariminensis.ad qđ multiplex datur rñsio per clarissimũ dñm aduocatum comitis Caroli,sed illa vr̃ efficacior & potissima,ꝙ hoc casu cessat statuti dispositio,cui intelligitur renunciantũ ex eo,ꝙ dictus co.Hieronymus & eius pater in casum dotis restituẽdæ ꝓmiserunt restituere florenos noningentos, quos confessi fuerant habuisse & recepisse nomine dotis do.Ioannę & filiæ dicti comitis Caroli,
1 totos & integros,qđ † verbũ totos & integros,significat,ꝙ beneficiũ statuti locum non habeat,ſm Ang.& Imo.in l.damni.vltima,§.cum parietem.de dam.infect.Rayner.& Alex. in l. post dotem.in fine,solu.matri.per l.fi.C.ad l.Falcid.& ibi ẽt per Bal. & per eũ in l.quod nomine.de cond.inde.facit,qđ no.in l.decẽ. de fideicõmissa.libe.& ꝑ Docto.in auth.sed cum testator.C.ad l.Falci.& in l.centurio.de vulg. & pupil. ubi dicitur,ꝙ grauatus præstare totum vel integrum legatũ,nõ potest falcidiam detrahere,& per prædicta dicit Alex.consi.133.5.vol.ꝙ si socius socio promisit certã quantitatẽ totã & integram,ꝙ per hoc videt̃ renũciasse beneficio,ne cõueniatur vltra q̃ facere posit,đ quo in l.verũ.pro socio.& Alex.ẽt in d.consilio respondet ad nota.ĩ l.Neratius.de reli.& sump.fun.quæ videbantur in contrarium
2 vrgere,vt ibi per eũ latè.Quo † uero ad partem dotis promissã, minus potest habere locum dictũ statutũ , q̃a loquitur de dote data,cũ dicat,siue ipsa domina dederit dotẽ,siue alius quicunq; fuerit,qui dederit dictam dotẽ,&c.in dote igitur promissa locũ habere non põt,ſm Bar.in l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.eccl.per Paul.de Castr.& Alex.in l.si donaturus.§.fin.de cõdi. ob cau.in l.sed hoc ita.de re iudi.per Cu.Arc.& moder. Senẽ. in l.
3 de diuisione.solu.ma.& Pau.de Cast.in l.si marito.§.j.eo.ti.† Secundo contra dictũ instr̃m opponitur, ꝙ ex illo nõ ꝯstat de numeratione dotis,sed solum de cõfessione dotis receptę facta cõstante matrimonio quæ non valet tanquã facta animo donandi.l.qđ de suo.C.de do.cau. non nu. secundũ vnum intellectũ. Et ita tenet Io.And.in addi.Spec.in rubrica,de donat. inter vir. & vxor.& Bar.in l.si diuortio.de uerb.oblig. Cum concordãti. de quibus ibi per oẽs moder.& hoc maxime uerũ est,qñ renunciatũ est exceptioni non numeratæ dotis,q̃a tunc p̃sumi nõ p̃t, ꝙ facta sit spe futurę numerationis,ſm Imo.in l.si constante.in prin.in vlt.char.solu.mat.Alex.& Aret.in dicta l.si diuortio. Siue igitur comes Hieronymus & eius pater comes Federicus, q̃ confessi sunt dotem recepisse a Comite Carolo, præsumantur voluisse illi donare,vel eius filię dominæ Ioannæ, donatio non tenet, quia non tantum inter virũ & vxorem est prohibita donatio,sed etiam inter generum & socerum,& inter ipsos soceros.leg.3.§.j. cum ibi not. de donat.inter vir.& vxor.l.nec inter eas.& l.pe.C.eo.ti. Ad qđ inuenio etiã rñsum ꝑ dominũ aduocatũ dicti comitis Caroli.Et primo,ꝙ p̄dicta locum non habent,qñ promissio dotis præcessit.d.confessionẽ,per l.in cõtractibus.§.sed qm̃.versi.illis securitatibus. & ibi Pau.de Cast.C.đ nõ nume.pe.& ꝑ eũ in l.pen.§.si uir.solu.mat.& ĩ l.j.eo. ti. & ꝑ Roma.in d.l.si constante.in vlt.char.& Mod. Perusi. in trac. de dote,in 10.parte,vers.septimo fallit,&c.ubi allegat Io. An.in d. rub.de do.inter uir.& vxor.Scđo respondetur, ꝙ cõtra instr̃m prædictũ, qđ est guarantigiatũ ex forma statuti, p̃t tñ opponi exceptionẽ solutionis,& hẽt executionẽ paratam sicut sñia, & hoc ẽt vr̃ Bal.voluisse in rub.C.de priui.do.& l. pecuniæ.C. de sol.¶ Sed hm̃oi responsiones nõ videntur procedere. Et primo
non inuenit quid confirmabile, ſicut in reb.profanis, per not.
per gl.in l.authoritatem.C.unde ui,per quam gl.dicit etiam Io-
an.And.in c.eũ qui.2. reſpon. de præb. in 6. & refert etiam ibi
Domini.in ult.colum. ꝙ impetrãs beneficium aliàs iniuſte poſ
ſeſſum, debet facere mentionem de iniuſta poſſeſſione, & ne-
dum de illa debet fieri mentio,ſed etiam de fructibus perceptis
tenetur facere mentionem,niſi illos in utilitatem eccleſiæ non
uertiſſet,ſecundum Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de lega.§.vi-
dendum reſtat de diſpenſatione,&c.circa.fin. verſicu.ſed pone
aliquis,& c.dicens, ꝙ cũ Papa Ioan. iuſtificaſſet titulum cuiuſ-
dam ſui ſcholaris,voluit,ꝙ dimidia ipſorum fructuum ſoluere
tur cameræ ſuæ intra certum tempus,ſed quando promouere-
tur intruſus ad aliud beneficium eſſet magis dubium, an ſuffi-
ciat facere mentionem de primo beneficio, an etiam ſit facien-
da mentio de intruſione in illo.& multi tenuerũt ꝙ nõ, de quo
per Fel.latè in c.poſtulaſti.in fi.de reſcriptis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Appellare a pronunciatione de exequendo an liceat.*
2 *Iudex appellationis cognoſcit, an appellare potuerit a ſententia de exequendo.*
Idem cognoſcit an appellatio ſit deſerta.
3 *Procurator ad cauſas ſimpliciter datus poteſt appellare, & ſi ſit generalis ad cauſas etiam futuras, poteſt appellationem proſequi.*
4 *Reſcriptum ſecundum non ualet, niſi faciat mentionem de primo. item de proceſſu & litis pendentia.*

CONSILIVM LXXX.

1 QVAMVIS † variæ ſint opiniones, vtrũ a ꝓnun
ciatione de exequẽdo poſſit appellari.& glo.in l.
ab exequutore.de appel. teneat qđ ſic, & in l.ab
exequutione. C. quor.appel.non recip. cum qua
Bart. ibi tranſit,Bald. & Sal.qñ nõ eſt lata a mero
exequutore,Bar.in l.ſi cũ exceptione.§. hæc actio. ꝙ met. cau.
& Im.in d.l.ab exequutore. ꝗ dicit tutiſſimũ eẽ ſeq. opinio. gl.
Sed ꝯriũ voluit Odoff.& Guid.de Suza.in d.l. ab exequutiõe.&
exequutore.Spec.& Io.And.de appella.§.1. verſic. quinto non
appellatur,&c.& Cum.in d.l.ab exequutione:Nihilo minus de
2 hoc ad præſens non eſt opus diſputare. Quia ex † quo fuit ap-
pellatum,& impetratus iudex ſuper appellatione & qui fuit ꝑ
appellantem aditus,non poteſt, nec debet procedi ad aliquam
exequutionem per aliquem iudicem antequam ſit declaratũ ꝑ
iudicem appellationis,an appellari potuerit,vel non,ab ipſa ꝓ
nunciatione,vel relatione de exequendo, quia ex quo corã iu-
dice appellationis cã fuit introducta,ad illum ſpectat cognoſce
re,vtrum potuerit appellari,vel non,ſicut ẽt dicto caſu ad eum
pertinet cognoſcere,an appellatio ſit deſerta,vel non, ſecundũ
Bal.in l.eos.in prin.C. de appel.Anto.de But.& Imo.in c.repre
henſibilis.de appella.& Philip.in c.ex ratione eod.titu.colu.15.
verſi.circa ſeptimum,&c.vbi ẽt dicit,ꝙ quamuis iudex appella-
tio.ſit delegatus,tamen poſt quam fuit aditus ad eum pertinet
cognitio,an ſit appellatio deſerta,uel nõ,allegat Rotam in plu
ribus locis.¶ In primis ergo & ante omnia pronũciari dẽt ꝑ di-
ctum iudicẽ,an potuerit appellari, vel non, & de hoc in ſpecie
loquitur etiam Philippus in loco prædicto allegãdo ad hoc Pe.
de Ancha.in conſ.383.Pro declaratione iſtorũ trium,&c. Quã
cumque ergo opinionem teneamus,non poteſt ꝓcedi ad exe-
quutionẽ,antequam declaratum ſit,vtrum appellari potuerit,
vel non, per iudicem appellationis,& ad quẽ pertinet cognitio
iſtius dubii,& non ad iudicem aditum,& coram quo litigatur.
3 ¶ Quo ad ſecundum,uidelicet † an ſimplex procurator ad cau-
ſas potuerit appellare.& eſt breuiter dicẽdum ꝙ ſic,ut eſt text.
in l.inuitus.C.de procura.& ibi no.omnes.Et ſimiliter põt pro
ſequi appellationem, quando eſt procurator generalis ad cau-
ſas etiam futuras,ſecundum Bar.& Docto.ibi, Et prout eſt in
caſu noſtro ad pias cauſas,quas eſt habiturus cum quacumque
perſona,&c. ¶ Quantum ad ultimum dicitur,ꝙ ſententia de no
uo producta non obſt.quia fuit lata inter cameram Apoſtolicã
& illos de Saliceto,ideo non præiudicat tertio.l.ſępe.de re iu.&
4 C. res inter alios acta,in rubro & nigro.¶ Præterea † cum lis ſu
per iſtis bonis prius penderet coram alio delegato,per ſecundã
commiſſionem non fuit receſſum a prima, de qua non fuit fa-
cta mentio.c.cæterum.de reſcript.& ibi not. omnes,& nedum
de primo reſcripto eſt facienda mentio, ſed etiam de proceſſu.
capit.inter.de re iudic.atque etiam de proceſſu coram ordina-
rio,ſecundum Abb.ibi, & de pendentia litis debet fieri mentio
ſecundum gloſſ.in cap.ut debitus.de appell. & in cap. pruden-
tiam.§.ſexta,de offic.delegat. in uerbo,cauſam.& ibi not.Abb.
& gloſſ.in cap.ſuper literis.de reſcrip.& ibi de hoc late per Mo
der. Nec lite pendente,nec etiam appellatione pendente ualet
reſcriptum, ut probatur ex rubr. C.ut lite penden. & hoc quia
lite uel appellatione pendente nihil eſt innouandum,l.facultas
C. de iure fiſc.libro 10. & per totum titulum, nihil nouari ap-
pell.pendẽ.ꝙ eſt verum etiam ſi motũ proprio reſcriptum fuiſ
ſet conceſſum, ſecundum Ioan.And.in addi.Spe.de dolo & cõ
tu.§.fi.ver.porro.Hoſt.An.de But.Imo.Abb.& Are.in c.cauſã.
de teſti.& Iaſ.in l.2.C.ut lite.pend.& in l.quia autem.ſi quis cau
tio. quia non intendit princeps tertio præiudicare, etiam mo-
tu proprio, &c. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Appellans pauper, uel per caſum proceſſum omittens excuſatur ſaltem per reſtitutionem in integrum a curſu fatalium.*
2 *Pauper excuſatur, ſi non appellauit, uel non ſit appellationem proſequutus.*
3 *Paupertas quo modo probetur. & uide nu.9.*
4 *Paupertas quando eſt fundamentum intentionis, debet probari, quomodo autem, uide nu.6.*
5 *Teſtis deponẽs ſuper negatiua non coarctata loco uel tẽpore, non probat, immo eſt ſuſpectus de falſo, & debet etiam non interrogatus reddere dicti rationem.*
7 *Campſor deponens pro tertio ſemiplene probat, item liber eiuſdẽ ſemiplene probat, quæ ſemiplenæ probationes iungi poſſũt.*
8 *Teſtis vnus deponens ſuper negotio principali, & ſuper fama eiuſdem, ſuper utroque ſemiplene probat.*

CON-

CONSILIVM LXXXI.

1 QVAERITVR utrum † appellans debeat excusari a cursu fatalium saltem mediante restitutione in integrum propter paupertatem, vel quia ꝑ casum amisit processum causæ, uĩ quod sic, quia
2 † pauper excusatur, si non appellauit, vel appellationem non sit prosequutus. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. & ibi per Bart. & in authe. de his qui ingrediun. ad appel. §. primo. & per Innoc. & alios in c. ex ratione. de appell.
3 de paupertate † autem satis dicitur constare ex probationibus factis. Nam eo ipso: ꝙ allegat se habere tantum unam domunculam, intentio sua est in hoc fundata ꝙ non dicatur habere alia bona, adeo ꝙ uolẽti dicere plura bona extare, incũbit onus probandi, ſm gl. in l. cum de lege. de probatio. Et ad propositũ nostrum, i. ad probandum paupertatem illam gl. allegat Bart. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate, in fi. ff. qui satisda. cog. & in l. si constante. in prin. col. 2. solu. mat. uersi. primo discutiemus, &c. & in l. decem. in princ. de verb. ob. vbi vult, ꝙ isto modo probetur debitorem non esse soluendo. & illam glosſ. etiam in simili allegat Bart. sepe alibi, ut in l. conficiuntur. §. codicilli. de iure codicil. & in rub. de noui ope. nunci. & dicit. ibi Alex. ꝙ ista est communis opinio. Et tanto magis istud uĩ verum in casu isto, in quo agitur de præiudicio modico & reparabili, qa ꝑ concessionem secundi fatalis ius nõ aufertur sorori Rosatæ, sed differt l. vniuersa. C. de precib. Imper. offerend. cum ibi no. Nam casu, quo sententia a qua fuit appellatum sit iusta, de iure suo nihil diminuitur, si uero erit iniusta, damnum aliquod non patitur, & ideo quia agitur de modico præiudicio in probanda paupertate, sufficit leuior probatio, ſm Bar. in d. l. si cõstante. ubi vult, ꝙ dicto casu probetur paupertas ꝑ vulgi opinionẽ. Nam dicto casu ẽt ꝑ famam ꝓbatur pauꝑtas, secundum Bar. in l. j. C. de mẽdi. vali. lib. 10. & Bal. in auth. hodie. C. de actio. & obliga. & in l. 3. C. qñ fisc. vel priua. & Imo. in d. l. decem, quæ fama est probata per testes qui dicunt, quod magister Leo reputatur pauꝑ ab omnibus eum cognoscentibus l. j. C. de testa. & ibi per Docto. Atque etiam magis de paupertate constat, ex quo probatur per testes, ꝙ est appellans grauatus numero octo filiorum, quos alere cogitur, & ex opis & industria illorum in aliquo non subleuatur, & ex suo artificio parum lucratur, adeo ꝙ uix potest uiuere, & ꝙ commode non põt necessitatibus suis & familiæ suæ subuenire. Quibus tñ non obstantibus contrarium de iure puto uerius. Nã † ex quo appellans fundat intentionẽ suã in pau-
4 ꝑtate, & paupertas est fundamentum suæ intentionis, debet illam probare, secundum gl. & alios, in d. l. si uero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. quod isto casu non reperitur factum, quamuis enim testes dicant, ꝙ est oneratus dicto numero filiorum, ex hoc tñ solo non probatur paupertas, quia quis põt eẽ diues, ẽt si plures filios habeat. Et similiter non probãt ꝑ testes, ꝙ solã habeat unam domũculã, imo quasi oẽs dicunt se nescire, utrũ habeat alia bona stabilia, excepto tertio teste, q uĩ simpliciter affimare, ꝙ non habeat alia bona stabilia, sed nõ ꝓbat propter rationem quam reddit, quæ nihil concludit, & quæ debet attendi per nota in l. solã. C. de testibus. Interrogatus enĩ in causa scientiæ, respõdit, quia conuersatus fuit sæpe & sæpius est cum magistro Leone, qui fuit conquestus de miserijs suis. & sic loquitur de auditu a magistro Leone. Præterea testis deponens hoc modo, scilicet quòd non habeat alia bona stabilia:
5 † & sic super negatiua non coarctata loco uel tempore, non ꝓbat. c. cum ecclesia. de cau. poss. & proprieta. quem text. ad hoc allegat Bar. in l. j. in prin. si quis ius dicẽ. non obtempera. & in consil. incip. Commune Lucignani, &c. & dicit Bal. in c. si quis per triginta. si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. ꝙ testis hoc modo deponens suꝑ negatiua non coarctata, est suspectus de falso, cum quo transit Alexand. in d. leg. prima, in prin. qui etiam dicit, quod testis, qui deponit de negatiua, debet reddere ratione concludentem etiam non interrogatus, per not. per Bald. in l. cum hi. §. primo, de transact. & in l. 3. C. de rescinden. vendi. in repe. magna. Quinimmo etiam si omnes testes deponerent concludenter, quòd magister Leo non habebat aliqua immobilia, adhuc tamen non diceretur probata paupertas quia potest esse, quod haberet multa bona immobilia, & pecunias multas, ut probatur ex notatis per Bald. Angel. Cuman. & Alexandr. in dict. leg. decem de uerbo. oblig. qui dicunt, ꝙ ex libro æstimi, in quo describuntur bona immobilia tantum, nõ probaretur paupertas alicuius, qa licet in æstimo non haberet aliqua bona immobilia descripta, potuit tñ habere multa bona mobilia, & multas pecunias. Quãdo enim quis habet multa bona mobilia, non reputatur pauper, neq. suspectus, secundũ Guliel. Ange. Bald. & Moder. in l. sciendum. in prin. qui satisda. cogan. qui uolunt, ꝙ ille qui possidet multa bona mobilia releuatur ab onere satisdãdi, de quo ibi, quamuis immobilia non possideat, quia non est suspectus, sicut nec ille, qui immobilia possidet. Et per prædicta etiam sequitur, ꝙ testes qui dicunt, ꝙ magister Leo parũ lucratur ex suo artificio, & ꝙ nõ lucrat̃ libras quinquaginta singulo anno, nihil probant: quia ẽt si ita sit, ex hoc non sequitur, ꝙ sit pauꝑ, qa potuit, ut dixi, nõ lucrari & diues esse, vel nõ eẽ pauperẽ, qa potuit habere alia bona, præsertim mobilia. Præterea in hoc nõ ꝓbãt, qa deponunt per verbũ credo, vel simile ꝑ no. ꝑ Doc. in c. quoties. de testib. & Bal. in l. cõuenticulã. C. de episco. & cler. & in l. siue possidetis. C. de ꝓbatio. Et inquãtum simpliciter & absolute deposuerint, ꝙ plus nõ lucrabat̃, nec lucrari poterat, etiã minus ꝓbarent, quia suꝑ negatiua nõ coarctata deponerent. d. c. cũ ecclesia. & ꝑ ea quæ ꝓxime dicta sunt. Et quamuis ẽt aliqui testes uideantur deponere, ꝙ magister Leo fuit habitus, tentus, & reputatus pauꝑ ab oĩb. habentib. notitiã de illo, & ꝙ ex hoc videatur probari fama
6 per l. j. cũ ibi no. ꝑ Do. C. de test. Tamen † ꝓbatio talis isto casu nihil releuat, qa diceretur solũ ꝓbata pauꝑtas simpliciter, & in genere, ꝙ nõ sufficit, qñ de pauꝑtate agitur solũ respectu certæ causæ uel certi oneris, qa esse potest simpliciter loquendo, ꝙ quis sit pauꝑ, & ꝙ respectu illius causæ vel oneris nõ sit pauper, ut quia illud potest implere, unde ut probatio concludat, ut facere debet. c. in præsentia. de ꝓb. debet probari, ꝙ quis sit pauper respectu illius causæ & prędicti oneris & ꝙ sit impotẽs propter paupertatem, illam causam, vel illud onus implere, secũdum Bar. in d. l. si constante. in prin. & Ang. in prin. & Ang. in d. §. qui ꝓ rei qualitate. & Are. in cõsi. 13. Viso diligenter, &c. col. 10. uer. ad secũdũ, de pauꝑtate, &c. & de hoc est text. expressus instit. de excus. tut. §. sed ẽt ꝑꝑ paupertatẽ. ibi, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere, &c. & ibi hoc etiã vult gl. expressius, quæ declarando tex. dicit, ꝙ quoad tutelã quis dicitur pauper qñ est ita impeditus ꝓpter paupertatem, ꝙ nõ põt superesse tutelę, ut qa tota die oportet esse in agro, & propterea in casu nostro, ut cõcluderet probatio de paupertate, debuit probari, ꝙ erat pauper respectu istius causæ, ut quia tñ non habeat ĩ bonis, nec tñ ex artificio suo lucrari poterat, ꝙ posset parare expensas necessarias ad istã litẽ, qđ nõ est factũ, quia, ut dixi, nõ probant testes, ꝙ bona sufficientia non haberet, nec ꝙ ex artificio lucrari non posset ꝑ ea quæ dicta sunt supra. Quinimmo ꝑ testes sororis Susannæ est potius probatum contrarium, scilicet, ꝙ apud magistrum Leonẽ erant tot pecuniæ quæ poterant sufficere ad prosequutionẽ istius litis, & hoc sufficit, quia licet simpliciter & absolute loquẽdo potuisset dici pauper, respectu tamen istius causæ poteratur supplere, & sic respectu illius pau-
7 per non poterat dici. Et ꝙ † dictus magister Leo habuerit pecunias paratas pro isto negotio probatur præsertim testimonio Nicolæ Campsoris, qui probat semiplene ꝑ no. per omnes in l. admonendi. de iureiurand. quæ semiplena probatio perficitur ex libris suis productis, qui simpliciter probant semiplene pro tertio secundũ Bar. & alios in l. quędam. §. nũmularios. de edẽd. Bal. & Alex. in l. j. C. eden. & per alios repetentes in l. admonendi. de iureiurand. quæ duæ semiplenæ probationes de eadẽ quãtitate debẽt simul iungi ad perficiendum plenam probationẽ,
8 ſm Bar. & omnes ibi, & † plus uoluit Bal. singulariter in l. Gallus. §. ille casus. de libe. & posthu. ꝙ unus & idem testis deponẽs de negocio principali, probat illud semiplene, & sic solus probat plus quam semiplenè, iungendo dictum super principali negotio cum depositione de fama super eodẽ, & quamuis. Ale. ibi de hoc dubitet, tamẽ Soc. illud dictum sustinet, & respondet rationibus. Alex. magis ergo in casu nostro debẽt iungi dictę probationes, quę non oriuntur ex dispositione unius & eiusdẽ, sed una semiplena probatio resultat ex dicto eius iurato, & alia ex scriptura illi, quæ de iure, quamuis sit priuata, facit semiplenam
9 probationẽ, & hoc pato non habere dubium. Nec † obst. dum diccbatur, ꝙ erat satis allegare per magistrum Leonẽ, ꝙ soluta habe-

habebat domunculam in bonis, & ꝙ dicenti plura bona extare incumbebat onus probandi, per no. in l. cum de lege. de probationibus, q̃a illud posset procedere quantum ad probationem paupertatis simpliciter & in genere, & ad hoc illa glo. allegatur per Bar. in d. locis superius allegatis, sed hoc non sufficit ad probandum, ꝙ erat pauper respectu huius negotii, de quo agitur, quia potuit nihil habere in bonis, & tamen potuit tantum lucrari, quod potuisset ẽt supplere pro isto negotio. Et quãuis testes dicant, ꝙ parum lucrabatur & quod lucrum non sufficiebat ꝓ necessitate familiæ suæ. tamen illi testes quantum ad hoc nihil probant, vt est superius dictum. Præterea illa glo. in d. l. cum de lege. procedit cõcurrente cum dicto hæredis præsumptione inuentarij, secundum Alex. & Moder. in l. fi. §. licentiam. C. de iure deliberan. quem glo. allegat. & idem tenent multi alij quos Alex. allegat & in dicta rub. de ope. noui nunc. & d. l. si constante. post Imo. Item & tertio non ob. d. glo. quia intelligi debet & procedit, quando rem non extare est causa defensionis, seu quãdo allegatur illam non extare ad defensionem, ẜm Bar. no. qui ad hoc allegat illam gl. in l. si quis ex argentariis. §. pen. de eden. secus autem quando rem non extare est causa actionis, quia tũc secundum Bar. debet probari aliter & plene & uere, quod non extet. Idem ergo & in casu nostro, in quo non est causa defensionis, sed nouæ petitionis, & ex not. etiam per Bar. ibi non cõstat post glo. quod debuit probari amissio scripturæ pro qua ẽt magister Leo vult excusari, & quæ sine dubio non est probata. Ideo circa illam aliter non insisto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum, lex uel statutum tollentia appellationem partib. nõ consentientibus si de iniquitate constet manifeste, appellatio remota non intelligitur, nisi tolleretur appellatio, siue iusta siue iniusta sit sententia, modo iudex non sit in dolo.*

2 *Partibus facientibus pactum de non appellando, quod ualet, si constet de iniquitate euidenti sententiæ, an licitũ sit appellare.*

3 *Rescriptum impetratrum de partium consensu, quod appellari non possit an si appareat de euidenti iniquitate, liceat appellare.*

4 *Prohibitio hominis iuncta cum prohibitione legis quos effectus operetur.*

5 *Dolus præsumitur ex læsione enormissima.*

CONSILIVM LXXXII.

VISO ac perlecto toto processu agitato inter dominam Luciam, & illos de Pochateris compẽdiose & absque multiloquio iuxta solitum respondebo, quæ videantur mihi fore & esse debere partes domini iudicis, a quo requisitus sum, in pronũciãdo & sentẽtiãdo. Dubitatur ergo in primis, an dictæ d. Luciç licuerit appellare stãte rescripto ꝙ iudex terminet & diffiniat ui sa tantum veritate, & tam de iure quam de facto, & omni appellatione remota, quoniam partes sic vnanimiter consenserunt, &c. Pro decisione autem quæstionis considero, ꝙ † aliquando per rescriptum tollitur appellatio partibus non consentientib. & tunc si de iniquitate constet manifeste, appellatio non intelligitur remota. c. pastoralis. & ibi per omnes de appel. Et idem si ꝑ legẽ vel statutum tollatur simpliciter appellatio, ẜm Bal. in l. j. C. si de momen. pos. fuer. appel. & in l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iud. & per Alexan. consi. 117. Viso themate, &c. vltim. colum. 3. volum. facit, qđ no. Bal. in l. j. C. ne lice. ter. ꝓuo. & in l. si vnus, §. pactus. ff. de pact. cum concor. de quib. ꝑ Ale. in l. 4. §. cõdẽnatũ. de re iu. & ĩ l. de pupillo. §. q. opus. de op. noui nũc. Si uero lex vel statutũ ꝓhibeat appellari a sñia siue iusta sit, siue iniusta, & tũc indistincte tollit appellatio, nisi iudex sit in dolo. l. diẽ ꝓferre. §. stari. de arb. cũ gl. vbi est casus, & per hoc apparet, ꝙ Mod. in l. 1. in prin. de o. p. noui nũc. q. aliter dicũt isto casu ꝑ no. ꝑ Bar. ibi non bñ sentiunt. Nec ob. qđ ibi voluit Bar. q̃a ipse loq̃tur casu quo nũciãs fuit in dolo, & qñ euidẽter de calũnia nũciãtis cõstabat. Dolus. n. semꝑ intelligit̃ exceptus. l. creditor. §. Lucius. ff. mãda. nec remitti põt. l. si unus. §. illud. de pact. l. cõuenire. de pact. dot. q. dolus in ꝓposito nõ ꝓbat ex hoc solo, quod sñia sit euidẽter iniusta. d. §. stari, & dicet stati, & ꝑ hoc vr̃ idẽ, qñ ꝑ legẽ vel statutũ tollit̃ oĩs appellatio, & sic ꝑ signũ vniuersale, arg. l. Iulianus. in prin. de leg. 3. & c. solitæ. de maior. & obedien. & ut verba aliquid operent̃. l. si qñ. in prin. de leg. 1. & c. si Papa. de priuile. in 6. sed in cõtrariũ faciunt no. per Bar. & Doctores in l. prima. §. nunciatio. de oper. noui nunciation. dũ cõcludit, ꝙ dispositio legis uerisimilis recipit restrictionẽ de habilitate, ꝙ est intelligendũ etiamsi nihil operet̃, ad finem & effectum, ut quis indebite nõ patiatur damnũ, iuxta no. ꝑ glo. & clarius ꝑ Pau. de Cast. & Mod. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. Quãdoq. uero † inter partes fit pactum de nõ appellãdo, qđ valet. l. fi. §. fi. C. de temp. appel. l. j. §. 1. a q. bus appella. nõ licet. Et hoc casu Imo. cõsi. 76. videtur uelle, qđ possit appellari, si constet de euidenti iniquitate, sed hoc apud me est dubium, q̃a ob. generalitas dictarũ legum, & ratio quæ redditur in d. §. stari. uidelicet, ꝙ imputandũ ei qui appellationi renũciauit, sicut quando in arbitrũ compromisit, & hoc dũmodo dolus absit, ꝑ prædicta. Et hoc uidetur magis clarũ, qñ per pactum fuit renunciatũ omni appellatiõi, q̃a dictio omnis, vniuersalis non recipit restrictionẽ, ẜm Bar. in l. generali. §. vxori. de usufruc. leg. nec isto casu loq̃t Bar. in d. §. nũciatio, sed de dispositione legis, ẜm Alex. in l. si patroni. in prin. ad Treb. ꝑ not. per Bal. in c. Imperialẽ. in prin. de ꝓhi. feu. alie. ꝑ Fede. & cõprobatur ex no. per Bal. in l. tale pactũ. §. qui ꝓuocauit. de pactis. dum loquitur de eo qui ꝓmisit stare cõsilio qualicunque alterius, ut. s. tunc liceat appellare, ꝙ procedit etiam si sit iniustum, dummodo cesset dolus, secundũ Flor. & Aret. in d. l. j. a quib. appel. nõ licet. Est † & alius casus, quãdo videlicet per principẽ est remota omnis appellatio cõsensu partiũ, qui est propriẽ casus noster, & in quo Bal. in l. 2. C. de appel. dicit, ꝙ appallare nõ licet, ꝑ l. fi. §. fi. C. de tẽp. appel. & cum eo trãseũt d. Ant. & Abb. ĩ d. ca. ut debitus, sed dubium remanet, q̃d si apparet de euidenti iniustitia, & isto casu Bal. in c. ut debitus. videt̃ uelle, ꝙ appellõ nõ sit prohibita, dũ dicit, ꝙ appellari nõ poterit, nisi iudex fuerit in dolo uel lata culpa, & cum eo trãsit Philip. in d. c. pastoralis. versi. 14. operatus, &c. & ꝯfirmatur ex not. per Bald. in l. pe. C. de arbi. dum vult, ꝙ peti potest reductio ad arbitrium boni viri non obstante quacũque renũciatione ampla & plena, nedũ qñ arbitrator fuit in dolo, sed ẽt in lata culpa, quia ille æquiparatur dolo. l. j. si mẽsor fals. mo. dixe. & istud ẽt tenet Pet. de Ancha. in disputat. incip. Cũ C. laicus, &c. Sed in ꝯtrariũ facit, quia hic cõcurrit duplex prohibitio, s. principis, & sic legis animatæ & hominis, id est ipsarum partiũ, iõ intelligitur remota appellatio omni casu quo potest remoueri, & sic siue sit iusta sententia, siue euidenter iniusta, dummodo dolus absit, qui remitti nõ potuit. d. §. stari. cum gl. Et sic propter † duplicẽ prohibitionẽ augetur effectus prohibitionis ad casus, qui aliàs nõ cõprehenderentur sub prohibitione simplici, sicut alienatio dr̃ ꝓhibita, si ꝯcurrat prohibitio legis & hominis ẽt illis casib. q̃b. ualeret si semel tantum alienatio esset prohibita. §. sanctissimas. in auth. de nõ alie. & no. gl. ĩ c. licet melieres. de iureiur. li. 6. & in c. verũ. de condi. appo. & ideo dicit Bald. in c. 1. §. pręterea. de capi. Conra. ꝙ si feudatarius promisit nõ alienare rẽ, ꝙ alienatio fieri nõ poterit in casibus specialib. in quib. ualebat non obstante legis prohibitione, & hoc q̃a cũ ea concurrit ẽt hominis prohibitio & hac ratiõe si rẽs subiecta fideicõmisso prohibetur alienari ex præsse, nõ ualebit alienatio, si fiat ab ignorante ignoranti, quia dicto casu concurrit prohibitio duplex, quæ dicto casu prohibita nõ esset ex sola prohibitione legis, ẜm Alex. in l. quidã testõ. §. fi. ad Treb. & dicit ẽt Bald. in d. l. 2. C. de appel. ꝙ si causa possessorij, in qua de iure est appellatio prohibita. l. j. C. si de momẽt. pos. cõmittatur appellatiõne remota, ꝙ nõ poterit appellari illis casibus specialib. quib. interponi potuisset, q̃a illa auget effectũ possessorij, & remouet obstaculum, allegat no. per Iacob. de Are. in d. §. nunciatio. sed melius probatur per prædicta, & ꝑ l. 2. C. de usucapio. pro empto. ẜm ꝙ declarãt Imol. Raph. & Alex. in l. filiusfamiliãs. §. diui. de leg. 2. & Are. cõs. 22. & bene facit ꝙ singulariter uoluit. Bar. in l. Titia. la 2. §. Lucius. de leg. 2. dum dicit, ꝙ plus operatur voluntas defuncti iuncta cum voluntate legis, quã si esset sola. Et tanto magis, quia hoc casu per verba vniuersalia tollitur appellatio, iõ dẽt operari ẜm propriã significationem sine ulla restrictione per superius dicta. Et propterea videtur, ꝙ appellatio. d. Luciæ nõ deuoluat, quia iudex nõ põt dici in dolo, quãuis sñia sit euidenter iniusta, quia † demum pręsumitur dolus si lęsio fuit enormissima, uel nimis magna.

gna,secũdum Bar.in l.si societatẽ.§.arbitrorũ.ff.pro soc.& Doćto.communiter in c.Quintauallis.de iurei.In casu aũt nostro læsio non fuit nimis magna,imo modica,ergo cessat præsũptio doli.Nã ꝑ mortẽ ciuilem aut naturalẽ vel per transitum ad secũda vota uoluit iudex ꝙ possessio qualis nunc reperitur penes dićtos de Pochateris, perueniat & ꝑuenire déat ad eos uel ad eorũ hęredes ipso iure,& sine aliqua restitutione faciẽda per dićtã do.Luciam aut eius hæredes,& sine alia declaratione uel decreto.Iudex ergo super proprietate nihil pronunciat,sed super possessione solũ,quã vult apud do.Luciã esse,dum uiuit & in viduitate permanet, & postea apud illos de Pochateris.Per hoc igit̃ non dicit̃ pronunciatũ,ꝙ ad eos proprietas ꝑtineat iure fideicõmissi vel alia causa.l.naturaliter.§.nihil cõmune.de acq.pos.l. si duo.in fi.vti possi.l.qui restituere.de rei uend.ꝙ ẽt clarius demonstratur,quia iudex superius declarauit d.Luciã immittendã esse in possessionem,non derogando tamen iurib.Petriboni,& Aliprandi de Pochateris propter pręsentem sententiã & relaxationem faciẽdã de dićtis bonis,tam occasione cuiuscunq; fideicõmissi quã alia quacunque ratione uel cã, q̃b. apparet dićtos de Pochateris habere ius & aćtionẽ in dićtis bonis,&c. Ex qua protestatione siue reseruatione conditionali apparet manifeste ꝙ super fideicommisso nihil uoluit declarare,& ꝙ pro constanti non ponit,ꝙ ei ius competat,uel non, immo ubi ius de ꝓsenti competeret,uult ꝙ illud sit saluũ,& ꝙ ex eo statim agi possit. Nec contrariũ dicitur inferius,quia de possessione tantũ loquitur,ut dixi,quam uoluit post tẽpus ad illos de Pochateris redire casu quo de aliquo iure eorum prius non appareret. Et propterea ex hoc do.Lucia,aut eius hæredes non excluduntur a iure suo in proprietate,si qđ eis cõpeteret,uel ratione Trebellianicæ,uel quia uocati ꝑ fideicõmissum in testamẽto mariti post eius mortẽ,vel transitũ ad secunda uota prius decederent,quia igit̃ possessione solũ priuuatur,in hoc dicitur modica læsio,l.j. cum ibi no.C.si de momẽ.possessio.fuerit appel.Et similiter nõ dicitur læsio nimis magna:quia a frućtib. uel a parte eorũ fuerũt absoluti indebite illi de Pochateris,ideo appellatio hoc prætextu non debet admitti,siue sit a ꝓsentib. tantum remota, siue ab illis & a principe.¶ Non ob. ꝙ liceat appellare & reclamare nõ obstãte renunciatione,quando iudex fuit in lata culpa, secũdũ Bal.in locis ꝓallegatis,q̃a istud falsum,aliàs quasi nunquam renunciatio locũ haberet,ubi iudex errasset,quia in iure errare est lata culpa l.latæ de verbo.signifi.& per Bart.in l.qđ Nerua. deposi.& in l.fi.ff. de uar.& extraor. cogni. & contrarium uoluit etiam Imo.in dićto ca.Quintauallis.in ulti.char.& dicit hoc fuisse de mente.Io.Andr.in additio.Spe.in tit. de arbi. §.fi.vers. item quid si cõpromissum,&c.& Ange.in disputatione inc.duo adinuicem litigantes. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens circa appellationis desertionem, an habeat locum in appellatione a sententia delegati.*

2 *Statutum disponens,quòd nisi intra certum tempus appellationẽ quis prosequatur,quod ea sit deserta,locum non habet in appellatione interposita ad superiorem statuentium.*

3 *Delegatus a principe tenetur seruare statuta eius loci, ad quem est ei facta delegatio.*

4 *Statutum non ligat conditorem,nec eius successorem.*

5 *Statutum cauens turbante alium in possessione,soluere debere ei centum,ac possessionem restituere,non habet locum in merè turbante,qui non expulit de possessione.*

CONSILIVM LXXXIII.

CIRCA casum qui proponitur prima facie dicendum uidetur,quòd appellatio sit deserta stãte statuto,cuius forma in procedendo non fuit seruata,in quo disponitur quod intra decem dies appellatio interponatur a s̃niis Potestatũ,iudicũ, & officialium,& ꝙ appellans intra.40.dies continuos ab ipso decennio teneat̃ ꝓsequi,alioquin si prosequuta non fuerit intra dićtũ tp̃s & ꝑ s̃niam diffinitiuã terminata,amplius non audiatur, sed prima s̃nia firma maneat,&c. Cum ergo non sit appellãs intra dićtũ terminum appellationẽ prosequutus,uidet̃ esse clarũ,
1 ꝙ appellatio sit deserta.Nec † obstare uidet̃,ꝙ sit interposita a sentẽtia delegati, & nõ ordinarij: quia de delegato ẽt statutum intelligitur in quãtum loquitur de appellatione interposita a sententijs iudicũ & officialiũ: quia delegatus dr̃ iudex, & officialis,vt ꝓbatur in rubrica de officio,& potestate iudicis delegati. ¶Nec ꝓmissis obstare vr̃, quod dicitur per Bald. & Pau.de Castr.in l.aduersus.C.si aduer.rẽ iudica.vbi cõcludit, quòd sic constitutio legati disponit,quòd appellatio nõ intelligatur deserta,licet apostoli nõ fuerint petiti,& cõtigat,ꝙ delegatus Papæ ferat s̃nĩa in loco suæ legationis, a qua sit appellatum, ꝙ si apostoli non erunt petiti, quòd deserta remanebit appellatio nõ obstãte cõstõne: q̃a talis cõstitutio cum sit fačta ab inferiore a principe, nihil põt operari in s̃nĩa delegati ipsius principis per illum textum,q̃m Bal.loquitur,q̃n statutum impedit deferi appellationẽ contra ius cõe,sed in casu nostro nouum modum eam deferendi introducit, & ratio diuersitatis est, quia primo casu, vult cõstitutio,quòd non sit deserta appellatio contra dispositionem iuris cõis, licet non operetur contra appellationem interpositã ad superiorẽ,ex quo conseruatur, & nõ deseritur,nihilo minus operatur, quòd s̃nĩa lata a delegato Papæ per appellationẽ remaneat suspensa & extinćta, iuxta l.j. §. fin. ad Turpil. ex quo durat appellatio, & per statutum conseruatur, & fit quominus deseratur,& sic dicitur dićto casu operari constitutio in s̃nĩa & ꝯtra sententiã delegati a principe,a quo est lata: quia suspendit & extinguitur ꝑ dićtã appellationẽ,q̃ nõ deseritur uigore dićtæ constõnis,& q̃ reuiuisceret, secundum ius cõe,secundum quod esset deserta:quia perinde esset, ac si appellatum nõ fuisset.l.fi.§.illud.C.de tẽpo.appella. Sed in casu nostro, in quo per statutum deseritur appellatio, nihil operatur statutum ꝯ̃ sententiam delegati superioris, imò statutũ hoc in fauorẽ dićtæ sententiæ operatur:quia si appellatio deseritur,dićta s̃nĩa reassumit robur &effećtum,quẽ non haberet si adhuc appellatio penderet.d.§. fi. Et sic in casu isto statutũ coadiuuat sentẽtiam dićti delegati,a qua est appellatũ,& in casu Baldi illã impugnat constitutio. & ꝑ cõsequens eius dićtũ non videtur ad propositum,& quòd tale statutũ intelligatur etiam in delegato a superiore,videtur velle Cor.in ꝯsi.43.in 3.vol. Præterea istud statutum fuit conditum a vicario & gubernatore generali totius ꝓuinciæ Romandiolæ,ut ex illo apparet, & sic delegatus a reuerẽdissimo do.Gubernatore ꝑñti nõ dr̃ legatus a superiore,sed ab æquali,& ab illo q̃ statutũ ꝯdidit,ex quo in officio illius fuit subrogatus.l. ꝓponebãt.de iud. ¶ Sed præmissis
2 non obstantib. ꝯ̃rium puto verius. Nã † aut dicimus reuerendissimũ d.ꝓsidentẽ esse superiorẽ illi,q̃ fecit statutũ, & tunc illud nõ hẽt locum in appellatione interposita ad illum, per not. per Bal.in d.l.aduersus.dũ vult,ut dixi,ꝙ constitutio legati non possit operari in s̃nĩa delegati sedis Apostolicæ, q̃ reprę̃sentat Papã & superiorẽ ipsius legati. Nec obst.dũ dicebatur, ꝙ in casu Bal. constitutio erat contra sententiam ipsius delegati, quæ tendit,vt remaneat extinćta & per appellationẽ suspensã:sed in casu nostro statutũ in fauorẽ dićtæ sentẽtiæ, quia per illud agitur,vt appellatio facilius deferatur, & ꝙ s̃nĩa, a qua est appellatum,habeat effećtum perinde,ac si non esset appellatũ,d.l.fi.§. illud.C.de tẽpo. appe. Quia hoc ꝓcedere posset quantũ ad ipsum delegatũ, & s̃niam eius,sed dicimus, ꝙ licet statutũ non sit ꝯ̃ sententiam delegati,sed potius pro ea operatur,tñ in appellatione,seu contra appellationẽ interpositam ad superiorẽ, dum vult,ꝙ appellans teneatur intra quadraginta dies illã prosequi, & ꝙ terminet̃.Istud ergo statutũ non intelligitur de appellatione interposita ad superiorem statuentis nec in illa põt operari contra illã,quia sicut quando vult,ꝙ nõ deferatur appellatio,si nõ petantur apostoli,non habet locũ,q̃n est appellatũ a sententia delegati dati a superiore,quia tunc operaretur ꝯ̃ sententiam quæ remaneret magis in suspenso,& cuius effećtũ impediret,& hoc ex defećtu potestatis,secundũ Bald.in d.l.aduersus. ita etiã nihil debet operari statutum in appellatione, & contra appellationẽ interpositã ad superiorem, disponendo, ꝙ citius deseratur per eandemmet rõnem,s.quia inferior non põt statuere cõtra superiorẽ,capitulo cũ inferior.de maio.& obedien. Et ideo licet isto casu statutũ non disponat cõtra s̃nĩa a qua est appellatũ, sed potius pro ea, quia tñ statutum agit cõtra appellationẽ interpositam ad superiorem inducẽdo nouum modũ desertionis,habet locũ eadẽ ratio,quæ assignatur per Bald.in casu suo, qui considerat statutum respećtu delegati; quia in eius senten-

tia operatur, & nō ex parte delegātis, quia appellationi ad eum
interpositæ non præiudicat, sed magis illam conseruat ex quo
prohibet eius desertionem. In casu autem nostro debet haberi
consideratio ad superiorem, ad quem appellatur, quia appella-
tio ad eum interposita impugnatur & irritatur, & non ad dele-
gatum, quia nihil disponit contra eum vel eius sententiam, quo
niam, ut dixi, utroque casu militat eadem ratio. Et pro prędicta
opinione Bald. quæ, ut dixi, adaptatur ad casum nostrum, fa-
cit quod no. Spe. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. uersi. 26. &
Anto. d. But. in c. prudentiam. §. sexta, de offic. deleg. & Domin.
in c. 1. de exces. prælat. in 6. ubi dicunt, ꝙ excommunicatus a de
legato Papæ non potest absolui per Legatum de latere. quia de
legatus repræsentat Papam, & in hoc censetur esse maior ipso
Legato. c. sanè. de offi. deleg. sed contra prædicta uidetur deci-
sio Corne. in d. consil. 44. qui propriè uidetur loqui in casu no
stro, s. quando statutum inducit de nouo desertionem appella-
tionis, & uelle uidetur, ꝙ etiam si sit appellatum ad Papam a sē
tentia eius delegati, ꝙ deseratur appellat. & ꝙ statutum tūc ha-
beat locum. ¶ Sed non obstat. quia ipse loquitur quando Papa
appellationem ad eum interpositam denegauit in loco statuti,
& quando post delegationem dicitur fuisse desertam appella-
3 tionem, & hoc potest cōtingere, secundum eum. quia † talis de-
legatus tenetur seruare in procedendo statuta illius loci, secun
dum Docto. in rub. de consuetu. Et ad hoc videtur astrictus, nō
quidem immediate per statutum conditum ab inferiore, sed q̄a
delegatus, qui est superior intelligitur tacite ei commisisse, ꝙ ꝓ
cedat secundum statuta illius loci, in quo cognoscet de causa
appellatio ad superiorem, & dum adhuc esset coram eo, & ante
quam committeretur ab illo allegatur desertio uigore statuti,
& dicitur, ꝙ statutum non habet isto casu locum, quia in illo lo
co magis, quam in alio non tenebatur superior de causa cogno
scere, & tanto magis si ibi non erat solitus habere domicilium,
& moram trahere, & idem etiam si in eodem loco cogniturus
fuisset, quia seipsum ad obseruantiam statutorū loci non astrin
xisset. l. pe. de arbi. nec a statuto immediate ad hoc astringi po-
tuisset. d. c. cū inferior. Si uero dictus reuerēdissimus dominus
præsidens, ad quem fuit appellatum, non eēt maior dicto sta-
4 tuente, sed eius successor, adhuc idem esset, quia † statutum nō
ligat ipsum cōditorem, nec eius successorem, sicut, nec superio
rem, secundum Io. And. in c. vt animarum. de const. in 6. & in c.
cui licet, eod. lib. in Mercur. & Bar. in l. Lucius Titius Septitiæ.
ꝑ illum tex. de fideic. lib. Ang. Pau. de Cast. & Ale. in l. j. in princ.
q̄d quisq; iur. cum concor. de quib. ibi per eum, qui dicit hanc
opinio. esse communem. & ea ratione est uera, quia sibi ipsi ne
mo potest imperare. l. pe. & l. ꝑtor. de tuto. & curat. datis ab his,
& in l. principes. de legi. Et facit quia in generali sermone nō ue
nit persona loquentis. l. j. & ibi no. ff. de serui. & in l. inquisitio.
& ibi per Cy. C. de solutio. ¶ Nec præmissis obs. ꝙ verba statu-
ti dirigantur ad appellantem, qui est subditus, & non ad iudicē,
quia statutum vult duo copulatiue primo, ꝙ debeat appellans
prosequi appellationem intra. 40. dies, & copulatiue uult ēt, ꝙ
debeat terminari, quamuis ergo primus actus pertineat ad par
tem, alius tamen pertinet ad iudicem, & sic arctat illum ad iudi
candum, nisi habeat iustum vel euidens impedimentum. Non
ergo sufficeret, ꝙ appellans prosequeretur, sed etiam necesse es
set, ꝙ intra dictum tempus terminaretur, ex quo copulatiue re
quiruntur prędicta. l. si hæredi plures. de condictio. institu. per
quę patet, quod non debet, nec potest intelligi, quando ad
superiorem, uel ad statuentem est appellatum, qui non potest
arctari per statutum ad terminandum, ut probatur ex not. per
5 Iacob. Butr. in l. mancipia. C. de ser. fugi. Qui dicit, † quòd si sta
tuto cauetur, ꝙ turbaus aliquem in possessione condemnetur
in centum & possessionem restituat, & contingat, ꝙ quis ali-
quem turbet, & eum non expellat de possessione, nō debet pu
niri in illis centum, quia in mere turbantem non potest verifica
ri pœna statuti, nec restitutio possessionis, quæ copulatiue ue-
nit cum prestatione illorum centum, & ad hoc inducit illum
text. cum ibi not. Et ideo idem est dicendum in casu nostro per
eandem rationem, & quamuis Bal. videatur tenere contra Iac.
But. tamen Sal. ibi tenet cum eo, & respondet rationib. Bal. &
cū eo ēt transit Alex. in rubr. sol. matr. in 5. col. ex quib. conclu-
dendum uī, ꝙ isto casu non sit deserta appellatio. de qua agit.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio unius appellationis facta, an nocet alijs, qui appella
tioni possunt adhærere. nu. 4.*
2 *Nouatio induci tur in persona ulterius non consentiente actore nō
potest, sed potest eo consentiente. uide nu. 6.*
3 *Emptor renunciando appellationi suæ non potest postea de euictio
ne amplius agere.*
5 *Emptor si appellauit, uenditor auctor suus appellare non potest
sed assistere, sed secus est econtrario.*
6 *Renunciatio facta ab emptore appellationi facit, ut uenditor eā
prosequi non possit. uide. nu. 3. cum seq.*

CONCILIVM. LXXXIIII.

QVAERITVR vtrū dn̄s Simon de euictione sit
obligatus si appellationem interpositam pro suo
interesse non prosequatur, uel a prosequutione
excludatur, & dubium facit, quia Thomas & Bar
tholomæus emptores, qui eodem modo appella-
uerant a secunda sententia cōtra eos lata, renunciauerunt liti,
causæ, & instantiæ Francisco suo aduersario præsente & acce-
ptante per pactum stipulatione vallatum, reseruatis tamen iu-
ribus dicti Simonis, quatenus sibi cōpetant. Relinquentes om-
ne onus & pondus causæ huiusmodi dicto Simoni, qui onus di
ctæ causæ in se assumpsit, & causam huiusmodi committi ob
1 tinuit tāq̄ auctor necessarius, &c. Et prima facie † vī, ꝙ talis re-
nunciatio non possit impedire dictū Simonē a prosequutione
dictæ appellationis, q̄a illi nihil nocere potuit ꝑ no. per Bal. in
l. j. C. si unus ex plu. in pe. q. ubi concludit ꝙ qui appellauit, nō
potest appellationi renūciare in ꝑiudiciū aliorū, qui possunt il
li adhærere, sed renuncianti tm̄ nocet renunciatio. Et idē voluit
prius Pau. quem refert, & sequit Pe. de Anch. in cle. cōstitutio-
nē, de electio, quia hoc beneficiū assistendi habent a lege, licet
propter factum alienū, ideo ab illis non potest auferri. l. si post
mortē. §. fi. de bono. pos. contra tabu. & istud est etiam de men-
te Bar. in l. a sentētia. in prin. de appe. uer. si uero uictus, &c. dū
allegat. d. §. fi. Et de hoc uidetur casus in ea. l. §. idē respōdit. ubi
probat & ibi no. Bar. ꝙ si uictor, qui appellauit, transigit de li-
te, uel cōfirmet sn̄iam, nihilo minus is cuius interest pōt appel-
lationē ab eo interpositā proseq. Nec pōt per suā approbatio-
nem sententiæ, uel renunciando appellationi præiudicare iuri
quæsito tertio per appellationē, quominus illam prosequatur,
ut ibi declarat Barto. Et uictoria dicti Simonis posset etiam di-
ctis emptoribus quamuis renunciauerint, prodesse, quia præiu
dicium dicti Simonis est inseparabile a præiudicio emptorum,
quoniā si res ab illis auferretur, dictus Simon de euictione te-
neretur, per not. per Ant. de Butr. in c. cum super. de re iudic. &
per Imo. in d. l. a sententia. in prin. ubi vult, quod licet, quando
uictus approbauit sententiam contra eum latam expresse, vel
tacite ei prodesse non posit victoria tertij appellantis pro
suo interesse, ut ibi per Bart. hoc est tamen intelligendum, nisi
præiudicium tertij esset inseparabile a præiudicio uicti, per l. si
partem, quemadmodum serui. amit. Præterea huiusmodi renū-
ciatio est facta cū reseruatione iuris cōpetentis dicto Simoni,
& ut solus appellationē ꝑ eū interpositā ꝓsequatur suis sūpti-
bus & expensis, & ut onus, & pondus cāæ ad illū ꝑtineat, & sic
fuit facta quodāmodo nouatio iudicij in personā ipsius Simo-
2 nis uenditoris, & † quamuis inuito actore fieri non posset, ut
dicunt Doc. cōiter in l. j. C. ubi in rē act. ꝯ alibi, & Bar. in l. liber
to. §. fi. de neg. gest. de quo late ꝑ eū in l. solutionē. de solut. A-
ctore tn̄ consentiente fieri potuit, secūdū intētionē oīum in di
ctis locis, prout cōsensit Franciscus actor in casu nr̄o, & ꝑ con
sequens nō fuit facta renunciatio ad finē, ut excluderent renū-
ciantes, nec animo probandi, & confirmandi sn̄iam, sed cā libe
randi se a ꝓsequutione litis, & ab expensis & sumptib. contētis
appellatione dicti Simonis, & putantes ius suū ꝑ illā conserua-
ri, & ꝓ hoc facit, quod no. Bar. in d. l, in d. l. a sententia. in uers.
præalle. vbi dicit, ꝙ si sn̄iæ non acq̄euit expresse, sed non appel
lauit contemplatus appellatione interposita ꝑ tertiū, ꝙ victo-
ria tertii illi poterit ꝓdeē, & sic ꝑsumit n̄ appellasse, nō aīo q̄dē
approbādi sn̄iā, sed q̄a sciebat ius suū eē saluū ꝑ appellatiōem al
terius, vn̄ & idē in casu nr̄o. Sed ꝑmissis non obs. ꝯriū arbitror
ue-

verius. Nam licet emptor in dubio nō teneat appellare a sentē tia ꝙ eum lata quasi psumat iusta.l.Herennius.§.Caia,& ibi no.
3 Doct.cōiter,de euict.& in c.pe.de emp.& uēdit.Si † tñ appellauit,& appellationē nō sit psequutus,vel appellationi renunciauerit, ꝙ uenditorem de euictione agere non poterit.secūdū gl. cōiter approbatā in d.§.Caia.& Doc.maxime Imo.in d. c.pe.& in l.ab executore.§.alio.de appellationi.& est ratio, secundum Bal.in d.§.Caia.quia emptor appellando fateri uidetur,& fatetur dictam sententiā esse iniustā & iniuriosam, & ideo sua confessio præiudicat,si nō psequitur, & nō tenet isto casu vēditor de euictione.l.si p imprudentiam.eo.tit.Quia igit isto casu emptores renunciauerunt appellationi interpositæ, seu liti, causæ & instātiæ,nō possunt de euictionie amplius agere contra vēditorē.Et quamuis gl.in d.§.Caia,non videat loqui,quando vterque appellauit,s.emptor & uēditor,ut in casu nr̄o,sed solus emptor,tamen loquitur generaliter.& ideo ex mēte gl. sine dubio locum haberet,qn̄ uenditor,q non appellauit,appellationi interpositæ p emptorē assisteret defendendo ipsū emptorē, put facere potest.l.ab executore.§.alio de appel.per Bar. in l. si perlusorio.§.1.& Imo.in l.a sententia,in princ.eo.tit.post Inn.in c. cū super.de re iud.Et sic quod ēt isto casu si emptor appellationi renunciaret ꝙ uenditor de euictione non teneret postea.Et
4 quamuis Doc.† in dictis locis dicant,ꝙ talis renunciatio principalis non noceat tertio,qui liti assistit, prout vult etiam Bal. in d.l.j.C.si unus appel.Pau.& Pe.de Anch.in dicta cle. cōstitutionem.de electionib.Nihilo minus isto casu hoc nō nocet,immo prodest uenditori, quamuis ēt non possit prosequi appellationē p eū interpositā,quoniam a prosequutione non repellit immediate ex renunciatione actoris,sed quia sua desiit interesse,quoniā per dictā renunciationē fuit liberatus ab obligatione de euictione,& in hoc sibi profuit renūciatio, ꝙ autē excludat a psequutione,sibi non nocet,qa sua amplius non interest. Sicut ergo ex uerbis glo.in d.§.Caia.iste casus cōprehēditur in illa,& debet cōprehēdi per rationē prædictam,ita etiam casus noster,uidelicet,quando uterq; appellauit,& emptor uictus appellationi renunciauit, qa habet locū ratio assignata in casu pcedenti, quoniam & hic ꝗuis prohibeatur prosequi appellationē ipse uēditor,propter hoc tamē renunciatio nō dicit illi nocere,sed pdesse,quia liberatur ab obligatione de euictione,& a psequutione appellationis non excluditur immediate per dictā renunciationē,sed quia eius amplius non interest.Cum igitur desierit interesse sibi nō preiudicat ꝙ suā appellationē non possit psequi.Nam sicut qn̄ uenditor non tenetur de euictione ex alia causa,quia emptor ob contumaciā fuit uictus.l.& ideo.C.de euict. non potest ēt a sententia lata contra emptorē ab initio appellare,qa tunc sua non interest,secundū glo.per alios approbatam in d.l.ab executore.§.alio.de appel.ita ēt debet in casib. pdictis repelli a psequutione appellationis interpositæ, & in quib. ex post facto & pendente appellatione p eū interposita fuit liberatus ab obligatiōe de euictione,& p ɔ̄ns, quia sua desiit interesse. Nec sufficit,ꝙ eius ab initio interfuerit tēpore quo appellauit,ex quo postea desijt interesse,cessat dānum de pterito,secūdū Bar.& Doc.in l.qui autē.§.j.si qs cau.unde quandocunque pendēte appellatione venditor liberat de euictione, pōt illi opponi exceptio,tua nō interest,qa talis exceptio supuenit de nouo pendente iudicio.l.2.C.de cōsor.eiusdē lit.& in c. insinuāte.
10 gitur alere. † ita & ẽ ꝯ tenet̃ uxor de bonis suis paraphernalib⁹ maritũ inopẽ alere, ſm Bar. & Ang. in d. §. sin autẽ in sæuissimo. & Bar. in tractatu alimento. & Bar. in d. l. ꝙ in vxorẽ. Quemadmodum ergo uirum, a quo nihil recipit sed immo cui dotẽ dedit, tenetur alere dicto casu, eodẽ mõ patrem mariti sui. Et sic socerũ inopẽ, a quo nihil recepisset, alere teneret̃ nurus diues. q̃a dispositio pia & fauorabilis, sicut est eã alimentorũ p̃standorũ pau p̃i, ut no. Bal. in l. j. in lect. C. de sacrosc. eccl. & Ale. in l. diuus ad. l. Falc. cũ cõc. de quib. ibi ꝑ eũ, q̃ loquit̃ in marito locũ ẽt hẽt in socero. l. diuor. §. interdũ. cũ. l. rei iudicatæ. §. fi. sol. mat. dummõ non sit contra ius cõe, sicut non est in casu, de quo agimus: ut declarat etiam Bar. & alii in l. si uero. §. de uiro. eo. tit. Quod
11 etiam confirmatur: † q̃a libertus nedum patrono p̃stat alimẽta, sed etiã patri & matri patroni. d. l. si quis a liberis. §. fi. & hoc nõ alia rõne, nisi quia patri patroni dẽt reuerentiã sicut patrono. l. 4. §. p̃tor ait. iuncta. l. generaliter. de in ius vocan. sed nurus dẽt reuerentiam socero, & rõne dictæ reuerentiæ debitę fingit̃ eẽ in eius põtate, ut declarat Imo. in l. rei iudicatæ. §. fi. Ergo nõ minus dẽt alimenta p̃ri mariti, q̃ dẽt libertus patri patroni. Qđ
12 † ẽt satis probatur in d. §. fina. ubi dicit, ꝙ non põt socer a nuru ꝯueniri vltra q̃ facere posit. Qđ nihil aliud significat, nisi ꝙ tm̃ deducat̃, ꝙ socer non egeat. l. in ꝯdemnatione. de reg. iur. & no. in l. maritum. sol. ma. Et sic ꝙ ex dote debita nurui socer alimenta capiat & retineat. Si ergo nurus diues socerum inopẽ a quo nihil ꝑcepit, sed cui potuit, dotẽ dedit, alere tenet̃, vt ex p̄dictis cõprobat̃. ergo & econtra dẽt socer diues nurũ inopem, a qua nõ recipit dotem, & q̃ filius duxit nulla constituta dote uel promissa alimenta exhibere & p̃stare, vt ẽt ꝓbat̃ ex notatis ꝑ gl. in d. l. si q̃s a liberis. §. vtrũ. vbi q̃rit, an sicut liberti tenent̃ alere patronos, ita teneant̃ ẽt filii libertorum. Et r̃ndet, ꝙ sic, ꝑ l. fi. C. de
13 liber. & eo. libe. ubi iuncta gl. probat̃. † ꝙ filii libertorum, quãuis ingenui, tenent̃ p̃stare reuerentiã patrono patris. Et sic glo. allegando dictam legem, uult manifeste ꝙ rõne reuerentiæ debita alimenta præstentur. Et sic confirmantur p̄cedentia dũ dixi, ꝙ rõne reuerẽtiæ libertus dẽt alimẽta patri patroni, & nurus socero. Deinde in ꝓposito q̃rit gl. in d. §. utrũ. q̃d econtra, i. an parentũ patroni teneant̃ alere filios libertorum. & determinat, ꝙ sic. Quemadmodũ ergo vult ibi gl. ꝙ sicut filij libertorũ tenẽtur alere patronos parentũ ꝓ reuerentia illis debita, sic ecõtra patroni parentũ tenent̃ alere filios libertorũ, ita in casu nostro sicut nur⁹ rõne reuerentię debitæ patri mariti tenet̃ illum inopem, & a quo nihil habuit, alere, ut ex præmissis colligitur, ita & econuerso pater mariti tenetur uxorem filij ẽt indotatam & inopẽ alere. Quarto ẽt facit, quia si socer dotẽ a nuru recepisset & illã de consensu nurus matrimonio cõstante tradidisset filio volenti seorsum a patre habitare, quo casu socer. liberat̃. l. sane. & ibi Bar. & Bal. in repeti. antiq. de iur. do. & ꝑ Io. An. in addi. Spe. in ti. de do. inter ui. & vxo. §. pe. in fi. Roma. & Pau. de Cast. in d. l. si cũ dotẽ. §. transgrediamur. sol. mat. Pau. de Cast. & Alc. ĩ l. 2. in prin. eo. ti. ac illã dotẽ restitutã filius perdidisset, teneret̃ nihilo minus socer alere nurũ, maxime q̃n non fuisset in culpa circa dotem repetendã, vt clare præsupponit Bal. in dicto consi. 119. ubi concludit, ꝙ dicto casu patri restituẽti dotem filio est consulendum, ita ꝙ non posit in posterũ ulterius conueniri. Ad cõseruandũ aũt patrem dicit ipse sufficit, ꝙ vir & uxor cum iuro refutent, ut ex causa se suosq. alerent. l. quãuis, solu. matr. Præsupponit, ergo, ꝙ non interueniente dicta refutatione adhuc socer teneatur nurum alere, ꝙ est intelligendum filio non ualẽte alimẽta p̃stare, aliàs ad filiũ onus spectaret. d. l. si quis a li
14 beris. §. sed si filius. ꝙ vltra eũ cõfirmatur, † q̃n si p̃r legitimam filio ꝯsignet in uita, & filius illam consumat ẽt culpa leui, adhuc non põt ei pater alimenta denegare, ſm Bal. in l. 2. §. j. sol. mat. & in auth. si captiui. C. de epis. & cleri. & in l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. & in auth. contra rogatus ad Treb. & Spe. in tit. qui filij sint legi. §. j. versi. sed pone, &c. & Alex. in d. l. si cum dotem. §. j. & optime probatur in l. si libertus qui operarũ, ſm primam lectu. gl. in ver. diuersa. de oper. liber. Ergo idem q̃n filius ꝑdidit dotem, alimenta ut sibi, uxori & liberis suis præbeantur
15 d. §. non tñ. & dixi supra. † Sicut ergo q̃n mediante restitutiõe dos apud socerum esse desijt, & ab ea socer liberatus fuit, tenet̃ nihilo minus nurũ alere, quæ a viro ali non potest, eodem modo, q̃n ab initio nurus fuit indotata, tenetur socer ei alimenta ministrare, si a marito capi non possunt, q̃a utroque casu est eadem ratio. Et primo casu sicut vltimo socer dotem non habet, nec ad dotẽ tenet̃, & sic occasione fructuũ dotis dici nõ potest alimenta deberi, quia etiam primo casu onera matrimonij filij subire tenetur, nec etiam fuit in culpa restituendo dotẽ, ex quo hoc facit nuru uolente & lege permittente, & paria sunt dotẽ ab initio non suscepisse, & susceptam restituisse, quoad ea quæ emergunt post dictam restitutionem. prædicta ẽt conclusio efficaciter cõfirmabitur infra in responsione ad ultimum contrarium. Superest demum ad allegata in contrariũ respondere. Nõ obstat igitur, dũ primo dicebatur, ꝙ onus alendi nurũ spectat ad socerum demum, si ad eum dos peruenit, quia istud falsũ est, vt superiorib. patet. Nec tex. in d. l. si filia. §. j. famil. ercis. probat ꝯrium, quia quamuis ad socerum spectet dos nurus, quia necesse habet agnoscere onera filij & nurus, vt ibi dicitur ĩ tex. illud habet locum, q̃n dos est constituta, sed nõ sequitur, quin etiam ad dicta onera teneatur nulla dote cõstituta. Nec obstat, qđ di-
16 cit Bal. in cõsilio in cõtrariũ allegato. † Quia fateor, ꝙ dote existente apud filium, tenetur filius ad onera matrimonij ab eoꝯtracti, ꝓut loquitur Bal. sed vbi dos non est cõstituta, uel per filium est perdita, debet vxor filij ali a socero, si non põt ali a marito, ut ẽt sentit Bal. in dicto ꝯsi. & dixi supra. Similiter non obstat, ꝙ uxor, quæ dotem non dedit, expelli posit, quia allegata in oppositum procedũt, vbi dos fuisset ab vxore ꝓmissa uel ab alio pro ipsa, vt declarant Doct. maxime Alex. in d. l. ꝙ in vxorem. & in dicto. §. sin autẽ in seuissimo, secus ubi nulla dos fuit promissa, sicut in casu nr̃o, vt habetur in locis p̄allegatis. Non obstat dum sc̄d̄o dicebatur, ꝙ filius fuit in culpa recipiẽdo vxorem sine dote, & ꝙ hæc culpa sibi & suis, non autem patri debe
17 bat nocere. † Quia & si dicatur in culpa leui, tamen filio nõ nocet in alimentis petendis, sed solum ꝑꝑ dolum & latam culpam per allegata superius, dũ dixi alleg. Bal. in pluribus locis, ꝙ si filius culpa ẽt leui consumpsit legitimã sibi in uita patris asignatam, ꝙ ꝑ hoc non perdit ius petendi alimenta. Sicut ergo ipse potest per se alimenta petere, ita conseruatur ius petendi pro his, quibus ipse tenetur prouidere, quando potest, dicto. §. non tantũ, ubi idem ius est de his omnibus, & probatur ex alijs allegatis in præcedentibus. Et quidem hoc tanto magis contingit in casu nostro, in quo filius fuit in culpa in non quærẽdo, quæ non solet imputari. l. qui autem. in prin. de his quæ in frau. credit. ideo minus hoc casu debet obesse, si alimenta nõ amittit ꝓpter culpam commissam in perdendo quæsita, prout contingit

quando

qñ legitima sibi tradita consumit. Nec obstat dum postremo dicebatur, ꝙ negari possunt alimenta huic nurui, quam filius in-
18 uito patre accepit in uxorẽ. Quia hoc falsum est,† quia sicut nõ põt ex dicta causa filius exhæredari. §. causis. in auth. ut cum de appel. cogno. & not. gl. in d. l. 5. §. si emancipatus. ita non possũt ex dicta eã alimenta denegari, quia ex illis causis tantum, ex q̃b. filius iuste exhæredatur, ex eisdem alimentis priuatur ẽm gl. in d. l. j. col. 7. solu. matri. Sicut ergo filius ex hac causa priuari non potest, ita nec eius uxor, quę dicit vna caro & unum corpus cũ marito, ut dictum est, quia minus factum filij dẽt vxori nocere, quam sibi, ar. dict. §. si emancipatus. Et ꝙ dissensus patris nocere nurui non possit quasi in terminis probatur ex not. per Bar. in dicta l. si cum dotem §. transgrediamur. vbi cõcludit, ꝙ si dos fuit soluta filio sine iussu patris (quod aũt loquatur quãdo iussus patris non interuenit, declarat ibi Pau. de Cast.) pater tenetur ꝑmittere dotem nurui, dummodo sit persona honesta, maxime si matrimonium sit contractum cum consensu patris. Nã ex illo verbo maxime, colli̇r, ꝙ Bar. idẽ vult, quando etiam filius uxorem duxisset patre nõ consentiente. Si ergo socer tenetur promittere dotem nurui, cum qua matrimonium filius contraxit sine consensu patris, & quę dotem dedit filio sine iussu patris & hoc ut matrimonij libertas conseruetur, quare non idem in casu nr̃o, ut socer teneatur nurui maxime honestæ personæ alimenta ministrare, quamuis matrimonio pater nõ consenserit. Quemadmodum in casu Bar. non distinguitur, utrum consenserit pater uel non, eodem modo sine distinctione dicendum est in casu nostro. Quinimmo ex dictis Bar. in loco præalle. pro-
19 batur explicite, ꝙ † socer teneatur alere nurum indotatam, q̃ filius duxit non consentiente patre. Nam si tenetur se obligare ad dotis restitutionem nurui, eius matrimonio non consensit. qui similiter non approbauit tacite uel expresse, ut dos filio solueretur, ex hoc sequitur, ꝙ si socer inciperet male uti substãtia sua, ꝙ nurus ab eo constante matrimonio posset dotem repetere, ut declarat idem Bar. in l. si constante. in 7. q. 1. par. prin. sol. ma. Et sic ex bonis soceri nurus alimenta caperet, & tamen ad socerum dos non peruenit, nec socer matrimonio consensit, q̃uis nurus sit dotata, in casu Bar. non est uis, quia ex quo dos apud socerum non est, nec apud alium eius iussu, satis dr̃ indotata quo ad istum socerum, & ꝑpea in casu nostro eadem rõne dicendum est, ꝙ alimenta nnrui indotatæ debeant, quã filius, duxit sine consensu p̃ris. Et si dicatur, ꝙ nurus agere non possit, sed filius, vt vxor alat̃, sicut dicit Pa. de Ca. in d. §. si cum dotẽ, ꝙ nurus non cogit socerum, ut obliget sua bona, sed est filius. Rñdetur, ꝙ cum in casu nostro filius sit absens, poterit nurus agere tanquam coniuncta persona mariti ad utilitatem ꝓpriã. Itẽ agere poterit nomine ꝓprio utili actiõne, argumen. l. si lõgius. de iudic. & hoc aperte declarat & vult Bart. in l. si constante. in ultima quæst. 1. par. sol. mat. Non obst. insuper, qđ vult Bal. in l.
20 oẽm. C. ad Tertullia.† quia dum vult statutum valere imponẽs pœnam contrahenti matrimonium sine consensu patris, male loquitur, & contrarium communiter tenetur. Nam, ꝙ non teneat statutum, pro quo metu pœnæ libertas matrimonii impeditur, uoluit Io. And. in c. statutum. el 1. de hære. in 6. Pe. de Anch. & Domi. idem Anton. & Abb. in c. 1. de spon. & Pet. de An. in c. primo char. 8. uersiculo ex prædictis patet, qualiter, de consti. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. versi. sextus casus, &c. eodẽ titu. Fede. in consi. 35. & Anto. de But. in consil. 40. Visa forma, &c. & Petr. de Anchar. consilio 18. incipit, pro solutione dubiorum, &c. Eadem ergo ratione, uidelicet, ne libertas matrimonii restringatur, non debent alimenta nurui denegari, cuius matrimonio socer non consensit. Præterea Bald. loquitur, quando statutum expresse pœnam imponit contrahenti matrimonium sine uoluntate patris, quæ pœna priuationis alimentorum de iure communi non reperitur imposita. & ita concludo. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Dec. consil. 231. qua de re per Crot. in l. si constante in 2. lect col. pen. sol. mat. qui trãscribit, uel transcribitur. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Testes numero, & pondere excedentes, sunt contrarij præferendi testibus.*
2 *Negatiua loco, et tempore coarctata ęque probari potest atq; affirmatiua.*
3 *Pauper & uilis non potest esse idoneus testis.*
4 *Fama delictum non probat sufficienter.*
5 *Testis qualiter de fama deponere debeat.*
6 *Testes assignantes rationem dicti sui non assignantib. sunt præferendi.*
7 *Testes qui uerisimiliora deponere dicantur.*
8 *Iurisdictio quatenus & inquantum tranferri possit.*
9 *Imperator causam unius prouinciæ iudici alterius committere potest.*
10 *Iniuria sine animo iniuriandi committitur.*
11 *Debitor in diem, non incidit in moram, si non soluat die adueniente.*
12 *Error iuris potius præsumi debet, quam dolus.*
13 *Notarius non punitur de falso, qui solennitatem requisitam omisit in instrumenti confectione.*
14 *Error in notario omittente præsumitur potius quam dolus.*
15 *Verba non sunt iniuriosa, si animus iniuriandi desit.*
16 *Verbum iniuriosum quando animo iniuriandi dictum præsumatur.*
17 *Præsumptio una quandoque aliam elidit.*
18 *Affectus punitur aliquando, licet non sequatur effectus.*
19 *Interpretatio mitior statuti quando debeat capi.*
20 *Testes non ideo dicuntur contrarij ex eo, quod unus plus dicat, & alter minus.*
Animus ex uerbis ut plurimum probatur.
21 *Statutum puniens eum, qui tumultum in populo facit, qualiter sit intelligendum.*
22 *Copula concursum utriusque copulati requirit.*
23 *Verba generalia non possunt dici iniuriosa.*
24 *Ruina quibus contingere soleat.*
25 *Violenter dictio, uarijs capitur modis.*
Verba testis in dubio contra proferentem sunt intelligenda.
26 *Lapillus quot modis sumatur.*
27 *Verbum, quod falsum & non falsum denotare potest, in mitiorẽ partem accipi debet.*

CONSILIVM CXLV.

ABSQVE multiloquio mihi videtur, ꝙ magnificus D. Paris ab his, quæ ei obijciuntur sit innocens, quia non inuenio, qđ peccauerit verbo vel opere. Nam ꝙ uerba, de quib. in inquisitione, ꝓtulerit, & ꝙ obloquutus fuerit, prout in ea continetur, probari dr̃ per duos testes, uidelicet, D. Nicolaum & Angelum de Cremona, ac etiã per famam. Quæ probatio penitus confunditur, & in totum euacuatur per contrariam probationem D. Paridis, qui per plures testes docuit, ꝙ dicta uerba non
1 protulit,† ideo suis testibus excedentibus numero & pondere testes contrarios, est standum. l. ob carmen. §. fi. & ibi not. ff. de testi. & plene no. in c. in nostra. eo. ti. Et licet super vera negatiua testes D. Paridis videantur deponere, quib. alij ẽt pauciores testificantes super affirmatiua solent præferri ẽm gl. in l. diẽ ꝓferre. §. si plures. de arbi. & Inn. in c. sup hoc. de renunc. in c. ueniens. & in c. quid per nouale. de verb. sig. & Bal. in rub. C. si q̃s aliquem testa. prohi. & Ro. in rubr. de arb. in 7. col. & in l. in illa.
2 in fi. de ver. obl. Nihilo minus † qñ negatiua, de qua testes deponunt, est coarctata loco & tẽpore, sicut in casu nostro, perinde est, ac si super affirmatiua deponerent, quia negatiua nõ minus cadit in sensum testis, quã affirmatiua, ẽm Inn. ĩ c. bonę. de ele. & probatur ex no. per gl. iuncto tex. in l. Pantonius. §. rei ꝑduellionis. de acq. hære. & ibi no. Imo. de quo per Iac. Butr. & Bal. q̃ idem tenent in l. actor. C. de prob. & Bal. in l. cum hi. §. 1. de trãsact. Et ideo dicto casu statur pluribus, secũdũ Bar. in d. §. si plures. & Bald. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & proprie. & Abb. in d. c. in nostra. Et præsertim qñ testes dicunt, sicut in casu nostro, qđ Dom. Paris non potuisset alta uoce dicere dicta uerba, quin audiuissent, quia erant præsentes, & parum ab illo distan-

distantes,quia etiam modo prædicto probatur negatiua cōclu denter secūdum gl.in §. hinc nobis in auth.de hær.& Falci.& sētit Bal.in c. 1.iuxta fi.de contro.inuesti.glo.& Bar.in l.1.§.hoc interdicto.de iti.actuque priua.Quinimmo sufficeret, si testes dixissent,fuisse præsentes,& non audiuisse, quamuis non dicāt ꝙ dici non potuisset,q̄n audiuissent,ſm Are.in c.tertio loco.de proba.per d.§.hinc nobis.& ꝑ no.in c.clerici. 81.dist.& ꝑ Bal. in l.2.C.de bo.poss.secūdum tab.Et ultra eum hoc etiam voluit Car.in consi.28.& sequuntur etiam Mode. in d.ca.tertio loco. Præterea dictus Angelus de Cremona non est integer nec idoneus testis in hac causa criminali,quia pauper est & uilis, sicuti probatum est,secundum Bar.in l.ex libero.de quæstio. Ant.de Butr.& Imo.in c.si qui.de testi.& Ale.cons.15.3.vol.Ex quo sequit̄,ꝙ intentio curiæ non est plene probata,& ꝙ testibus contrariis D.Paridis est credendum magis propter honestatem personarum & authoritatem.d.c.in nostra.& ibi per Doct.& ma-

4 xime Host. † Et similiter probatio famæ recepta super delicto contra inquisitū,nihil releuat. Quia testes de ea deponentes nihil probant ea rōne,quia interrogari & deponere debuerunt,a quibus traxerit originē,& ex quibus causis ortū habuerit. Nec sufficit,ꝙ simpliciter dicat̄ famā extare,prout dn̄t testes ꝑdicti ſm Bar.in l.de min.§.plurimum.de q̄ō.in pe.q.Bal. in l.proprietatis.C.de prob.An.de Bu.in c.cum oporteat.de acc.& Ale.cōs. 50.1.vol.& in consi.150.& seq.5.vol.& in alijs cōsiliis de q̄b. infra paulo post Hoc idem ēt clarius probat̄ ex no. ꝑ Ang.in re

5 pe.l.si uacantia.C.de bo.vac.lib.10.in 3.col.vbi dixit † ꝙ testis deponens de fama,ēt non interrogatus,debet exprimere a q̄b. personis,audierit,idē tenet Roma.in l.1.in prin.de ope.no.nū. per no.per Inno.in c.qualiter & q̄n.el grande.de accu.& facit qđ no.Ang.in l.q̄d ergo.§.q̄tū.de his qui no.inf. dicēs,ꝙ testis qui de infamia deponit, non probat,nisi rōnē assignet ēt non interrogatus.idē tenet D.Abb.in c.cōsuluit.de app.ꝑ illū tex.& in c.cū cām,quæ inter Archiepm̄.de testi.ꝑ not.ꝑ Inn.ibi,& cū ꝑdictis ēt transit Ale.in conſ.154.col.ult.& ꝯſ.ſe.5.vol.Et ꝑsertim,cū prædicti testes non dicant,audiuisse a maiori parte populi,ꝙ D.Paris protulerit verba ꝑdicta, sed simpliciter ꝙ est fama de hoc apud maiorē partē populi Asulę,ꝙ eē ꝑt,ēt si a dicta maiori parte testes nō audierint.Et ubi dicta fama eēt ēt aliqualiter probata,tn̄ eius ꝓbatio in totum ꝯfundit̄ ꝑ probōnem famæ contrariæ,de quas plures testes domini Paridis deponunt. Nā illi declarāt & exprimunt a q̄b.audierunt,& a quibus fama traxit originē.Et ꝑpea q̄uis ēt pauciores eēnt numero, ꝑferri tn̄ dēnt testib.contrariis non exprimentib.a quib.fama, de qua illi testificant,potuerit oriri,ꝑ not.ꝑ Bald.in l.presbyteri.C.de

6 epis.& cle. ubi dicit † ꝙ testibus assignantib.rōnem dicti sui magis credit̄ quam non assignantibus,ēt ubi redditio cāæ non est necessaria,sicut non est regulariter,q̄n testis non est necessaria sicut non est regulariter,q̄n testis non interrogat̄,ut no. in l.solam.C.de testi.& idem uoluit Iac.Bu.in quadā q̄ōne inc.Q̄ō talis,&c.quē refert & sequit̄ Ale.in d.l.1.in prin.de ope.no.nun. quia,secūdū eum,examinatio testis de cā nō interrogati nō caret aliquali dubio,cū iudex non laborauerit ad ueritatē inquirēdā,ꝓut debet l.2.C.de eden.& c.iudicantē.30.q.vlt. Et eo magis testib.D.Paridis inq̄siti est magis credendū,q̄a cū illis ꝯcordat ꝑsumptio iuris cōis,ſm quam nō ꝑsumit̄ quis deliquisse.l. merito.ff.pro socio,& Bar.& alii in l.non solum.§.sed ut probari.de ope.no.nun. ꝑꝑ qđ dici pōt, ꝙ testes ꝑdicti dicant̄ uerisimiliora deponere,per not.per Inn.in c.auditis.de pręscr.dū di-

7 cit † ꝙ testes dn̄tur uerisimiliora deponere,q̄n dictum eorum consonat cum iure cōi,iō ꝓualet,& aliorum dicto ꝑfertur,ſm Doc.in d.c.in nr̄s.Accedit etiam,quia cæteris parib.ꝓualet probatio,q̄ est pro reo,ar.l.Imperatores.ff.de re iu.& c.fi.extra eo. ti.& not.omnes in d.c.in nostra.Et idcirco de necessitate concludit,ꝙ ex probationib.inquirentis nedū nō ꝓbatur delictū, sed nec ēt orit̄ iudicium ad torturam uel ad capturam contra dominum Paridem,& si quod prius fuisset ortū,reperitur purgatum ex probationib.inquisiti,& ex eis facile & clare deprehēditur,ꝙ testes ꝯtra eū deponentes sunt iniqui,mendaces & falsarii.Et tales,contra quos eēt merito ꝓcedendū.Præterea,ꝙ non possit dn̄s Paris puniri ex eo,quod loquutus fuerit de domino Ptolomæo & aliis ex alio etiam comprobatur,quia ꝙ illos nominauerit,solus D.Nicolaus deponit & attestatur. Angelus uero de Cremona dicit neminem nominasse, sed quædam uerba

iniuriosa protulisse cōtra quosdā,absque eo ꝙ audierit aliquē nominari,ideo dictum vnius non sufficit.l.vbi numerus, de testi.c.in omni negotio.eo.ti.Et tāto minus, quia plures habet ꝯdicentes,& a q̄bus reprobatur, ut dixi. Quid aūt si ꝓbaretur, D. Paridem protulisse verba, de quibus in inquisitione in loco publico & coram plurib.videlicet.Che lo illustrissimo Signore facea male a leuare de le mane,& de lo examino del Podestà di Asula,gli dui ꝑgioni,ē che nō lo potra fare, ꝑche era iurisditiōe separata da la iurisditione di Mātua,altramēte che nō sono Sermedo,Leonardo,ne Hostiliano e le altre potestarie dil præfato signore,&c.Et vr̄ prima facie ꝙ veniat puniēdus tanq̄ verba ꝑdicta sint iniuriosa & ꝯ honorē ꝑfati D.Marchionis,& ꝑ ꝯñs ꝙ locū habeat pœna statuti. Quoniam princeps de iure seu iure permittēte potuit cām criminalem ꝯ dictos incarceratos delegare Ptāti Mantuæ,q̄uis sub eius iurisdōne nō eēt, ex quo erāt de iurisdōne delegantis.l.1.& ibi no.C.qui pro sua iuris. & per oēs in l.1.in princ.de of.eius cui man.est iurisd.& in l.a iudice.

8 C.de iud.† Si.n. vellet iurisdōnē ordinariam in totum transferre & concedere Ptāti Mantuæ in terra Asula ꝯ concessiones & capitula,hoc de iure fieri nō posset. Sed vtiq. potuit vnam cām criminalē pertinentem ad iurisdōnē Ptātis Asulæ delegare Ptāti

9 Mātuæ,†sicut pōt Imperator cām vnius prouincię delegare iudici alterius prouinciæ, vt hr̄ in dictis locis. Et ꝑpea D.Paris dicendo palam & publice ꝙ D. Marchio male faciebat, & ꝙ sic de iure facere non poterat,dr̄ obloquutus ꝯ eius honorem, & ꝯtra eū verba iniuriosa protulisse, q̄a improperat ei maleficiū redarguendo illum de iniustitia.l.fi.cū ibi plene no.de var.& extraor.cogni.& insti.de obl.quæ ex quasi deli.in prin. vt probat̄ ex no.per Bar.in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.aliàs, sed si adijciatur.ff.de iniur.per Ang.& mod.in l.3.in prin. de lib. & posth.vbi dn̄t,ꝙ si dixero,tu mentiris, ꝙ hoc est verbum iniuriosum,quia tibi impropero maleficium.i.mendacium,q̄ ratio ēt ĩ casu nr̄o h3 locum.Sed præmissis non ob. absq; dubio ꝯriū

10 puto verius. † Q̄m iniuria nō committitur sine affectu & aīo iniurandi.l.illud.ff.de iniu.cum concor.de quib.ibi ĩ gl.l.diuus. ad l.Corn.de sic. Et in dubio non præsumitur animus iniuriandi & delinquēdi,vbi pōt alia coniectura capi.l.merito. pro soc. & probat̄ ex no.per Bar.in l.gerit.de acquir. hære. & in dispu.

11 incip.debitor in diem,&c.vbi vult † ꝙ debitor in diē,cui sit delata hæreditas creditoris,non incidit in morā, quæ est delictū, si non soluit aduueniente die,q̄a pōt & dēt præsumi, ꝙ non soluendo voluerit adire, per d.l.merito.facit etiam, qđ no. idem Bar.in l.quoties.§.1.& seq.de hære.insti. dicēs, si inuenietur aliter scriptum per notarium,quam fuerit dictum,ꝙ error præsumitur potius quā dolus, ex quib.infero, ꝙ vbi de dictis verbis constaret,præsumendum est,ꝙ ea protulerit Do. Paris potius zelo iustitiæ,credens hoc de iure fieri non posse, quam animo & intentione obloquendi de principe,& iniuriam ei inferendi.

12 † Et quamuis error iuris r̄r non præsumatur,ſm Bar.in l.sed si lege.§.scire.de peti. hæredi.& in l. non fatetur.de confess.tn̄ est potius error iuris præsumendus q̄ dolus,ſm Raph. in d.l. non fatetur,vbi dicit,ꝙ pręsumit̄ potius error iuris,ꝙ donatio.l.Titia.§.qui ĩ vita.de leg.2.& l.2.§.si a pupillo.ff.pro empto.& idē

13 uoluit ēt Ful.in l.iubemus.C.de testa.dicens,† ꝙ si notarius in confectione instr̄i omittat solennitatem requisitam de iure,nō punitur de falso,excepto casu,de quo ĩ illa lege, quia hoc factū potius præsumitur per imperitiam & iuris errorem,q̄ per dolū alleg.in arg.l.post legatum.§. 1.ff. de his quib.vt indig. & idem vult Sali.ibi,& Alex.dicēs ꝙ in notario ꝑsumitur magis error q̄ dolus,per no.per Bar.in d.l.quoties.§.1.& Bal.in l.1. ff.de legi. & Ang.in l.iurisgentiū.§.ꝙ fere.de pac.& idē tenet ēt Imo. ĩ d. §.1.qui ēt loquitur de iuris errore. Et ideo præsumendum est, ꝙ D. Paris errando in iure,dicta verba protulerit principaliter zelo iustitię,& tāquam quilibet vir integerrimus,qui facile pati non pōt ius & iustitiā in aliquo vulnerari. Et tanto magis sic est credēdum de d. D. Paride viro quidē optimo honestissimo ac ꝯuersationis & vitæ laudabilis, & qui de suo principe solitus est laudabiliter loq, & illū extollere, sicuti est plene in ꝓcessu deductum & ꝓbatum, ꝓut ꝓbat̄ ex no.ꝑ Bal.& Imo.ĩ d.l.quoties.§.1.ubi dn̄t post Bart.ꝙ errore notarij præsumitur aliquid

14 omissum,& nō per dolum.Nec ob.ſm prædictos, ꝙ ꝯ tabellionem debeat pręsumi rōne officij,in quo debet esse diligens,per ea,quæ hn̄r in l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden.& qđ no. ĩ l.cum

l.cũ ita.§.species.de leg.2.& in l.fi.C.de mag.conuen. Quia ſm eos cõſideranda eſt qualitas pſonæ tabellionis,quia ſi alias fuit bonus,præſumitur p eo,ſi uero fuerit alias malus, præſumitur dolo ſcripſiſſe,p no.in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.j.& in l.iubemus.C. de prob.& in l.non omnes.§.a barbaris.de re mil.Et q̃. uis verba prædicta uideantur contra honorem princi. hoc non eſt in conſideratione, nec debet attendi, quia hoc prouenit in conſequentiam,cum principaliter ad hoc nõ fuerint ordinata, ſed propter aliud honeſtum propoſitum fuerint prolata,ut dixi.l.ſi cũ ſeruo.ff.de iur.& facti igno.leg.rogaſti.i prin.& l.ſi qs nec cauſam.ſi cert.pet.& l.1.in prin.de auth.tuto.Et qđ ſtatim ſubijciam,& probatur ex no.in l.1.C.ſi quis Imperato.maledixe.in verſi.ab iniuria.ubi gl.exponit.i.iniurioſe,& ex animo. Et
15 ſic nõ ſufficit † ꝙ reipſa uerba ſint iniurioſa,ſed etiam gl. copulatiue requirit animum & ꝓpoſitũ iniuriãdi. Et hinc videmus, ꝙ qui a ſnĩa appellat,dicit eã iniuſtã & iniquam.l.præfecti.ff.đ mi. Et tñ non reperitur iure cautũ, ꝙ iudex a quo poſſit agere iniuriarũ ꝯ appellantem,licet ſnĩa eius tanquam iuſta fuerit cõfirmata,& hoc quia præſumitur,ꝙ quis appellauerit cauſa iuris ſui ꝓſequendi & conſeruandi,& non animo & intentione iniuriandi,quamuis iudici obijciatur,ꝙ iniuſte iudicauerit, qđ eſt delictũ vel quaſi.d.l.fi.de vari.& extraor.cogni.Et p pdicta rñ-
16 detur ad l. ſi nõ ꝯuitij.cũ gl.C.de iniur.ubi hr † ꝙ in dubio verbũ iniurioſum præſumitur dictũ animo iniuriandi, ſi non ꝓbetur ꝯtrariũ,quia illud ꝓcedit,vbi alia ꝯiectura non põt ſumi,ut quia non poſſet excuſari aliquo errore uero vel pſumpto,ſicut põt in caſu nr̃o,vt patet ex pmiſſis.Nã tunc ſatis dr̃ ꝓbatum ꝯ-
17 trariũ,† quia pſumptio tollit aliã,ut no.in l. diuus.de in integ. reſti.Et hanc fuiſſe intẽtionẽ D. Paridis certiſſime teneo,& de hoc nullatenꝰ dubito,q̃ ẽt manifeſte colligit̃ & cognoſcit̃ ex ꝓceſſu.Illud ẽt certiſſimi iuris eſt,ꝙ pp verba pdicta non incidit D.Paris in pœnã ſtatuti ſub rubrica de ſeditioſis,&c. Nã in illo ponũt multi caſus, inter quos vnus tm̃ vr̃ poſſe adaptari ad caſũ nr̃um,vcʒ dũ mãdat,ꝙ nõ audeat qs aliqd aliud dicere,facere,vel tractare,pp ꝙ pſona ipſius D.Capitanei & cõis Mantuę mutet̃ & ꝑturbet̃ quoquo mõ,& mutari, diminui ac ꝑturbari
18 poſſit,& ualeat quoquo mõ in toto vel in parte,&c.† Et ſic ponit ẽt qñ qs ꝓceſſit ſolũ ad actum verbi, quis ẽt non ſequatur effectus,dũmodo ſeq. poſſit. Alij vero caſus verificantur tantũ poſt rem perfectam & ꝯſumatam,ideo nõ ſufficit conatus, ſed requiritur effectus.l.3.§.fi.qđ quiſq.iur.iux.no.per Bar. in l.1. §.diuus.de ſica.& per Bal.in l.ſi quis nõ dicã rapere.C.de epiſc. & cle.& per Doc.in l.ſi is qui cum telo.C.ad l.Corn.de ſica. cũ ꝯcor.In quãtũ ergo ſtatutũ contẽplatur actum uerbi & effectũ in potentia tm̃,qui poſſet ſequi,dẽt intelligi & interpretari,qñ verba fuerunt prolata principaliter ad hũc finem ꝯ perſonam, ſtatum & honorem dicti.D.Capitanei, & eo propoſito & intẽtione,ut eius ſtatus & honor turbetur,periclitetur,& mutetur.
19 † Sed eſt ſecus, quando proferũtur principaliter ad aliũ finẽ vel intelligi poſſunt prolata ad alium effectum, quia debet capi interpretatio mitior,& per quam pœna euitetur.l.ſi præſes, & l.de interpretatione.ff.de pœn.prout in caſu nr̃o cõtingit, ſicuti ex præmiſſis colligitur.Et ultra prædicta,ꝙ D.Paris non ꝓtulerit dicta verba animo concitandi populum,euidenter apparet ex eo,ꝙ arctabat homines,ut ad principem cõuolarent, & deprecarentur vt carceratos non remoueret a iuriſdictione ſui ꝑtoris, ſicut etiam deponit Angelus, de Cremona,& multi alij examinati ꝓ dño Paride,quib. etiã non ꝯtradicit dñs Nicolaus, qui de hoc nihil dicit,per no.per Ant.đ Bu.in c.1.de offi.deleg.
20 dicentem,ꝙ † teſtes non dñr ꝯtrarij ex eo, ꝙ unus plus dicat, & alter minus,ꝙ autem animus dñi Paridis & intentio declaretur per dictã perſuaſionẽ, voluit gl.2.in l.apud Celſum.in prin. de doli except.& i l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. de his, quæ in frau. credit.quæ uult, quod animus probetur ex his,quæ quis dixit & protulit,cum igitur verba, de quibus agitur, ſint dicta non ob hoc principaliter, vt tumultus fieret ĩ populo,ſed iuſtitiæ & uirtutis amore, quamuis etiã potuiſſet pp hoc populus ꝯcitari,non habet locũ pœna ſtatuti,ut clare probatur ex no.p
21 Bal.in l.j.§.j.de iuſt.& iu.dicens † ꝙ ſi ſtatutũ puniat facientem tumultũ in populo,& quis ſit alium aggreſſus ex cauſa inimicitiæ,& propter hoc factus ſit tumultus,ꝙ ille non incidit in pœnam ſtatuti,quia actus illius non fuit ad hoc principaliter ordinatus, ideo non debet attendi id, quod ſequutum eſt in conſequentiã.d.l.rogaſti.& d.l.ſi quis nec rãm.& fact.l.3.§.homines.ff.vi bono.rapto.Et ex hoc infero, ꝙ ẽt ſi ex verbis prolatis a D.Paride fuiſſet actus tumultus, ꝙ non eſſet puniendus, ut probatur ex no.per Bal.in loco allegato,cum uerba per eũ prolata non fuerint ad tumultum ordinata,ſed alia intentio omiſſa Nec ob.dum ſtatutum loquitur, qñ aliquid eſt dictum, uel factum contra regimen officialium D.Capitanei,&c. Quia requirit ſtatutum copulatiue ꝙ illud ſit contra ſtatum & regimen domini Capitanei & ſuorum officialium,& ſic non ſufficit,ꝙ aliqui uerba iniurioſa protulerit tantum.D.Paris contra officia-
22 les,† q̃a ex natura copulæ requiritur concurſus copulatorum. l.ſi hæredi plures.de cond.inſti.Præterea non ponit ſtatutũ ſimpliciter dictum uel factũ contra dictos officiales, ſed qñ pp illud ſequitur,vel ſeq. põt turbatio,inquietatio & diminutio ſtatus & regiminis D. Capitanei, qui effectus ſequi nõ poterat veriſimiliter ex dictis uerbis ꝓlatis aduerſus officiales prædictos. Sed uerba prædicta ſimpliciter tendunt ad ignominiam dictorum officialium,quo caſu aliud ſtatutum ſpecialiter prouidet, & aliam pœnam imponit,ꝙ etiam locum hr̃e non poteſt in caſu nr̃o,quia non eſt probatum niſi p unum teſtẽ.ſ.D.Nicolaũ, ꝙ Do.Paris protulerit uerba iniurioſa contra dictos officiales, quia Angelus dicit,non audiuiſſe aliquem nominari. Quinimmo confunditur dictum illius unici teſtis per probationes Do. Paridis.cuius teſtes concludenter probant hanc negatiuam, ꝙ illo loco & tpe non fuerunt prolata uerba prædicta, nec cõtra principem,nec contra aliquem eius officialem,ſicuti in præcedentibus dixi latius. Et ideo per hæc D.Paris venit ẽt abſoluendus ab alia inquiſitione.in qua fit mentio de dictis uerbis iniurioſis contra dictos officiales.Reſtat nunc uidere,an poſſit cõdemnari pp quædam alia uerba prolata in domo ꝓpria in ciuitate Mantuę,dum dixit,ruina,ruina,&c.in quib.audio fieri magnam uim. Sed mihi uidetur ſomnium & ridiculum de hoc dubitare. Et in primis conſidero,ꝙ de huiuſmodi uerbis nõ eſt inquiſitus D.Paris,ſed de aliis verbis prolatis in terra Aſulæ ſub fraſcata,& alio tempore.Et ideo quamuis probaretur,dicta verba, ruina,ruina,&c.protuliſſe,non poteſt ſequi aliquo mõ condemnatio,quia iſtud eſt aliud & diuerſum delictum ab illo, de quo in inquiſitiõe, nedum pp diuerſitatẽ verborum, ſed ẽt pp diuerſum locum & tempus ſm Barto.clare,in l.denunciaſſe.§. quid tamen.de adulte.vbi ẽt vult fortius,ꝙ ſi uerba,de quib.in inquiſitione & eo animo,quo ibi dr̃, probarentur prolata alio tempore uel alio loco,non poſſet ſequi condemnatio,q̃ iſtud ſufficeret pro defenſione domini Paridis. Sed etiam ex alio venit abſoluendus, quia dicta uerba, ẽt ſi poſſint dici mala,& ma
23 lo animo prolata,† quia tamen ſunt generalia,& generaliſſima non poſſunt dici iniurioſa,nec pro illis poteſt inquiri,uel pœna imponi,ut clare probatur ex no.per gl.& Bart.in l.turpia.in princ. de leg. 1.ubi.quærit, qualiter intelligatur quis diffamari de maleficio.Et reſpondet, ꝙ non ſufficeret,ſi ſtaret in genere maledictionis,ut dicẽdo ipſum impium & peſſimum hominẽ, & ſimilia,nec requiritur,ꝙ de aliquo pronunciet maleficiũ ita limitate,ſicut dr̃ in l.libellorum.de acc.ſed ſufficit,ꝙ dixerit feciſſe homicidium,uel furtum,& ſimilia,ut ibi in glo.Et hoc modo ſeu ſecundum prædicta intelligi debet ſtatutum, quod recipit interpretationem a iure communi.l.2.C.de noxa.&c. cum dilectus.de conſu.Et ꝓpea dicta verba in caſu noſtro,pp ſui gñralitatem nihil importãt,& reputantur nullius momenti.Præterea & tertio uerba huiuſmodi multiplicem ſenſum & interpretationem hr̃e pñt,& primo, ꝙ intelligantur de quadã gñali ruina,quæ imminet toti Italiæ pp bellorum diſcrimina, & pp quæ fiunt ſimiles exactiones,de quibus deponunt teſtes.Et ſm hoc uerba prædicta nullum hñt in ſe peccatũ,uel aliquod, qđ ſit reprehẽſibile,pñt ẽt intelligi de ruina ſpeciali terrę Aſulæ,& ẽt ſm hãc interpretationem aliquid mali non continent, quia D.Paris non dixit,ꝙ exactio facienda eſſet iniuſta,nec exactionẽ redarguit vel improbauit tanquam iniuſtam. Et ideo ex tali exactione etiam iuſta & facta ex cã iuſta & legitima,potuit ſeq. ruina dictis hominibus qui forte ſine magno detrimento & intereſſe nõ potuiſſent pecunias parare. Potuit etiam ſentire D. Paris de ruina,quę ſequi poterat mediãte exactione,q̃ forte putauit iniuſtã.Et hoc q̃dem dupliciter, & primo actiue hoc eſt,
24 † ruina ipſi principi iniuſte exigenti, quæ merito ſolet euenire indebite extorquẽtibus.Secundo paſſiue,hoc eſt,ruina ipſius pſonis

sonis exactis. & qualitercunque intelligatur illud uerbum, nõ uideo quomodo dici posit prolatum ad inducendum tumultũ quia & rõne loci, in quo sic fuit dictum, & personæ loquentis, & eorum, cum quibus est loquutus, & ex genere seu ex modo loquendi, aliter est præsumendum, cum sic fuerit dictum extra terram Asulæ, hoc est, Mantuæ & in domo propria, & a persona circunspecta & morigerata, & coram paucis, hoc est duab', & in genere ac in nube, non descendendo ad aliquam speciem. Quis ergo per hoc poterit arguere D. Paridem de seditione etiã mentali, vel de obloquutione? Et ubi ẽt esset possibile trahere dicta uerba ad aliquem sensum deprauatum, quòd D. Marchio erit ruina dictæ terræ, prout forte uolunt malignãtes interpretari, tamen hoc modo non dẽnt capi. Sed intelligi ad pœnam eui tandam omni alio modo, qui magis prodesse posit Do. Paridi, ut in casu absque dubio magis dubitabili uoluit Barto. in l. 2. de duo re. ꝙ Titius cognouit Seiam uiolenter, & sic etiam deposuerunt testes. unde Bart. concludit, quod testes non probant, 25 † quia uerbum violenter, potest intelligi actiue, hoc est, de uiolentia illata ab ipso Titio, & passiue, hoc est, de uiolentia illata ipsi Titio, per quam compulsus est hoc facere, vñ uerba testis ambigua debent intelligi cõtra proferentem. c. in p̃sentia. de ꝓbatio. & per Im. nisi cõis vsus loquendi aliter se habeat. Et idem tenet Barto. in l. uxor. §. si quis uxori. ff. de adulter. & in l. si ita. la. 1. de manu. testa. & Ang. in l. cũ res. C. vi bon. rap. Pro hoc ẽt facit, qđ not. Rayn. de Forli. in l. & si non sint. §. gemmæ de aur & arg. leg. ubi refert decidisse. q. Florentiæ, t̃pe quo ibi erat qui dam dux Calabriæ, cum quo ipse erat. Fuit. n. formata inquisitio contra meretricem, ꝙ percussit cum lapillo aliam meretricem probatum erat cõtenta in inquisitione esse vera, dicebat, 26 ꝙ dẽbat condemnari, & ipse, ꝙ debebat absolui, † quia lapillus uariis modis accipit, q̃nq; pro lapide precioso. d. §. gẽme. q̃nq; pro lapide lædente pedem. l. 1. cũ ibi no. C. de erro. calc. Vñ est æquiuoca dictio, & cum habeat uarias significationes, & agit de pœna infligenda, debet accipi significatio magis benigna. d. l. si præses. & l. interpretatione. de pœnis, & cum eo transit Ale. in l. 1. in prin. de acq. poss. in 5. not. facit, quod no. gl. in l. iurisgẽ 27 tium. §. qđ fere. de pac. quæ probat, secundum Bal. † ꝙ ubi vnũ uerbum p̃t importare falsum, sumitur interpretatio benignior, & quæ tendit ad excusandum. Nec curo de iudaica interpretatione testium, quia ad eos non pertinet facultas declarandi, q̃ non transit ad alium, etiam si sit hæres, ut no. in l. Põponius scri bit si frumentum. §. fi. de rei uend. per glo. Bart. & Doct. in d. l. 28 inter stipulantem. §. 1. † & ideo non poterit procurator declarare libellum obscurum domini, secundum Bart. & Doct. ibi nec successor in officio sententiam prædecessoris sui, intelligendo tamen hoc vt ibi per Imo. Rapha. & Ale. & idem uolunt alii in locis ibi allegatis. Spectat ergo declaratio ad do. Paridem. l. si q̃s intentione ambigua. de iud. & per Bar. & per alios in dictis locis, immo secundum eos etiam absque alia eius interpretatione debet iudex pro eo ad eius commodum interpretari. faciunt ẽt no. in §. aliæ. insti. de actio. & in l. hos accusare. §. ijsdem. de accusatio. Si qua agitur seditio potuit oriri, hoc non peruenit verbo, uel opere domini Paridis, sed ex mala, & iniqua interpretatione dictorum testiũ, qui in terra Asulæ promulgauerunt id, quod non dixit, nec cogitauit Do. Paris. Quo uero ad aliam inquisitionem non est insistendum, quia contra D. Paridem solũ deponit D. Nicolaus & Codrinus falsarius & infamis, & ex pluribus aliis testibus D. Paridis clare constat de eius innocentia, per quos confunditur probatio contraria. Potest ergo facile intelligi, quanta fides sit adhibenda huic D. Nicolao, qui in omnibus suis dictis habet solum vnum contestem, & quidem non idoneum, nec fide dignum. Et in omnibus a plurimis reprobatur, & mendax & periurus ostenditur. Concludo igitur, quod magnificus Do. Paris uelut innocens ab omnibus inquisitionibus est absoluendus. Et sic constanter teneo, nec aliter dici posse confido. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Ias. consilio 167. volumine 4. & Dec. consil. 256. qua de re per Nat. consil. 595. colum. prima cum seq. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Testis sponte deponens ut suspectus reijcitur.*
2 *Periurus non testis idoneus, nec etiam tortus indicium facit.*
3 *Maledicis nulla est adhibenda fides.*
4 *Periuro etiam emendato nunquam creditur.*
5 *Testi asserenti se falsum dixisse per corruptionem, nũquam creditur.*
6 *Famæ plus creditur, quam periuro.*
7 *Testis deponens non interrogatus non facit præsumptionem.*
8 *Criminosus quando indicium aut præsumptionem facit aduersus socios.*
6 *Interrogatio quando de socijs fieri debeat, & quando non.*
10 *Criminosus quando contra socios suos indicium faciat.*

CONSILIVM CXLVI.

MAGNIFICE ac clarissime dñe Capitanee, q̃m aliàs in uoce fuit ostensum, ꝙ dictum Bizari adhuc non torti non faciebat indiciũ ad inquisitionẽ formandam contra magnificum. D. Bernardinum de Sesso, maxime ꝑ no. ꝑ Bal. in repe. l. cunctos populos. in 2. col. & in lect. quinta col. & per multa, quæ nunc præmitto. Nũc vero postq̃ audio, ꝙ in tortura perseuerauit in eadem ꝯfessione, vtar nouis remedijs ad ostendendũ, ꝙ huic credi nõ debeat, ẽt respectu nouæ inquisicionis. Moueor in primis; quia iste anteq̃ caperetur, sponte & nemine cogẽte, & nulla monitione iudicis præcedente cõfessus est, ꝙ a D. Bernardino p̃ce, & precio cor- 1 ruptus deposuit falsum. † Ex qua depositione spontanea, facta sine requisitione & interrogatione alicuius iudicis reddit adeo suspectus, ꝙ nullã penitus facit præsumptionẽ. Ita in terminis firmat Saly. in l. fi. in vlt. col. C. de accu. dicens, ꝙ si particeps criminis sponte & iudice non interrogante detegat ꝯsocios suos, ꝙ adeo redditur suspectus, vt nullam faciat præsumptionem ꝑ illam. l. fin. & sicut dr̃ de teste, qui se ingessit, & vltro se obtulit, iuxt. nõ. in l. post legatũ. §. his vero. de his quib. vt indign. & l. q̃ oĩa. de proc. Quamuis ergo post capturam hoc sit ꝯfessus iudice interrogante, ex quo tñ prius sponte, & nullo iudice monente, uel interrogante hoc affirmauit, factus est adeo suspectus, ꝙ amplius ei in aliquo credi nõ debeat. Et hoc fundam ẽt ꝓcedit, dato ꝙ essemus in casibus, in quibus q̃s posit de cõsocijs interrogari. Qđ tamen negatur, ut dicetur inferius. ¶ Cõfirmat hæc 2 cõclusio & secundo. † Nam iste Bizarus est periurus, ut notissimũ est. Et ideo eius testimoniũ ẽt post torturam non est sufficiens indicium ad inquisitionẽ. Hoc ꝓbatur ꝑ tex. in c. qualiter & q̃n. el 2. de accu. ubi dicit tex. ꝙ ante inquisitionem debet præcedere fama, quæ ortum non habuit a suspectis, & a ꝑsonis maledicis. Maledicis autẽ non creditur, s̄m Sal. in l. ea quidẽ. C. de accu. circa tractatum inquisitionis, dũ alleg. d. ca. qualiter, & 3 q̃n. † quia ex quo cõsueuerunt maledicere, non est amplius eis credendum. l. is cui. §. ijsdẽ. de accu. Hac igitur met rõne non est credendũ periuris, quia ex quo cõsueuerũt falsum iurare, sicut iste, qui periurauit bis & ter, non debet amplius eis credi. c. testimonium. & ibi ꝑ Doc. maxime ꝑ D. Abb. de testi. & ꝑ gl. in c. ꝑ tuas. in verb. adulterij. & si mon. quæ gl. proprie alleg. d. l. is cui. §. ijsdem. de accu. quã allegat Sal. Sicut ergo fama, quæ processit a maledicis, non facit indicium ad inquisitionem. d. c. qualiter, & q̃n. ita & dictum istius periuri non sufficit ad inquisitionem, quia vtroque casu est eadem ratio, ut patet ex prædictis. ¶ Nec obstat, ꝙ fuerit tortus, & ꝙ in tortura perseuerauerit, quo casu Bal. in d. l. cunctos populos. vult, infames de facto, & de iure fa 4 cere indiciũ ad inquisitionem, † quia hoc fallit in periuro, ut ꝓbatur no. ex dictis gl. in d. uersi. adul. quæ vult, ꝙ quamuis alius criminosus emendatus de crimine sit idoneus testis, tñ secus est in periuro emendato, quia adhuc laborat contra eum suspicio, ꝙ ex quo semel deierauit, ꝙ adhuc credatur iterum deierare, q̃ summe no. ibi D. Abb. dicens not. per illã, ꝙ sub generali dispositione, qua habilitantur testes criminosi, non uidetur habilitatus periurus, numquam ergo, dicit ipse, debet admitri piurus in testem, nisi de eo admittendo spãl'r caueatur. Quamuis ergo in proposito alij criminosi & infames per torturam purgent quo ad effectũ formandi inquisitionẽ, s̄m Bal. vbi supra. tamen hæc gñalis dispõ nõ habet locũ in piuro, ex quo de admittẽdo non

cauetur

cauetur specialiter,& per ꝯñs tortura non reddit eũ magis habilem,q̃ esset ante torturã,sicut nõ habilitatur magis post emẽdationem,q̃ esset prius.Et per hoc infertur, ꝙ quamuis particeps criminis admittatur, uel ad inquisitionẽ formandam, uel etiam faciat indicium ad torturam in criminibus exceptis,tamẽ hoc nunquam habet locum in periuro, per rõnes & iura præallegata,cõfirmatur hoc ꝑ tex.vbi uř ẽt casus,in c.sicut nobis, de
5 test.vbi punctuał̃r tex.dicit † ꝙ testibus dicentib. se corruptos falsum dixisse,quia sunt periuri,non est aliquatenus credendũ. Noto dictionẽ aliquatenus,iuncta cum negatiua,quæ idẽ significat,quod uerbum,nullo modo, sicut importat dictio nullatenus,ut no.Anchid.in ca.statutum.de rescr.in 6.& in ca. qm̃. de immu.eccl.& in c.2.de deci.lib.6.Si ergo nullo mõ tali testimonio est credẽdũ,ergo nec ẽt quo ad aliquam ꝑsumptionẽ sufficientem ad inquisitionem.Et sic ibi vř casus in terminis.Ad idẽ facit,quia licet inquisitio formari possit ẽt fama non præcedente,dummõ aliæ legimæ præsumptiones & indicia precedant,ut not.declarat Bal.post Nico.de Matta.in l.iubemus.C.de probatio.tñ talis præsumptio debet esse ualidior,uel saltem similis famæ:vt concludit post multa D.Ant.& illum ibi sequitur Aret.
6 in c.cum oporteat.de accusatio.† Sed quis dubitat, ꝙ huic ꝑ iuro tantum credi non debet,quãtum famæ, & minorem induci præsumptionem quam famã,ut ex prædictis probatur, & quia in ciuilibus ei non crederetur aliquo modo, fama verò sufficeret ad semiplenam probationem,iuxta no.in l.3.§.lege Iulia.de testi.cum simili. Præterea quis non uidet,ꝙ iste Bizarus inductus est ad sic accusandũ D. Bernardinum,uel spe ꝑmij, uel q̃a sperat liberationem,uel ex alijs causis,quas in proposito ꝯsiderat tex.in d.l.fi.C.de accusatio. Nam iste captus subito sine tormentis ꝯfessus est delictum suum,ꝙ D.Bernardinum accusauit & mox tortus in eadem opinione perseuerauit,& sic ꝯ̃ se tenaciter perseuerat.Alii.n.qui in tortura aliquid confessi sunt ꝯ̃ se, demum illud reuocant tanquam metu tomentorũ dictum: iste vero ꝯ̃ se sponte confitetur & ꝯ̃ se in tortura perseuerat,q̃ ei inferebatur,non ut ꝯ̃ se perseueraret,sed ut semel ꝯ̃ se dictum reuocaret.Istud ꝓfecto est manifestum signum corruptionis & falsitatis, & cuilibet maximam dẽt generare suspicionem ꝯ̃ eum.
7 Præterea si iste non interrogatus accusauit D. Bernardinum,tã quam suspectus,ut dictum est,non facit ꝑsumptionem. si vero fuit interrogatus,& tunc aut in genere,& idẽ,per allegata superius.Aut in specie fuit interrogatus a iudice de Do.Bernardino & alia ratione non facit aliquam ꝑsumptionem.† Quia ad hoc vt criminosus ꝯ̃ sociũ faciat indicium,vel ꝑsumptionem,est necessarium,ꝙ ꝯ̃ illum socium nominatum sit aliqua suspicio,vel ꝑsumptio criminis,adeo ꝙ sine illa ꝑsumptionẽ facit ꝯ̃ socium, ab eo nominatum:ut est glo.no.in d.l.fi.C.de accus.& cum ea transeunt alij.& clarius,ut supra,eam declarat Salyc.ibi in fine. ¶ Cõfirmantur ꝑdicta,quia sumus in casu, in quo quis non debuit de sociis interrogari,quo casu interrogatus nullam gñat ꝑsumptionẽ,nec ꝯ̃ socium aliquod facit indiciũ,ut no.Cy.& Sal. clarius in d.l. fin. Quod aũt crimen,de quo agimus,si tale,ꝙ de eo non sit quis de socijs interrogandus,probať ex no. per Bar. in l.repeti.in §.1.ff.de qõ.cum quo transeunt simplicitur alij in c.1.de ꝯf.q̃cquid dicat solus Saly.in d.l.fi.vbi dicit in proposito
9 † ꝙ si delictum est tale,qđ principaliter non fiat cã lucri,sed in iniuriã alterius & damnum,tũc non debet fieri interrogatio de socijs.Dicere aũt falsum testimoniũ,tendit ad iniuriam alterius principaliter,ergo de eo non sunt interogandi ꝑticipes & ꝯsocij.Et si dicatur,immo dicere falsum ꝑ pecuniã fit principaliter cã lucri.Rñdeť,ꝙ non attendiť,ꝙ falsum dici possit aliquo casu cã lucri,sed attẽdi debet illud,qđ ẽ regulare,& illud qđ inest naturaliter huic delicto,& non ꝑ accidens. Regulariter aũt falsum dř cã dãnificandi aduersariũ potius quã lucri, ergo attẽdi debẽt,qñ cõiter fit.Aliàs si non attenderet, qđ fit cõiter, sed ẽt qđ fit per accidens,nullũ esset delictum,qđ simpliciter dici posset ꝯmissum in iniuriã alterius,quia põt ẽt ꝯmitti qñq; ad ꝓpriũ lucrum. Præterea dato ꝙ dictum istius faceret ꝑsumptionẽ ad inquisitionẽ nõ faceret indiciũ ad torturã,ꝑ ꝑdicta,& ꝑserti q̃a criminosus,& ex quo ꝯ̃ D.Bernardinũ nulla alia ꝑcedebat suspicio,uel infamia de hoc delicto. Et hoc clarè vult Sali.in d.l.fin.
10 Cõcludens per gl. ibi † ꝙ in criminib.ẽt receptis reuelans ꝯsocios ita demũ facit indiciũ ad torturã ꝯ̃ eos, si aliqua alia suspicio uel ꝑsumptio aliũde erat orta aduersus illos,quia accusatio criminosi,& illa alia suspicio simul generãt sufficiens indiciũ ad torturã. Secus uerò ubi soci⁹ reuelat sociũ nulla alia suspicione ꝑcedẽte.Quia tũc dictũ illius nõ causat sufficiẽs indiciũ ad torturã ꝯ̃ sociũ,quia apparet eũ esse criminosũ, ex quo ꝯfessus est ꝓpriũ delictũ,iõ ei ad hũc finẽ credi nõ dẽt. Multa quoq; alia adduci possent,ꝑ q̃ cõcludẽter oñderet, tale indiciũ nõ esse sufficiens ad torturã. Sed alio loco & tꝑe,si opus erit, reseruo dicenda, cum pro nunc prædicta sufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio nunquã formari potest nisi diffamatione præcedente.*
2 *Socius criminis nullum facit indicium contra consocios.*
3 *Testis non facit indicium, nisi sit integer & bonæ famæ.*
4 *Periurus testis a testimonio repellitur vt infamis.*
5 *Confessio in tormentis facta debilior est ea, quæ fit citra tormenta.*
6 *Testes torqueri non possunt, nisi indicia contra reum inquisitum præcedant.*
7 *Defensio cum sit de iure naturali,non potest per statutum tolli.*

CONSILIVM CXLVII.

MAGNIFICE Do.Capitanee, contra inquisitionem formatã seu formandã per magnificẽtiam uestrã aduersus spectabilẽ & generosum equitẽ. D. Bernardinum de Sesso,bř dř, illã fuisse & esse nullã,nec de iure potuisse aut posse formari. Et ad hoc dicendum
1 moueor ex eo maximè, † quia ad inquisitionẽ formandã super certo crimine & ꝯ̃ certam personã deueniri nõ põt de iure per aliquẽ iudicẽ,nisi ꝑcedente diffamatione suꝑ asserto crimine & ꝑcedentib.legitimis indicijs ꝯ̃ inquisitũ: quæ indicia proueniãt a personis fide dignis & non suspectis, ut plenè traditur & not. in c.qualiter & qñ.el 2.extra de accusatio.& ibi plenè per cano. & per Ang.in l.si uacantia.de bo.uacan.lib.10. per Bart.in l.de minore.§.tormenta.& in l.fin.ff.de qõnib. Vñ cũ in ꝑsenti causa nulla præcesserit diffamatio de crimine ꝯ̃ inquisitũ: nec nulla subsistant indicia saltem legitima,nec de iure valida,vt infra ostendetur,merito dicta inquisitio remanet nulla,inanis,& elisa. ¶ Quòd autẽ nulla subsistãt indicia saltẽ legitima,aut de iure ad inquirendũ sufficientia,omisso diffamationis articulo,suꝑ quo nulla est facta probatio, cõdescendã ad indiuidua & particularia indicia,quæ palam dicunť extare ꝯ̃ inquisitum, & assumam dictum huius Bizari, in quo fit omne potissimum fundamentũ ex eo,ꝙ ipse de falso inquisitus confitendo proprium crimẽ dixit & confessus fuit,falsum reddidisse testimonium in causa uertente inter magnificum D.Vgolinum de Sesso ex una, & dominum Ludouicum ex altera.Et hoc fecisse ad instãtiã præfati D. Bernardini inducentis eum ad talia, ac corrũpentis eum ꝑce & precio,qui ꝑ prius & añ eius testificatum promisit dare certam quantitatẽ pecuniarũ,quã postea dedit diuersis locis & temporib. prout latius dř ꝯstare in eius ꝯfessione & in asserta inquisitione. ¶ Et tanto magis dř eius dicto seu ꝯfessioni standum atq; credendum quanto perseuerauit in eius dicto & cõfessione usque ad tormenta,argumento eorũ q̃ no.Bar.in l.ex libero.ff. de qõnib.& Ang.in §.si uero ignoti.in auth.de test. Et profecto si recte animaduertať ad eius dictum seu ꝯfessionem,in qua fateť se fuisse inductum ac corruptum pecunia ꝑ D. Bernardinũ ad ferendum falsum testimonium,ipse nihil penitus probat, neq; vllum facit indicium ad inquirendũ,vel ad procedendũ ꝯ̃ dictũ D. Bernardinũ,cũ fatetur se participem ac sociũ eiusdem criminis,siue hoc dixerit sponte vt accusator,vel denunciator,siue vt socius ac ꝯsocius & particeps eiusdem criminis interrogatus a iudice hoc dixerit,siue ẽt testis,iuxta plene no.per gl.& Doc.in l.si filium.C.de libe.cã.& in l. qm̃ liberi.C.de tes.per gl.& Doc. in l.fi.C.de accu.per Bar.in l.j.§.si seruus.ff.de qõnib.per Gui. de Suza.& moder.in suis trac.maleficiorum.Et est cõis opi.fm oẽs,& Lud.in l.& si certis.ff.ad Silla.†ꝙ socius criminis inculpã
2 do uel accusando socios eiusdem criminis,nullum facit indiciũ nisi in casib. exceptis per gl.& Doc.in d.l.fi.C.de accusatio. inter quos arguendo a sufficienti partium enumeratione non reperitur iste. Vnde siue sponte inculpauerit D.Bernardinum. siue

ue interrogatur a iudice, cum non debuerit eum interrogare, nullo casu facit indicium, argumento eorum, quæ not. Bar. in l. maritus. ff. de qõnib. Et tanto magis pdicta procedunt, quanto iste Bizarus dicit se recepisse commodum & emolumentũ pecuniæ pp dictũ crimen committendum, quo casu ei indistin-
3 ctè nõ creditur, vbi criminaliter agitur, † ut est tex. no. in c. 1. & ibi plene no. de testi. co. 6. Et in terminis ita cõsuluit Io. de Ana. in cons. 59. col. 2. vers. restat. plus uoluit Sal. in d. l. fi. C. de accus. quē refert Ale. in cons. 39. in 3. par. Quod etiam in casibus exceptis, in quibus socius põt interrogari de socijs, ꝙ sola assertio, vel inculpatio non faciat indicium ad torturam contra socios, per no. in d. l. si filium. Nisi cõcurrat aliqua alia præsumptio cõtra inculpatum, ꝙ est ualde no. & alleg. no. per gl. in d. l. fin. quæ vltra assertionem requirit aliam præsumptionem. Præterea, ꝙ nullum faciat indicium, oñdit alia ratione inconuincibili. Nam ad hoc ut unus testis faciat indicium, requiritur, ꝙ sit interger, & omni exceptione maior. Idest talis, contra quem nulla possit opponi exceptio, iuxta no. per gl. insti. de inuti. stipu. §. item uerborum. super uerbo, idoneos. & per Bar. in l. 1. §. item Cornelio. ff. de qõnib. per glos. & Doc. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. & Do. Abb. in c. 1. de cõfess. & in suo cõsi. 16. & D. Ale. in plerisq. consilijs eius, & est cõis omnium sententia. Vnde cum iste Bizarus ultra ꝙ est socius & particeps criminis, patitur mille alios defectus, adeo ꝙ etiam si essemus in casibus, in quibus possit interrogari de socijs, nullum adhuc faceret indicium. Attento primo, ꝙ est pauper, vilis & abiecta persona, quo stante certũ est, talem psonã in causa criminali non esse idoneum testem, ut in terminis uoluit Io. And. D. Ant. & Im. in c. si qui: extra de testi. per id, qđ habetur. 4. q. 3. §. si testes. & ita ēt cõsuluit D. Alex. in suo. consi. 15. in tertia parte. & facit tex. in l. 3. in ver. egenus. in prin. de test. ¶ Secundo accedit, ꝙ ultra paupertatē & uilitatem personę concurrunt mali mores, mala vita, consuetudo falsum dicendi testimoniũ, prout apparet in dicta causa agitata inter dictos Vgolinum, & Ludouicum, in qua deposuit pro utraque parte falsa, uaria & contraria testificando. Et sic semel malus sẽper præsumitur in eodem genere delictis malus, argumento. l. nõ oēs. §. a barbaris. de re mil. plene per Dy. in c. semel malus. de reg. iur. lib. 6. Tertio accedit, ꝙ fuit & est pp antedicta eius testimonia falsa, varia & ꝯria periurus & infamis, iuxta no. in l. Lu-
4 cius. ff. de in fa. † Et ideo utroq. casu repellitur a testimonio, ut de periuro plene habetur in c. testimonium. extra de testi. & p Spe. in ti. de teste. §. 1. ver. item excipitur, ꝙ est periurus. & per Doc. in l. si quis maior. & in l. si ex falsis. C. de trãsac. De infame ēt infamia facti plene traditur per Bar. Bal. & Doc. in l. cũctos populos. C. de sum. Tri. &c. p gl. in l. Cassius. ff. de senat. & plenē. 4. q. 2. c. infames. & in 3. § lege Iulia. ff. de testa. & hoc maxime procedit in causis criminalib. & grauib. vt p Doct. in locis præallegatis. Itaq. attentis pręd̄ictis nulla ratione dici potest, ꝙ iste uere Bizarus nomine & effectu aliquod faciat indicium cõtra tam præstãtem & insignem, cõtra quē nulla pcedit diffamatio de tali crimine, nec ulla alia præsumptio, quinimmo cõiter tenetur, hr̄ & reputatur pro insigni & generoso eqte & pro nobili uiro, & nunq talia vel similia audita fuere de eo, prout facile probabitur data sibi copia indiciorũ, & fortius per personas notabiles & fide dignas probabitur, ꝙ prefatus D. Bernardinus ipsum Bizarum præmonuit, ut nollet dicere, nisi puram & meram veritatem in suo testificatu, & alia plura, ex quib. patebit, ꝙ iste vere est vnus Bizarus, & hæc faba diuino quidem iudicio cudetur in caput suum. Nec prædictis habet obstare torturã data ipsi Bizaro, in quo dicit pseuerasse constanter in suo dicto & in sua inculpatione, quia hoc nihil iuuat instiganti curiã nam per hoc talis assertio & imputatio facta contra dominum Bernardinum non redditur potentior, neq. validior, immo ex
5 quo tortus est in se & in alium simul & semel † debilior est cõfessio facta in tormentis quam sine. Ita dixit Bart. in l. 1. §. quæstio. in tertio membro suæ dis. ff. de quæstio. Præterea & fortius respondetur, quod ad istam torturam deueniri non poterat ꝯ viles & abiectas personas, nisi quando uacillat in dicto, uel sit ab alijs conuictus dę mendacio, uel quando ingerit se ad ferendum testimonium, fm Bart. in l. ex libero. ff. de questionib. Sed hæc oīa cessant in casu isto, qa nõ se ingessit ad ferendum testimonium, immo fuit captus, detentus, & examinatus, & interrogatus, de quo non debuit. Item nunquã uacillauit in dicto, immo super in eodem perseuerauit, & sic non fuit cõuictus ab alijs. Ex quo sequitur, ꝙ ista tortura tanq superuacua & iniusta nihil prodest curiæ, nec aliquid nocet D. Bernardino inculpato sed solum nocuit ipsi Bizaro, qui re uera non debuit, neque potuit hoc casu de iure torqueri, qm̃ ex hoc sua cõfessio etiam in tormentis perseuerata non redditur potentior, neq. ualidior contra D. Bernardinum q̃ esset prius, & max. hoc attento, quia iste Bizarus fuit tortus ut reus, & in se ipsum & in alium simul, quo casu militat decis. Bar. in præallegato. §. qõni uidelicet, ꝙ talis confessio reddatur debilior. Si uero fuisset tortus ut testis ꝯ
6 D. Bernardinum, tũc uoluit in d. l. 1. in prin. circa fi. ꝙ † ad tormenta testium deueniri non potest, nisi pcedant indicia contra reum inquisitum. Et sic apparet, ꝙ iste tortura data Bizaro nihil iuuat contra D. Bernardinum, contra quem nulla alia indicia præcedunt, quibus sic stantibus concluditur, quòd ista imputatio, seu inculpatio facta per Bizarum ut conscium ac participem criminis, ut pauperem ac uilem & abiectam personam, ut periurum ac infamē nihil habet officere ipsi D. Bernardino tanquam bono ac graui & honesto uiro bonæ vitæ cõdõnis & famæ, prout etiam liquido probatur data sibi copia indiciorũ, quæ denegari non põt, per no. per Bar. in l. custodias. ff. de pub. iud. & per Ale. in consi. 41. in 2. parte, & Io. de Ana. in cons. 17. Nec ob. statutum de arbitrio Ptãtis Ferrariæ in falsitatib. concesso, quia per hoc non debet iudex lædere partē, nec põt, fm Bar. in l. filiusfa. ff. de donatio. Item non debet nec potest tolle-
7 re defensiones reo, secundum omnes Doct. ibi † quia defensio est de iure naturali, quæ nunquam intelligitur sublata per statutum, secundum Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam, & in l. 1. ff. de test. mil. Et ideo danda est copia indiciorũ, ut possit reus inquisitus facere suas defensiones. Et hæc quo ad processum. Quo vero ad merita causæ in præsentiarum non est opus aliquid attingere, nisi demum factis defensionibus & probationibus. Ex quibus patebit de manifesta innocentia domini Bernardini iniuste & indebite inculpati per hunc Bizarum uirũ scelestissimũ, & qui facit mercimoniam de suis testimoniis. Vltra ꝙ ēt suis loco & tempore demonstrabitur, ꝙ si uera eēnt, quæ dicit Bizarus, adhuc istd inductio vel asserta corruptio nõ eēt punibilis tanquam nemini nocens, nec appta ad nocendũ. fortius etiam demõstrabitur, ꝙ ēt si quid datum esset huic Bizaro ut maleficium indicaret, idest ut falsos testes & pecunia corruptos indicaret, ꝙ illa datio pecuniæ facta ob hanc causam, tam ex parte dantis quam recipientis fuit de iure licita atque permissa. Itaque quicunque facit fundamentum in dicto seu confessione Bizari, ut officiat D. Bernardino, plurimum errat in iure & in facto. Et ista sufficiant pro nunc. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Dos filiæ data a patre ei in legitimam imputatur.*
2 *Filia dotem a patre profectam an imputet sibi in legitimam.*
3 *Dos filiæ quando nepotibus in legitimam sit imputanda.*
4 *Statutum disponere potest dotem matris nepotibus in legitimam non imputari.*
5 *Filius in successione uniuersali per statutum melioris est cõditionis quam filia.*
6 *Relatiuum repetitionem antecedentis cũ suis qualitatib. refert.*
7 *Dos materna in legitimam non imputatur nepotibus, si pater stipulatus sit dotem filiæ reddi.*
8 *Dos a quouis mulieri debet, eidem donata præsumitur.*
9 *Filia quando agere possit ad supplementum legitimæ.*
10 *Dos data filiæ quando descendentibus ex ea imputari possit.*
11 *Filius quando a querela inofficiosæ donationis uel dotis remoueatur.*

CONSILIVM CXLVIII.

1 QVoniã de iure cõi certum est † ꝙ dos data filiæ per prēm, debet filiæ imputari in ltimã. l. qm̃ nouella. C. de inoff. tes. Istud reuocat in dubiũ pp statutũ ciuitatis sub rub. de dotib. restituẽdis, &c. in uer. in su pēt statuimus, &c. ubi ordinat ad tollẽdũ dubiũ inter Doc. iuris ciuilis, ꝙ dos pfecta a pre præmoriente filia, non imputetur nepotib. ex ea in legitima eis dębita in bonis aui

qui materni.& subdit statutum ꝑ hæc verba. Et qđ supra dictũ est de dictis nepotibus,locũ etiam habeat in dictis filiabus,&c. ¶ Quæritur ergo,vtrum ex hoc verſ. dicatur prouiſum † ꝙ filia nõ teneatur ſibi imputare in legitimã dotem a p̄re profectam. Et vr̄ ꝙ non,quia,vt ex principio dicti verſi.colligitur, intẽtio ſtatuentiũ fuit tollere ius dubiũ,non ãt corrigere ius cõe in eo, quod erat certum & indubitatũ,ſicut eſt,ꝙ dos profecta a p̄re imputeť filiæ in legitimam.d.l.qm̃ nouella.& in l. omnimodo. §.fi.eo.tit.Et tanto magis:quia alio ſtatuto poſito ſub ru.de ſuc ceſſione liberorum,&c.expreſsè cauetur,ꝙ dicta dos imputeť filiæ in legitimam,& in eius augmẽto.Et iõ non eſt veriſimile, ꝙ ſtatuentes voluerint a dicto ſtatuto,qđ cõcordat cũ iure cõi recedere,& illud corrigere.l.nõ ad ea.de ꝯd.& dem.& no. Bar. l.j.§.& parui.ff.qđ vi aut clã.Vr̄ ergo dicendũ,ꝙ ſicut in primo caſu dicti ver.dũ loquiť de nepotib.ex filia dotata,vt.ſ.illis nõ ꝯ puteť dos matris in legitima debita illis in bonis aui, emanauit ſtatutũ ad tollẽdũ dubiũ,qđ erat inter Doc. dicto caſu,de quo in l.in quartã.ff.ad l.Falc.& in l.illã.C.de coll.cũ conc. de quib. per mod.in dictis locis. Sic ẽt in ſequenti caſu, in quo diſponit idem de filia,debeat ſtatutum intelligi eo caſu, quo ẽt reſpectu filiæ erat ꝯtentio inter Doc.prout eſt, qñ auus dotat neptẽ ex filia,quia dubitabile eſt,vtrũ talis dos imputetur filię in legitimã ſibi debitam in bonis patris.Nam Bal.in auth.ex teſtamento.C. de coll.tenuit,ꝙ non.& in l.fi.C.de do.promiſſio.Sed ꝯrriũ uoluit Cy.in l.ſcimus.in prin.C.de inoſ.teſt.Statutum ergo debet intelligi non de dote data ipſi filiæ, ſed de illa quæ data fuit nepti ex filia,ut ſcilicet illa nõ computetur in legitima ipſius filiæ. Et ita ẽt hoc ſtatutum in hac parte interpretatus eſt D.Alex.in quodam conſi.inc.Viſo titulo quæſtionis, &c. qđ non eſt impreſſum.Et ad ꝯfirmationẽ adducit ẽt,qa licet eſſet diſpoſitum
3 † ꝙ dos filiæ non imputareť nepotibus ex ea in legitimam, tñ non erat eadẽ ratio ſtatuendi, ꝙ filiæ nõ imputareť in ltimam dos data ipſi filiæ,qa põt eſſe,ꝙ ad nepotes nõ ꝑueniat dos data filiæ,& qa nepos ſuccedit auo ex ꝓpria pſona, & ñ ex pſona matris.l.2.C.de li.præter.& ibi no.Bar.in l.1.§.& ſit.de coll.do. Et quia pñt nepotes dotem matris tanquã eius hæredes ꝯſequi puta qñ pro ipſa fuit pater ſtipulatus dotem,quo caſu nõ imputatur nepotibus in legitimam debitam in bonis aui, quia illam nõ habẽt ab auo,ſed immediate a matre,ſm̃ Bar.in l. poſt dotẽ.
4 ſol.ma.& in l.ſi cum dotem in prin.eo. ti. † Ideo rationabiliter potuit ſtatutum diſponere, ꝙ dos matris non imputetur nepotibus ex ea in legitima aui , quæ rationes ceſſant in filia quo ad dotem ei datam quæ ꝑuenit immediate ex bonis paternis,iõ dicta interpretatio ad ſtatutum prædictum vr̄ amplectenda tanq̃ magis iuri & rationi ꝯſona. Vel ſecũdũ alios poſſumus dicere, ꝙ intẽtio ſtatuti fuit ordinare,ꝙ dos data filiæ non imputeť nepotib. ex ea in legitimã debitã in bonis aui,& qđ dictum eſt ſupra de dictis nepotib.locũ habeat ẽt in dictis filiab.ſ.ipſarũ filiarũ,& ꝙ nepotes maſculi ex filia,de quib.loquitur prima pars dicti verſ.nec ẽt neptes ex ea, de quib.loquitur vltima pars, imputent ſibi in legitimã dotẽ mr̄nam.Et hoc,vt dixi,ad effectum,vt euitetur correctio iuris cõis in caſu certo & claro,cũ quo inueniť ꝯcordare diſpõ p̄cedentis ſtatuti.¶Sed iſtis non obſtãtib.abſque dubio arbitror,ꝙ non procedat prima, nec ſequens interpretatio ad dictũ ſtatutũ.Si enim ſtatutũ uellet,vt dicit D.Ale. tollere illud dubiũ, vꝫ, an dos data nepti imputeť filiæ dotãtis in legitimã ſibi debitã in bonis p̄rnis,ſtatutum non loquereť ſolum de filia dotãtis,ſed ẽt de filio, in quo ẽt verſať p̄dicta dubitatio,& de quo p̄dicti Doc.loquunť, ſcꝫ vtrũ dos data per auũ nepti ex filio imputeť ipſi filio in ltĩmã detrahendã ex bonis p̄rnis.Et q̃uis eadẽ qõ poſſit cadere in pſona filiæ,qñ neptis ex ea fuit dotata ab auo volũtarie, ſm̃ Ale.nihilominus,vt dictũ eſt, ẽt in filio & freq̃ntius p̄t ꝯtingere.Et ideo ſi p̄dicta fuiſſet intẽtio ſtatuti,nõ reſtringeret ſe ſtatutũ ad dotẽ datã nepti ex filia, ſed loquereť ẽt de dote data nepti ex filio,qa nõ ſubeſt rõ, cur
5 filio debeat dicta dos potius imputari q̃ filiæ,†imo in ſucceſſione vr̄i ꝑ ſtatutũ fit melior ꝯdõ filij,q̃ filiæ. Igiť pari rõne debeť eẽ melior,qñ agiť de detractiõe legitimæ. Et ſir̄r nõ ꝓcedit alia declaratio ſeu interpretatio, per quam dicitur, quòd loquitur ſtatutum de filiabus filiarum;quia hoc eſt manifeſte contra verba ipſius ſtatuti dicentis.Et quòd ſupra dictum eſt de dictis nepotibus,locum etiam habeat in dictis filiabus.Non poteſt ergo intelligi, niſi de filiabus dotantis,de quibus ſolum ſuperius ſtatutum fecerat mentionem, non aũt de filiabus filiarũ, de quib. nihil prædixerat explicitè. Et hoc ꝑ ꝑ relationẽ ad præcedentia importata per illud verbum dictis,qđ inducit repetitionẽ p̄cedentiũ cũ ſuis qualitatib.ſm̃ Bar.in l.ſi quis ſeruũ. §.fi.de leg. 2.& in l.ſanctio legũ.col.pe.ff.de pœn.& per Bar. in conſ.7.incip.And.Mar.&c. loquitur de verbo,infraſcriptis, & per Alex. in l.fi.C.de hæred.inſt.& facit optimẽ.l.plurib.in prin. de verb. obl.vbi idem probatur de verbo,ſupraſcripta. & ibi no.Aret.ꝙ
6 † dictio relatiua inducit repetitionẽ cum omnib.ſuis qualitatibus.Ac ẽt no.Ang.ex illo tex.ꝙ oĩa quæ dñr in diſpoſitione,ad quam fit relatio, intelliguntur repetita in diſpoſitione ſe referente. Nec obſt. dum dicitur, ꝙ ſtatutũ voluit prouidere circa ius dubium:non autẽ tollere ius clarũ & indubitatum,ſicuti patet ex verbis illius.Quia ſatis uerificantur verba ſtatuti in nepotib.ex filia, quib.prohibet imputari in legitimã dotẽ maternã, cũ ſuper hoc eſſent opin.variæ & ꝯriæ. Satis eſt ergo, ꝙ in hoc verba ſtatuti verificẽtur,vel verificari poſſint, quamuis deinde alio caſu recedatur a iure cõi in eo,qđ eſt certũ. Quinimmo ẽt quo ad nepotes erat certũ & clarũ ante dictum ver. ipſius ſtatuti,quòd nepotibus non poterat dos materna in legitimam im-
7 putari. † Nam ubi pater ſtipulatur dotẽ reddi filiæ, tunc de iure dos materna non imputatur in legitimam dictis nepotibus, & hoc quia filiæ dos intelligitur donata, & in ea filia hẽt hæredẽ ab inteſtato, & ſic ad nepotes pertinet tãquã ad hæredes matris,non aũt ꝯſequuntur illã ab auo,nec ex bonis eius,ſm̃ Bart. in l.ſi cũ dotẽ.in prin.& in l.poſt dotẽ.in pe.col.ſol.ma.Et q̃uis aliqui contradicãt ea rõne;qa negant,ꝙ filia in p̄tãte habeat hæredẽ ab inteſtato in dicta dote, tñ vbi ꝯcedatur, ꝙ nepotes ſint hr̄des matris,prout uoluit Bar.& Doc.cõiter, tunc oẽs concedũt,ꝙ nepotes nõ imputent ſibi dotẽ in legitimã, & in hoc nullus ꝯtradicit.Et eſt hoc clarũ & indubitatum; quia illi dñr dotẽ hẽre a m̃re,& nõ ab auo, ideo in legitima ab eo debita non imputatur nepotib.l.ſcimus.§.repletionẽ.C.de inoſ.teſt.Sed ꝑ ſtatutũ p̄dictum prius in ordine & in verſic. item dicimus, ꝙ mu-
8 lier,&c.erat prouiſum,& ordinatũ † ꝙ dos data per quemcunque mulieri, intelligatur ei donata, ẽt ſi dotans ſtipularetur eã ſibi reddi,& ꝙ de ea poſſit teſtari,ẽt ſi ſit in patria poteſtate.Cũ ergo ex capite dicti ſtatuti mulier lucreť dotẽ, & efficiatur ſua, & in ea habeat & habere poſſit hæredẽ ex teſtõ & ab inteſtato, ex hoc tollitur oẽ dubiũ,qđ erat inter Doctores, videlicet vtrũ dos materna cõputeť nepotib.ex ea in legitima debita in bonis aui:qa illa dubitatio ꝓcedit,& ſolũ põt hr̄e locũ, qñ dos ẽ filię, ſed dẽt reuerti ad p̄rem dotantẽ de iure, & ceſſat penitus eo caſu,quo dos ſit filiæ,& in ea põt hr̄e hęredẽ, ꝓut põt ſine dubio ex forma dicti ſtatuti, quãuis de iure cõi inueniantur ꝯriæ opinio. quia tunc dotẽ habent nepotes tanquã hæredes matris, & non ab auo: ideo eis nõ põt ĩ legitimã imputari.d.§.repletionẽ. Et in iſtis terminis ita cõſentiũt oẽs,& nullus contradicit, ut ꝑ Alex.in l.illã.C.de coll.& in locis ibi allegatis per eũ.Et ex p̄dictis ſequitur,ꝙ in ver.poſteriori ipſius ſtatuti, & de quo eſt ꝯtẽtio inter Doc.quia erat ſublatũ, ſaltẽ virtualiter & implicitè, ꝑ p̄cedẽtia,ſeu ꝑ ea q̃ dñr in p̄cedenti parte & verſi.eiuſdẽ ſtatuti.Et iõ ꝯſtat,ꝙ nõ eſt verũ qđ dr̄ poſtea ꝑ ſtatuẽtes, videlicet ꝙ voluit tollere dubiũ, qđ eſt inter Doctores iuris ciuilis,&c. qa qđ eſt ſemel & prius ſublatũ,amplius tolli nõ potuit. l.nam & ſub conditione.verſ.poſt defectũ.de iniu.rup.& irri.teſta.Inſuper ẽt dico, ꝙ hoc ultimum ſtatutũ directò contradicit præcedenti ſtatuto poſito ſub rubric.de ſucceſſione liberorũ,& propterea ad euitandã cõtrarietatẽ prædictæ interpretationes non ſunt neceſſariæ; qa illis mediantib.nõ põt contrarietas euitari.
9 † Nã dicto ſtatuto cauetur,ꝙ ubi maſculi nõ ſunt inſtituti, ſed fœminæ,vel extranei, poſſit per filiam agi ad ſupplementum legitimæ, in quo tales filiæ vel deſcendentes ex eis, ſi quæ dotatæ fuerint ab ipſo teſtatore, dotem datam & augmentum dotis,ſi quod ab eo datum reperiatur,ſibi debeant imputare,& cętera. Vult ergo hoc ſtatutum, quòd dos data filiæ dotatæ imputętur in legitimam nedum ipſi filiæ dotatæ, ſed etiam eius deſcendentibus. Et idem multo magis quando ſunt maſculi inſtituti, imputatur dos prædictis in legitimam,ad cuius ſupplementum tũc agi non poteſt: ſicut prius ordinat prædictum ſtatutum. Nec poteſt ſtatutum intelligi, quòd deſcendentibus imputetur dos, ſcilicet illis data,& non filiæ; quia loquitur etiã de maſculis deſcendentibus quibus non conuenit datio dotis:

ideo sicut quo ad eos intelligit statutum de dote data filiæ, ita
ēt debet intelligi quo ad fęminas comprehensas sub eodem ver
bo, vt æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. de vulg. & pupil.
Præterea statutum dicit, tales filiæ vel descendentes ab eis, si q̄
dotatæ fuerint, &c. illud ergo verbum, si quæ dotatæ, &c. non
pōt rōne salua recti sermonis referri ad descendentes, sed ad fi-
10 lias tm̄. l. Plautius. cū ibi no. per Bar. de au. & arg. leg. † Et sic sta
totū mādat dotem datam filiæ imputari descendentib. ex ea in
legitimam debitam illis in bonis aui vel alterius ascendentis do
tantis filiam. Cuius ꝯrium expresse disponit aliud statutum p̄-
allegatum in versi. super quo uersatur pn̄s contentio. Sicut er-
go in hoc ꝯdicit præcedenti & ei ꝯriatur, non est mirum, si ēt ꝯ
dicit quo ad filiam dotatam. Et ꝑpea concluditur, ꝙ statutū ve
lit, ꝙ dos data filiæ non imputetur ei in legitimam, quia non re
cipit, nec recipere pōt aliam congruam interpretationem. Ideo
cum uerba sint clara, cessare debet interpretatio. l. ille aut ille. §.
cum in verbis, de. leg. 3. l. ꝯtinuus §. cum ita. de ver. obl. & no. ꝑ
gl. in l. ab executore. ff. de appell. ¶ Quo ad aliud, de quo q̄ritur,
vz, utrum possit dici, ꝙ dos non sit inofficiosa ꝑꝑ reseruatio
nes, quas fecit dotās. Circa quod est aduertendum, quia ab ini
tio constitutio dotis fuit de oīb. bonis. Nec ex dictis reseruatio
nib. diminuitur ab initio, sed per illas potuit ex post facto reso
lui sub conditione. s. casu, quo disponeret eo modo quo voluit
posse disponere, s. in testō uel in vltima uoluntate. Si ergo dicto
modo nō disposuit, dos remanet firma, & in nullo diminuta, &
nihil operatur reseruatio, quæ non fuit simplex, sed ad effectū,
vt posset disponere in testamento, vt dixi, de bonis & quantita
tib. reseruatis. Et ideo vbi dicto modo nō disposuit, reseruatio
effectū non habuit, & in nihilo ꝑ illam intelltr a dote ab initio
pure constituta recessum, ut est casus in l. 1. ff. de don. Et ꝑꝯn̄s
remanet dos inofficiosa. ¶ Nec obstat, ꝙ auus dotās acceperit
certā q̄titatē a marito, & de illa disposuerit, quia per hoc dos se
mel cōstituta purè de oīb. bonis nō fuit pro dicta quātitate re
soluta. Quia, vt est dictum, reseruauit sibi facultatem disponen-
di in testamento, vel in vltima voluntate de certis quātitatib. &
sic reseruatio fuit restricta & limitata ad dispositionē faciēdā ꝑ
vltimam uoluntatē. Si ergo aliter disposuit, dos nō resoluitur:
quia conditio illa, sub qua veniebat resoluēda, s. si disponeret in
vltima uoluntate, &c. non fuit formaliter impleta. l. qui hær. &
l. Mæuius. de cōd. & demōstratio. Si quid ergo recipit auus do-
tans, illud dr̄ potius de nouo q̄uisse, sed tn̄ nō tollit ꝑꝑ hoc q̄-
rela, ex quo q̄sita de nouo reperiuntur cōsumpta tempore mor
11 tis, ita ꝙ ex eis filia non pōt legitimā consequi. † Tunc. n. filius
a querela inofficiosæ donationis, vel dotis remouetur, quando
pater de nouo aliquid acquisiuit, qn̄ illud acquisitum peruenit
ad filium post mortem patris, & in illo legitimam habuit, aliàs
secus, ſm glo. & omnes in l. j. de inoffi. dona. Et propterea con-
cluditur, ꝙ propter reseruationem non tollitur querela in to-
tum vel pro parte, quia non fuit simplex, nec aliquid de pn̄ti de
traxit doti constitutæ de omnibus bonis, pure, & sine aliqua su
spensione, licet pro parte potuerit resolui sub conditione, quæ
non fuit impleta, vt constat ꝑ prædicta. Nec ex eo ꝙ dotans re
ceperit, & sic de nouo quæsiuerit, remouetur ēt a querela, quia
illud receptum & acquisitum de nouo, non reperitur extare tē
pore mortis, sed inuenitur consumptum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testium numerus supplet defectum qualitatis.*
2 *Testes in principali concordes esse sufficit, licet in reliquis sint varij.*
3 *Testes in modico contrarij fidem faciunt.*
4 *Adulterium ex quibus actibus præsumatur.*
5 *Matrimonium quando fama probari possit.*
6 *Testes minimè integri perficiuntur alijs adminiculis.*
7 *Matrimonium ne clandestinum sit, publicè contrahi debet.*
8 *Clandestinè fieri quando quid dicatur.*
9 *Processus qualis esse debeat in causa matrimoniali.*
10 *Processus est nullus, si alio ordine procedatur, quam eo, quem partes elegerint.*
11 *Et in præsentia iudicis contestari debet.*
12 *Notarius causæ ex commissione iudicis potest testes recipere.*
13 *Contestatio litis committi potest alicui ut iudici. & non ut nudo ministro.*
14 *Notarius actorum non potest delegari a iudice ad aliquem actū iudicialem.*
15 *Cautela abundans nocere non debet.*
16 *Iudex quo loco censeatur in domo sedere pro tribunali.*
17 *Iudex locum certum & determinatum non habens ab initio locū significare debet.*
18 *Delatio iuramenti parte citata fieri debet.*
19 *Citatio facta pro singulis diebus, & horis intelligitur de iuridicis.*
20 *Hora si in citatione non exprimatur, de qua hora intelligatur.*
21 *Testis die feriato nec recipi, nec iurare potest.*
22 *Probatio dubia recipit interpretationem contra probantem.*
23 *Testes uarij & contrarij non probant.*
24 *Testis deponens coram iudice incompetenti non probat.*
25 *Testis falsarius creditur, qui unum in iudicio dicit, & extra iudicium dicit contrarium.*
26 *Infamia magis timenda est, quam damnum pecuniarium.*
27 *Testis non facit fidem, qui uerisimilia non deponit.*
28 *Varietas in testibus quando noceat, & quando non.*
29 *Dictum testis uarium concordatur, ut iuramentum euitetur.*
30 *Varietas in testibus quando fidem eorum minuat.*
31 *Testes de formalitate uerborum deponentes, debent circa formā concordare.*
32 *Testes matrimonij clandestini debent esse omni exceptione maiores.*
33 *Iuramentum in supplementum probationis non defertur in matrimonio probando.*
34 *Testis quis dicatur pauper in causa ciuili.*
35 *Vilis persona in criminalibus non potest esse testis.*
36 *Frater non est testis idoneus in causa fratris.*
37 *Numerus testium in quibus causis suppleat defectum.*
38 *Actor plene probans an præferatur reo semiplene probanti.*
39 *Iuramentum non defertur in causa matrimonij in defectū probationis.*
40 *Reus absolui debet, si actor plene suam intentionem non probauerit.*
41 *Clandestinum non dicitur id, de quo publicum instrumentum factum est.*
42 *Clandestinitas quo casu non noceat.*

CONSILIVM CXLIX.

QVIA dilexisti iustitiam & odisti inquitatem, pro
pterea. Dn̄e on̄de mihi viā, in qua ambulem, &c.
Viso ac perlecto toto processu, & diligenter pon
deratis dictis oīum testium in hac mr̄imoniali cā
receptis, vr̄ fortassis prima facie dicendum suf-
ficienter probatū mr̄onium quanqnam clandestinum inter D.
Hippolytam & D. Ioannem Petrum in preiudicium sequentis
matrimonij per eandem cum D. Federico de Strotijs ꝯcti etiam
in facie ecclesiæ. Nam de dicto priori matrimonio constat pri-
mo per quatuor testes, qui dn̄t fuisse pn̄tes, & qui ꝯcorditer de
ponunt de uerbis significantib. mr̄imonium de pn̄ti inter præ-
1 dictos. † Et quamuis dici posset, illos nō esse omnino integros,
tamen numerus supplet defectū qualitatis, secundum Iac. Bur.
in l. 3. post prin. ff. de testi. per id, qđ no. ibi gl. in §. eiusdē. uer.
numerus. dum gl. dicit, ꝙ illud, quod deficit de fide testium sup
plet numerus. & no. Io. And. in ti. de noto. crimi. §. fama. in ad-
dit. incip. Aliàs supra, Imo. in l. qui testō. in prin. de testa. Nico.
de Neapoli in l. excusetur. in prin. de excusa. tuto. & Ale. in cōs.
5. 1. volu. & in multis alijs consilijs. Similiter non obstat, si in ali
2 quib. dicti testes uarient uel discordent, † quia ex quo concor
dant in facto principali, sufficit, & est satis, quod nō sit uarietas
circa substantialia, uel circa circunstantias negotij principalis
puta in loco uel tempore. Quamuis ergo quo ad alia penitus
extrinseca inueniantur variasse, & contrariari, hoc non cura-
tur, secundum Barto. in leg. eos. in prin. de fal. & Bald. & Imo. in
l. his verbis. §. fi. de here. insti. arg. illius tex. & no. Inno. in c. fra-
ternitatis. de hær. & Spec. in ti. de teste. §. 1. & Bal. in l. de quibus
de legi. & in rub. de contro. inuest. uersic. quod aliquid de suo,
&c. Et idem probatur ex no. ꝑ gl. in c. ecclesia Sutrina. de causa
pos.

pos.& propr.in verb.uacillasse.& in ca.dudum.de conu. coniu ga.& facit,qd no.Ant.de But.in c.2.de reg.ubi per illum tex.cũ
3 gl.2.dicit † ꝙ licet testes in modico sint ꝯrij,per hoc tñ non fit, quominus fidem faciant.Et cum ꝑdictis ẽt trãsit Alex.in d.cõs. & in d.consi.54.eo.vol.Et tanto magis probant dicti testes,qa cum dicto eorũ concurrunt ẽt aliæ coiecturæ. Qm̃ ẽt per alios testes probatur, ꝙ pro viro & vxore se noĩabant & tractabant per actus,qui fieri non pñt,nisi inter coniuges,& ex quibus resultat ẽt probatio copulæ,vt no.gl.& Bar.in l.capite quinto.de
4 adult.† vbi dñt, ꝙ si solus inueniatur cum sola in camera se amplexantes & deosculãtes,ꝙ probat̃ ꝑ hoc adulterium. Et idem tenet Abb.in c.tertio lcco.de prob.& in c.ꝓterea.de test.& bene probatur in c.lĩis. de præsump. Quod aũt prædicti in dictis actib.Venereis in loco secreto & soli fuerint inuẽti & de nocte probant massariæ dictæ Hippolytæ & mr̃is eius. Per hoc ergo coadiuuatur dictum ꝑdictorum testium,q̃uis non essent omni
5 no integri.Sicut uidemus,ꝙ licet† fama non probet semiplene matrimonium clandestinum in præiudicium secundi,ſm opin. Vinc.in ca.2.de clande.despon. tñ si cum ea concurrant ẽt aliæ conicturæ,tunc dr̃ matrimonium prædictum semiplenè probatum,prout declarat & probat Are.in cons.13.Accedit ẽt prędictis confessio Hippolytæ facta tam in pñtia,q̃ in absentia dicti D.Ioannis Petri de matrimonio inter eos ꝯcto,de quo constat per dictas mulieres,quæ confessio facta ẽt absente parte ꝓbat plene de iure canonico,ſm Doc.cõiter in c.si cautio.de fid. instr.cum conc.de quib.ibi,& hoc magis cum sit reiterata, per no.per Bar.in l.cum scimus.C.de agri.& cens.lib.11.coadiuuat̃ ẽt probatio dicti matrimonij per famam,de qua deponunt testes,per quam ẽt mr̃imonium clandestinum probatur semplenè in præiudiciũ secundi,ſm Car.& Ant.de Bu.in d.c.2.de clã de.despons.per ea quæ hñr in d.l.3.§.eiusdem,de test. & in l.admonẽdi.de iurei.& in c.veniens.de test.& Are.in cõs.72.ꝙ maxime est uerum concurrentibus alijs coiecturis,de quib. s̃.ſm
6 eundem in d.consi.13.Ideo † vbi testes prædicti nõ essent oĩo integri,tamen eorum probatio perficitur ex alijs,per no.in d.l. admonendi.& in alijs locis allegatis.Et tanto magis probatio ꝑdicta debet sufficere,quia secundũ vr̃ fuisse clandestinũ,& non ꝯctum in facie ecclesiæ.Quod probatur ex eo,ꝙ est cõtractum de nocte,& sic clam & occulte.l.1.in prin.ff.de fur.& no.Bald. in l.cum fratrem.in princ.de his quib.vt indig.per gl.in l.si cum exceptione.§.in hac,qd̃ me.cã.& hoc principaliter ponderatur in hac materia.30.q.5.c.2.& §.his oĩb.& declarat Io.And.in ad
7 di.Spe.in rub.de cland.despon.† vbi subdit,ꝙ oportet, ut cõtrahatur publice,ita ꝙ multitudo fidelium hoc nouerit. Et ꝓpea quãuis cõtractum sit hoc matrimonium coram duob.aut trib. testib.non tñ publicè,sed clam cõtractum intelligitur, ſm Bar. & Ang.in l.2.C.de his qui ex publ.ratio.lib.10.Et tanto magis, quia ad hoc non fuerunt adhibiti,nec vocati consanguinei spõsi vel sponsæ,quod est contra morẽ vel consuetudinem patriæ, & ideo ex hoc quoq; matrimoniũ põt dici cladestinũ,ſm Old. consi.256.& Io.Andr.in d.rubr. & Abb.in c.3.de clandest. de-
8 spon.Sicut ẽt videmus † ꝙ vbi decretum iudicis,vel authoritas superioris de iure requiritur,dr̃ actus factus clam,si id omittatur,secundũ Bar.ĩ l.1.per illum tex.de præd.curia.& probatur in d.l.2.in verbo,occulte.& per Alex.in l.clàm possidere. in fin. prin.de acq.pos.Idem ergo si pñtia consanguineorum omittatur, quæ de consuetudine adhiberi solet. Quinimmo hoc ultimum matrimonium potest dici etiam contractum dolo, & in fraudem primi, ex quo nedum lis iam erat inchoata super primo,sed etiam propter protestationem,quam fecit notarius matri puellæ & alijs paulo ante,ꝙ cauerent, quia dicebatur matrimonium puellam contraxisse cum D.Ioanne Petro.Matrimonium igitur postea sequutum ur̃ dolo & in fraudem D.Ioã. Petri factum.l.si fundum.C.de rei uen.l.ait prætor §.si quis particeps.& ibi Bar.quæ in frau. cred. & per eum in l.non solum. §. morte.in 3.artic.princ.de ope.no.nun.Et hoc etiam in proposito ponderat Aretin.in d.consi.13.¶ Sed præmissis ꝙ alijs, quæ pro dicta parte possent allegari, non obstantibus contrarium de iure arbitror concludendum. Et primo dico processum esse
9 nullum & non ualere.† Nam quamuis posit omitti litis contestatio in causa matrimoniali, ubi agitur de fœdere matrimonij, quia in ea procedi potest simpliciter, sine strepitu & figura iudicij. clement. dispendiosam. de iudic. nihilo minus

minus iudex si vult, põt ẽt inuitis partib.procedere ordinariè, ſm gl.ibi in verbo,valeant.Et multo magis illis cõsentib.vel nõ ꝯdicentib.clem.sæpe.ad fi.& ibi no.de uerb.signifi.In casu autẽ nostro non fuit processum dicto modo extra ordinem sed ordinarie,ut colligitur ex ipso processu & ordine procedendi, ex quo hoc potest probari sicut per processum probatur, utrum quis processerit vt arbiter,vel vt arbitrator,ſm Inn. & alios in c.Quintauallis.de iureiur.Bart.in l.si societatem.§.arbitrorum. ff.pro so.Sali.in l.cum antea.C.de arbi.Bal.Ang.& Alex. in leg.
10 si seruus plurium.§.fin.de leg.1.¶ † Et ideo cum iudex & partes elegerint uiam procedendi ordinarie, si dictus ordo peruertatur,processus est nullus,secundum gl.in l.proinde.la 2.§.fin.in magna gl.ad leg.Aqui.quæ no.vult,ꝙ in casibus,in quibus procedi potest extraordinarie, si procedatur ordinarie & inepte, processus erit nullus,quam pro not.alleg.& sequitur Bald.in l. diffamari.C.de ing.man.& clarius eum ad hoc alle.D.Frãciscus Are.Fel.in c.examinata.de iu.Sed in casu nostro inepte & nulliter fuit lis contestata,ergo processus non ualet. Et ꝙ ita sit ꝓ
11 batur.† Nam lis debet ante iudicem cõtestari,ut dicit text.aperte in ca.super quæstionum.§.1.de offi.dele.quem etiam ad hoc allegat D.Maria.Soc.in c.1.de li.cont.vers.quint.igitur prin.arti,& c.ubi etiam per illum tex. dicit,ꝙ fieri debet iudice sedente pro tribunali,quia requirit iurisdictionem iudicialem, & alle.D.Abb.ad hoc in d.c.super quæstionum.Non ualuit ergo in casu nostro,quia non fuit facta coram iudice, sed extra iudiciũ in camera D. Vrsinæ, & coram notario causæ, cui non potuit quo ad hunc actũ iudex cõmittere uices suas,ut manifeste colligitur ex no.per Abb.in c.qm̃ ꝯtra.de probat.circa 6. chartam.
12 uersi.nota bene plura ex prædictis,& c.ubi concludit † ꝙ notarius causæ potest deputari ad officium receptionis testiũ, & sic vti duplici officio in eadem causa,prout etiam vbi uoluit Inno. Et hoc dictum,ſm eum,potest intelligi dupliciter,primo ut deputetur tanquam nudus minister in receptione testium, ita ut non efficiatur iudex,vt puta quia examinatis articulis & interrogatorijs,& approbatis personis testium per iudicem fit commissio notario sup receptione, quo casu fit proprie examinator,& nõ iudex,vt no.gl.in cle.vnica.de of.delega. Et istud põt fieri, quia dicto casu non habet notarius officium contentiosum.Põt & secundo intelligi,ꝙ notarius prædictus efficiatur iudex in receptione,ut quia hẽt examinare capitula, interrogatoria arctare,& compellere,seu testes punire,d.cle.vnica,de of. dele.Et istud nõ põt committi notario,ut.s.sit notarius & delegatus,quia tunc obstaret mens illius capituli.& multa alia,quæ dixit in c.ex literis.eo.tit.ubi ad hoc allegat Bar.in l.iubemus.§.sane.C.de sacros.eccl.& hoc dictũ Abb.tanquam no. sequit Ale.
13 in l.hac consultissima.§.si quis aũt.C.de test.† Cum actus litem contestandi possit & debeat alteri committi solum ut iudici, & non ut ministro,ut est casus in d.c.super quęstionũ.§.1. & hoc quia requirit iudicialem iurisdictionem, ut dixi, igitur notario causæ committi non potuit: quia rõ alleg.per Abb.in casu præcedẽti formaliter hẽt locũ ẽt isto casu, videlicet, quia in eodem actu nõ põt quis esse iudex vel delegatus,& notarius, vt ꝑ Bar. in d.§.fanè. Et põt esse ratio,qa põt oriri contẽtio inter partes, vtrum per responsionẽ rei sit lis contestata vel non; quia requiruntur ad contestationẽ verba apta & congrua. c. cum cãm. de appell.prout latissimè declarat D.Maria.in d.c.1.& maximè in octaua.q.principali,præsertim in versi.quæro,quid si verba nõ sunt apta,&c.char.pe.& ꝓpea contingere põt, ꝙ declaratio iudicis & pronunciatio sequi dẽt,vtrum lis sit legitime contestata vel non. Ideo cum requiratur examinato iudicialis super dicto actu,requiritur,ꝙ ille, coram quo fit,habeat iurisdictionẽ,quæ demandari non põt notario deputato ad scribendum acta, ſm Bart.& Abb.Præterea vbi potuisset,tñ ipsemet notarius de cõmissione sibi facta non potuit esse rogatus,sed alius ad hoc debuit adhiberi,ſm Host.& alios cõiter,in c.qm̃ ꝯ falsam, de ꝓb. cum concor.de quibus ibi per mod.& per Alex.in l. sciendum. circa prin.de verb.oblig. Et quamuis iudex debuerit & potuerit mittere ad D. Hippolytam pro responsione danda ad libellum animo litem contestandi,iuxt.l.2.C.de officio diuer.iud.&
14 no.in leg. ad egregias. de iureiuran. † nihilominus non potuit hoc demandare notario actorum, qui non potest esse iudex. Sed debuit in hoc actu alium delegare, & cum illo notarium actorum destinare. d.cap. super quęstionum. §. 1. Nec prædictis

ctis ēt obstat, qđ no.gl. cum qua alij transeunt in d.clem.sæpe. in fin. in vers. partib.dum vult,ꝙ si iudex incæpit procedere ordinarie partib.non ꝯtradicētibus in cā, in qua poterat procedi sine figura iudicij,ꝙ partes in actu sequenti possunt ꝯdicere & velle,ꝙ procedatur extra ordinem,quia singulares actus iudiciorū sunt per se actus perfecti.Quia gl.illa loquitur,qñ partes expresse reclamabant,nolētes ꝙ ordo iuris omitteretur, ꝙ nō contingit in casu nostro, imo per partem aduersam fuit sæpius instatum ad litis contestationem,& fuit expresse lis contestata in dicta camera coram dicto notario, ꝑꝑ ꝙ apparet de aīo ꝓcedēdi ordinariè,ēt respectu istius actus,quamuis ēt sit nullus, quia uoluntas declaratur ēt ex actu nullo.l.fin.de reb.cor. & ꝑ Bar.in l.fideicommissa.§.1.de leg.3.¶ Et similiter non obs. tex. in c.bonæ.de elect.& qđ ibi no. d.Abb.quia & tex.& Abb.loquntur,qñ ad cautelam incæpit iudex procedere ordinarie eo casu quo procedi poterat extra odinem,tunc.n.ineptitudo non nocet,quia constabat , ut dixi, ad cautelam hoc fuisse factum .&
15 sic non vř iudex illam viam elegisse.† ideo abundās cautela nō nocet.l.3.de test.mil.l.si testm̄.C.de test.Sed in casu nostro fuit via ordinaria electa,illa pateat.l.si mulier.§.fin.quod me.caus. maxime quia in illa opi.ꝑmansit,nec apparet,ꝙ in aliquo actu aliter uoluerit.Quemadmodum ergo ex defectu litis contestationis iudicium non valet,vbi debet de iure procedi ordinarie. d.c.1.de litis cont.& l.prolatam.cum ibi no.C.de sen.ita & isto casu, in quo eo modo fuit processum per iudicem partib.non ꝯdicentib. ¶Sed ēt dato,ꝙ ex hoc capite iudicium non posset dici nullum.Dico,ꝙ testium receptio deponentium de matrimonio non valet,& per ꝯñs non probatur.Nam dilatio ad probādum fuit concessa in studio D.Vicarij ad instantiam d.Ioan.Petri,& monita fuit pars D.Hippolytæ pro singulis dieb.& horis,
16 loco in citatione non expresso.In dubio † aūt subtelligitur locus maiorum,& in quo iudex est solitus sedere pro iure reddendo,quia vbi citatio fit a iudice ordinario loco non expresso , si habeat tribunal,vbi sit consuetus ius reddere, intelligitur citatus ad illum locum monitus,ꝭm gl.in c.fin.de rescri. in ver.uel indeterminate ꝑ Bar.Bal.& alios, ĩ l.si vt proponis.la 2.C.quo & qñ iud.& Bal.in c.Imperialem.§.fi.de proh.feu.alie.per Fed.
17 & dn̄t Doc.in dictis locis , ꝙ † vbi iudex nō hr̄et locū certū & determinatū, ꝙ ab initio debet locū declarare,quo facto ď illo loco intelligit citatio,vel in citatione debet locus loci inseri , i. locus certus ciuitatis vel castri exprimi,aliàs citatio tanquā incerta nō valet,nec tenet.Et idem vult Spe.in ti.de cit.§.j.uer.itē ꝙ est facta indeterminatè,&c.& in §.iam de cit.&c.in prin. Cū igitur Sanctus & Thomæus non iurauerint apud tribunal , in quo ius reddi consueuit,sed in dicto studio D. Vicarij,& sic nō in loco,in quo intelligebat pars monita, sed ĩ alio, ideo delatio
18 † iuři,q̄ fieri debet parte citata.l.si qñ.C.de testibus.cap.2.eod. tit.non valuit,tanquam facta parte nō citata.l.aut qui aliter. in principio.& ibi not.Bar.& in l.fin.§.fin.& ibi etiam Bart.quod vi aut clam. Quamuis enim , vt dixi,in certo loco,puta in dicto studio fuerit commissa citatio,tn̄ ad illum locum non intelligitur vocata pars monita,sed ad locū,vbi ius ordinarie redditur . Et vbi dictū locum iudex non hr̄et,citatio nō valet,ꝭm Bart.in d.l.si vt proponis.Et sic hoc ēt vltimo casu vult, ꝙ uocatus nō videatur ad locum factæ commissionis, solūm.n.de loco gn̄ali intelligit monitio,vt.s.compareat in illa ciuitate, in qua emanauit commissio,sed locus loci subintelligitur. per ꝯñs nec ēt locus dictę cōmissionis . Et multo minus valuit delatio iuři facta Fra̅cisco de Crema,qui iurauit in officio bulletarum,cum monitio prædicta facta fuisset in dicto studio.Et eadem rōne non valuit ꝑstatio iuři delati Magdalenæ Veronensi,nec alteri Magdalenę,sub lodia ep̄atus,cū ĩ eo loco facta fuisset monitio prius absq; expressione certi loci. Delirant ergo qui dn̄t,ꝙ in quolibet loco ciuitatis potuit iurm̄ a dictis testib.recipi,quia hoc tm̄ verum est,qñ in citatione locus,in quo iurm̄ reciperetur,fuisset ĩ citatione expressus. Aliàs intelligit pars monita, vt compareat
19 apud tribunal iuris.Et hoc est certissimi iuris,per ꝑdicta.¶†Preterea dicta monitio fit pro singulis dieb. & horis. Intelligit aūt de horis iuridicis, quamuis hoc non exprimatur,ꝭm Bal.in d.l. si ut proponis.dum dicit,ꝙ vbi in citatione non exprimitur hora,ꝙ intelligitur quis moneri,vt cōpareat hora iuris.Quē sequtur Philip.in c.cum parati.de app.versi.tertio quæritur, pone, &c.ubi dicit,ꝙ idem voluit Inn.in cap.cum nobis olim. de ele-
20 ctio.& in c.consuluit. de offi.deleg. † Si ergo vbi de hora nulla est facta mentio,hora solita cārum hr̄ pro expressa.Idem eadē rōne,qñ fit monitio pro singulis dieb.& horis.& illud verbum singulis,operatur vř : non quidem respectu horarum in genere,sed solū quo ad horas iuridicas;quia illæ dr̄ congruæ & habiles,& non aliæ,ꝭm Bal.& Doc.in locis prædictis . ideo ille sermo continens noui actus concessionem restringitur ad horas habiles & cōgruas,ꝭm Iac.de Are.Bar.& alios,in l.1.§.nunciatio.de oper.no.nuncia.Et hoc comprobatur rōne concludēti .
21 † Nam die feriato testis recipi,seu iurare non pōt,ꝭm Spe.in ti. de fer.§.sequitur.versi.quid si tunc testis, &c. & sequitur Ioan. And.in addi.qui alleg.Guid.de Suza.in l.iusiurandi.C.de testib. igitur illa cł̄a,pro singulis dieb.& horis, restringitur ad dies iuridicos,per no.per Doct.in d.§.nunciatio.& probatur ex no. ꝑ Bar.in l.si quis sub cōdōne.si quis omis.cau.testa. ubi no. ꝙ ubi aliquid mandatur, non porrigitur ad illicita . sicut ergo intelligitur de dieb.iuridicis,vt illorum,s.dieb.& horis,æqualis sit determinatio,ut esse dēt.l.iam hoc iure.de vul.& pup.l.quamuis. & l.hæreditatem.C.de impub.& aliis substi.&c.& per Bart.in l. si legatarius.§.1.de leg.3.qui propriè loquitur de tēpore æqualiter determinādo circa duo determinabilia . Cum ergo in actis non dicatur , quòd hora iuris testes iurauerint,sed simpliciter, quòd tali die iurauerunt, potest intelligi iste sermo de hora iuris,& hora ēt non iuridica.Et idem si diceretur , ꝙ iurarūt de mane,vel in vesperis:quia adhuc dupliciter hoc intelligi potest.
22 † Cum ergo probatio sit dubia,interpretatio fieri dēt ꝯ probantem.c.in p̄ntia.de proba.l.non hoc.C.unde cogna. & per Bart. in l.inter stipulantem.§.1.de verb.obl.& ꝯñr, ꝙ iurm̄ fuit præstitum extra horā iuris,ideo non valet: quia pars non dr̄ citata. d.l.aut qui aliter.in prin.& l.fi.§.fi.quod vi aut clam. Non ꝓbatur ēt,ꝙ Catherina iurauerit; quia in cōmissione,quā dixit notarius habuisse de iuro recipiendo ad domum , fuit vnus testis tm̄,s. Franciscus Donatus adhibitus, ut constat ex processu mihi exhibito. Ideo commissio prædicta, quæ non habet duos testes,ēt facta in iudicio,non probatur ex scriptura, ꝭm Lapū alleg.81.Ant.de But.& Imo. & Abb.in d.c.qm̄ contra falsam. de proba. Item non probatur ; quia notarius de commissione sibi facta non potuit esse rogatus,secundum Host. & alios communiter ibi,& dixi supra.Et etiam nō valet receptio iuramenti; qa pars fuit monita expressè pro die sequenti hora iuris,& nō dr̄, nec declaratur , qua hora iurauerit , sed tantum de die est facta mētio,propterea sumitur interpretatio, ꝙ alia hora iurauerit , contra producentē,vt dixi. ¶ Tertiò principaliter dico,ꝙ intentio D.Ioan.Petri nō est probata , quamuis testes fuissent rite & validè recepti. Quia non probāt saltem plenè ex pluribus causis.
23 † Et primo ratione contrarietatis.l.eos.in prin. de fal.l.qui falsa vel varia.de testi.Et incipiendo a Magdalena Veronensi,inuenio,ꝙ in multis variat,& sibi ipsi contradicit . Nam primo examinata corā clarissimo D. Benedicto de Tosaberis & collega, cum iuramento deponit , ꝙ D.Ioan. Petrus postquam intellexit,D.Hippolytam nolle consentire , nisi interueniret cōsensus matris : sine vlla indignatione respondit se facturum , ꝙ mater & princeps consentirent . & in vltimo testificatu facto corā D. Vicario dicit,ꝙ audita rn̄sione conditionali D.Hippolytę.& ꝙ aliter nolebat consentire;talem rn̄sionem cum indignatione suscepit,& indignatus recessit. hæc aūt contrarietas non est circa extrinseca,sed circa substantiam rei,de qua agitur;qm̄ tractatur de probatione verborum prolatorum hincinde , & circa id,qđ
24 dixit d.Ioan.Petrus,diuersitas & cōtrarietas inuenitur. ¶ † Nec ob.ꝙ prima depositio Magdalenæ fuerit nulla , tanquam facta coram iudice incōpetenti.c.tuam.de ord.cogn. & ante litem cōtest.c.qm̄ frequenter.ut lite non contest. & parte non citata.d. l.si qñ. C.de testi. quia saltē hēt vim testimonij extraiudicialis, ꝭm d. Abb.in c.cum in tua.de testi.Et sicut dr̄ de confessione facta coram iudice incompetēti, quæ valet saltem tanquam confessio extraiudicialis,ꝭm Ang.in l.1.C.de confes. & in dispu.inci.Astensis miles.Bal.& mod.in l.magistratib.de iurisd.om.iud.
25 cum concor. de quibus ibi per Alex. † Sed qñ unum dixit testis extra iudicium cum iuřo,& in iudicio contrarium,ei non creditur tanquā falsario,secundum Abb.in ca.per tuas.de proba. Et isto casu est vera opi. Bart. in d.l.eos.in princ.de fal.& sequitur Feli.in d.c.cum in tua. in fin.quamuis si extra iudicium non iurasset,magis dubitari posset,ut patet ex no.ibi per eum. Variat

etiam

decimandi ꝑscriptione.40.annorũ c.ad aures de decim.c. si dili
genti.de ꝑscrip.qm̃ fratalea in hac petia terræ,si est extra nume
rũ dictorũ cãporũ,titulũ nõ hẽt.iõ.40.annorum ꝑscriptio non
sufficit,quia est ꝯ ius cõe,sed requiriť ꝑscriptio tãti tꝑoris,cuius
initii memoria non est in ꝯriũ,ut est casus proprie in præscrip-
tione decimarũ alterius parochiæ vel dioecesis.c.j. de ꝑscriptio.
li.6.Præterea nullus est testis,qui deponat de annis.40.ut vide-
ri põt,ut dixi ẽt supra,sed qui testificanť specifice de decima ꝑ
ꝑcepta ex hac petia terræ deponunt de numero annorũ lõge mi
nori,& ꝓ ꝑea de tali ꝑscriptiõe in alio cõsilio studiose mẽtionẽ
nõ feci,quia animaduerti de tꝑe cõgruo aliquo mõ nõ eẽ ꝓba
tũ.Cessant ẽt multa,q̃ allegant ad hoc,ꝙ inuestitura & eius te-
nor dẽt attendi,& de ꝓbatione instrumenti publici, q̃a ista nõ
negant,sed dr̃,ꝙ in inuestitura hæc petia terræ nõ continet ,&
vbi ẽt in ea cõprehenderet ꝙ eẽt de numero dictorũ cãporũ,ad
hac dico,ꝙ nõ ꝓdest.Et sic transeo ad secundã q̃stione,& hoc
ꝑsertim,quia est nouale,& a decimis istorũ noualiũ dñi canoni
ci ex priuilegio apostolico sũt exẽpti,vt late probaui,& oñsum
fuit in dicto consilio,ad qđ reperio vario mõ rñsum. Et primo
ꝙ priuilegiũ loquiť de terris,pro quib.prius non soluebant ex
alijs priuilegiis deꝑditis,& eximunť a solutiõe noualiũ, de q̃b.
ꝑ uiginti annos ꝑteritos decimas nõ soluerũt,& ꝓ ꝑea nõ intel
ligiť de istis,de quib.semꝑ fuit solutũ.Sed talis rñsio non est cõ
grua,quia totum priuilegiũ & eius tenorem non cõtinet,& ar-
bitror,ꝙ pars aduersa credat nos dormire.Nam dictum priui-
legiũ continet illud,qđ est relatũ.& ẽt aliud. videlicet exẽptio-
nẽ a noualib.futuris & faciendis post priuilegiũ,dũ in illo diciť,
seu reducenť quomodolibet in futurum,ꝑpetuo eximimus . ꝑ
quæ uerba manifeste constat, ꝙ sunt exẽpti pro terris redactis
ad culturam post dictũ priuilegiũ.Aliter ẽt rñdetur, ꝙ hoc pri
uilegium grauiter damnificaret dictã fratalẽam,iõ dẽt restrin-
gi,vt de istis non intelligať.c.suggestũ,&c. ex parte.de deci.q̃ rñ
sio non posset eẽ magis debilis,q̃a dẽt attendi tꝑs impetrati pri
uilegij, quo tꝑe attento non poterat agi de graui ꝑiudicio fra-
taleæ, cum tũc nihil aut parũ noĩe decimæ ꝑciperet ex hac pe-
tia terrę.Et q̃uis ꝑiudicaret in iure q̃rẽdo in futurũ,tñ ꝑiudiciũ
tale nõ reputať magnũ sed leue. Nã† ꝑlatus in q̃rendis ꝑiudicat
ecclesiæ,& tñ nõ põt immodice ꝑiudicare.c.2.& ibi ꝑ Inn.đ do
na.& probať ex no.ꝑ Bal.in l.2.ad fi. C.de iuris & facti igno.&
in c.dño guerrã,hic finiť lex Conrad.& in l.j.in fi.C.de iure an.
aureo.& ꝑ Paulum de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tm̃, de libe-
ris & posth.& in terminis hoc uult D. Abb.post alios commu-
niter in cap.qm̃,de decimis.vbi cõcludunt,ꝙ solus episcopus si
ne consensu capituli aliam ecclesiam de decimis noualiũ inue-
stire põt,quia agitur de acquirendis,& sic de leui ꝑiudicio.Sec⁹
si ageretur de graui, per d.c.2.& prout ẽt latius fuit deductum
in altero consilio. Ex quibus oĩbus aperte demonstratur,ꝙ do
mini canonici omni respectu iuste se defendunt. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ cui competere dicatur.*
2 *Processus quando valeat coram delegato agitatus.*
3 *Possessio tempore spoliationis probari debet in interdicto vnde ui.*
4 *Colonus dominum spoliat, qui pensionem eidem soluere recusat.*
5 *Decima prædialis quo tempore debeatur.*
6 *Retentio simplex quid operetur.*
7 *Citatus non comparens quando dicatur contumax.*
8 *Delictum minus in dubio præsumi solet.*
9 *Interpretatio fit in dubio, qua contrarietas euitetur.*
10 *Iurisdictio per procuratorem prorogari nequit citra mandatum speciale.*
11 *Iurisdictio iudicis quorsum & quatenus prorogari possit.*
12 *Prorogatio de causa ad causam quibus concedi soleat.*
Iurisdictio ordinaria quādo de una causa ad aliā prorogari possit.
13 *Fructus decimales retenti an possint vendicari.*
14 *Cum, dictio, accessorie quandoque dicitur coniungere.*
15 *Probationes ineptæ sunt, quæ super libello inepto fiunt.*
16 *Petitio qualis esse debeat in causis summarijs.*
17 *Libellus generalis quo casu recipiatur, & quo reijciatur.*

CONSILIVM CLXV.

DIVINO auxilio implorato. Arbitror absque dubio, ꝙ ꝓcessus, de cuius ualiditate agitur, sit nullus. Et pro aperienda veritate cōsidero, ꝙ in supplicatione partis aduersæ duo narrātur, & petūtur. Primū est, ꝙ fratalea dominorum capellanorū ab antiquo fuit, ac est de pñti in pacifica, & quieta possessione iuris decimandi, & ꝙ molestant, inquietantur & impediūtur in ea ꝑ dominos canonicos. Aliud est, ꝙ ēt fructus retinentur. Quare petitur, ꝙ causa molestationis, perturbationis & impedimenti & fructuum etiam subtractorum committatur, &c. Et ita concessum est, ut petit. Attēta igitur ꝑdicta narratione ac conclusione petitionis, ad quā dicta signatura refertur. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instru. §. ꝑterea. inst. de præto. stipu. & per Abb. in c. 2. de treug. & pace, cōmissa est cognitio super interdicto uti possidetis, & sic super interdicto retinendæ, qđ
1 cōpetit posidēti, q̄ molestatur & turbatur in sua possessiōe, & in cuius libello deducuntur & narratur præcisè ea, q̄ allegātur & narrantur in dictis ꝓcibus. c. licet causam. & ibi Doc. de proba. & per Bar. in l. j. §. interdictū. ff. uti possi. & per Doct. in l. j. C. eo. Cū ergo libellus partis aduersæ sit sup remedio reintegrādæ, & super possessorio recuperādæ, penitus diuerso, immo cōtrario, & sup eo sit processum, sequitur ꝙ totus ꝓcessus respectu dicti possessorij est nullus, quia ad hoc † ut processus fact⁹
2 corā delegato valeat, est necesse, ꝙ cōprehēdat sub rescripto, ꝑm Inn. in c. super literis, de rescrip. super. j. gl. magna, aliàs non valet, ꝑm eum, puta, dicit ipse, si impetrauit q̄s iudicē sup certa quantitate petenda ex cā mutui, non potuit coram eo agi ad cā dē quantitatē ex cā stipulationis. Item ponit aliud ad propositū si quis impetrauit iudicem super re per violentiam ablata, & velit nō ex violētia sed agere ex dolo vel metu, nō erit recipiēdus eius libellus, & iō cū in casu nr̄o sit iudex īpetratus sup violentia turbatiua & inquietatiua, libellus, & ꝓcessus sup exclusiua siue ablatiua violentia nō ꝓcedit. Cōfirmatur ex eo, qđ in fortiorib. terminis voluit Pau. de Cast. in ꝯsi. 315. incipien. Ad confirmationē, &c. vbi cōcludit, ꝙ virtute rescripti primi impetrati super interdicto vnde vi, non potuit libellus offerri, & ꝓcedi sup remedio. c. reintegrādæ. 3. q. j. quamuis vtrumque remediū
3 sit recuperandæ possessionis, q̄a in interdicto vnde † vi, debet probari possessio tꝑe spoliationis & ipsa spoliatio. l. j. §. deijcit. de vi, & vi ar. & sic in hoc vltimo differt a dicto alio remedio, vt plene ꝯcluditur ī c. sæpe. & ī c. cū ad sedē. de re. spol. allegat nota ta ꝑ Inn. in c. sup literis. quē ēt late sequitur Bal. in l. ꝑscriptione. C. si ꝯ ius vel vtili. publi. & si forte dicatur, ꝙ immo ēt narratū fuit dictos do. capellanos fuisse spoliatos, ex quo narratur, ꝙ fructus decimales retinētur ꝑ dictos dominos canonicos, ꝑ q̄ fructuum retentionē & denegationem, qui soliti erant ꝑstari, priuatur quis quasi possessione iuris ꝑcipiēdi dictos fructus & decimas. c. querelam. & ibi ꝑ Inn. & omnes de electio. sicut etiā videmus ꝑ denegationem restitutionis rei dr̄ quis possessione priuari. l. si quis rem. de acqu. posses. l. j. §. quęsitum. in fi. quorū leg. l. cum fundus. & l. colonus. de vi, & vi arma. per q̄ iura Cyn. in l. competit. in 3. q. C. de præscrip. 30. an no. dicit, ꝙ colonus
4 denegans † soluere pensionem domino, dr̄ eū spoliare, & idem vult Ange. in l. male agitur. eo. tit. & Bal. in l. si quis conductionis. C. loca. & Bar. in l. fi. per illum tex. de precar. Raph. & Ale. in l. 3. §. sed si rem. de acq. pos. & per consequens quod de ipsa spoliatione vr̄ facta commissio. Ad istud rn̄detur, quod per subtractionem annuæ præstationis quis spoliatur sua possessione, qn̄ debitor interpellatus & requisitus expresse recusat & denegat soluere, & non aliàs, ꝑm Inno. & Doct. in dicto. c. querelam. Et idem qn̄ quis negat restitutionem exprese alterius rei, quia demum alium priuat possessione, si ab eo res petatur, & expresè restitutio denegatur, secundum Ale. in d. l. si quis rem. Et hoc satis sonant verba Bar. in d. l. fi. de preca. ac etiā isto modo loquūtur omnia iura prælleg. In precibus autem ꝑdictis non dr̄, ꝙ dicti domini canonici denegent exprese fructus retētos restituere, neque ꝙ fuerint ab eis petiti, & ꝙ illos præstare recusauerit sed solum narratur, ꝙ fructus retinentur, ꝙ utique contingere pōt ēt nulla præcedente petitione vel expresa interpellatione, & sic hic etiam si restitutio & præstatio exprese non deneget,
5 quia † decima prædialis statim debetur collectis fructibus, & debitor in mora constituitur sine alia interpellōne, seu mora ipso iure contrahitur, secundum Doct. in cap. peruenit, de deci. & ꝓbatur in c. cū homines eodem tit. & ibi not. d. Abb. Huiusmodi
6 autem retentio simplex † ex quo non præcessit interpellatio & expresa denegatio, non priuat possessione, sed ex ea debitor solum constituitur in mora, quinimmo etiam si interpellatio expressa ꝓcederet, & debitor non denegaret restitutionem, sed taceret, & soluere differret, per hoc creditor sua quasi possessione exigendi non esset spoliatus: quia (ut dixi) ut amittatur possessio, requiritur expressa contradictio, & ꝓpea non sufficit ta
7 cere & differre. Sicut uidemus, ꝙ multum refert vtrū † citatus expresse dicat, nolo venire, vel taceat, & differat, q̄a primo casu est uerus contumax, & alio fictus. Effectus āt est maximus, ꝑm glo. in l. fi. de appellatio. Cum ergo dicta fructuum retentio, de qua in prioribus fit mentio, posit verificari in illa, per quā simpliciter mora contrahitur, & creditor sua quasi possesione nō priuatur, sed solum inquietatur & molestatur, de ea intelligi debet potius, quam de illa, quæ priuationem inducit & spoliatiōnem tn̄, quia hoc conuenit magis alijs partibus supplicationis, a quibus hoc declaratur l. q. filiabus. in prin. & l. si seruus pluriū
8 §. fi. eodem tit. & quia qn̄ de duobus prohibitis † vel delictis dēt alterū necessario ꝑsumi, in dubio illud delictum, qđ est minus est ꝑsumendū, ꝑm Bar. in l. hæc. n. in princ. de suspec. tuto. & Bal. in l. fi. C. de ædili. actio. & Arc. in ꝯsi. 31. col. pen. & q̄a aliter intelligendo dicta supplicatio contineret manifestam repugnantiam, cum in ea exprese dicat ꝙ dicti. d. capellani de pñti sūt in dicta quasi posessione, & ꝙ in sua pacifica & quieta possessione molestantur, cuius contrarium affirmaretur, si ex retētione fructuum spoliato allegari diceretur. Vt igitur contrarietas euitetur, intelligi debet de retentione, q̄ differt, & non priuat,
9 quia illa interpretatio † est semper in dubio capienda, per quā tollatur contrarietas & euitetur, secundum Cyn. & Bald. in l. cū falsa. in fin. C. de iuris. & facti ignoran. qui loquitur de duabus confessionibus eiusdem apparenter contrariis. Et idē dicit Bal. in lectu. antiqua, Pau. de Castr. & Moder. in l. 1. in princip. neqs cum, &c. per ea quæ habentur in ca. cum tu. de testibus & in §. quibus in 1. constō. C. Et idem vult Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. de condō: indeb. l. scripturæ. C. de fid. inst. Aliter etiam posset respōderi, sed quia præcedens rn̄sio clara est & realis, circa hoc aliter non laboro. Non ob. ēt, ꝙ iurisdō sit ꝓrogata, prout āt ꝓrogari pōt iurisdō delegati, vt hr̄ in l. 1. in prin. §. fi. de iud. in
10 c. P. & G. de of. dele. quia rn̄det † ꝙ per procuratorē non pōt prorogari nedum tacite, sed nec ēt expsesse nisi ad hoc habeat spāle mandatum, vel gn̄ale mandatum cū libera, ut est casus, & ibi Doc. in c. cū olim. el j. de of. dele. non constat aūt in casu nr̄o ꝙ habuerit dictum spāle mandatum, quia quamuis sit substitutus cum omni ptāte quā habet substituens, tn̄ de mandato dn̄i substituentis in iudicio non apparet, quia non inuenio illud productum. Et dato etiam ꝙ ad hoc haberet mandatum sufficiens, tamen hæc iurisdō delegati non potuit isto casu prorogari,

gari,quinimmo nec etiam ordinaria, quia de causa ad cām impeditur prorogatio,de qua in casu nostro agitur: quia commissa est cā & cognitio super possessorio retinendæ.Et mouet alia & diuersalis & qō,quia,vt dixi, agitur possessorio reintegrādę; & propterea de cā commissa ad hanc diuersam penitus prorogatio fieri non potuit,ſm Cy.in l.1. C. de iurisd.om. iu.vbi dicit

11 † ꝙ si ex forma statuti iudex mercantiæ non habet cognitionē nisi de causis mercantilibus: non potuit prorogari iurisdictio eius,vt cognoscat de alijs causis non mercantilib.& sic alterius qualitatis,quamuis sint de eodem tempore iurisdōnis, alleg. l. testa.C.de testa.& ibi istud ēt sequitur d.Ale.reprehendens Pa. de Cast.qui indubitāter aliter dixit, & cū eis transit ēt Im. & d. Abb.in d.c.P.& G.non agitur de prorogatione rei ad rem,quæ fieri pōt,l.de qua re.§.1.de iud.& in d.ca.cum olim.& per Doc. in d.c.P.& G. & per Bald.in l.si quis ex consensu.C.de epis.audien.nec ēt de ca su ad casum,quia tunc de illa tractatur,qñ vna & eadem cā commissa vno casu,puta sub condōne,dicitur extēsa ad alium casum,ut.scilicet possit delegatus virtute progationis pure cognoscere,quæ etiam non est permissa,ſm Doct.cōiter in d.c.P.& G.quicquid dicat Inno.in c.de causis.eod.ti.sed,

12 vt † dixi,agitur de prorogatione de cā ad cām, quæ non conceditur,maxime in delegato,cuius iurisdō est restricta & limitata ad aliam cām separatā,sicut nec ēt pōt ordinaria iurisdō restricta ad cās certæ qualitatis prorogari ad alias cās non habentes eādem qualitatem,ſm Cy.& alios.Et facit,quod no.Bal.in d.l. testamenta.per illum tex.ꝙ illa iurisdō ordinaria pōt demū ꝓrogari ad aliam cām,si de ea posset iudex cognoscere inter suos subditos,aliàs secus.multo ergo magis est dicendū in delegato, ut.s.eius iurisdō limitatā prorogari non possit ad aliam cām,de qua inter aliquos non pōt vti delegatus cognoscere, sicut etiā non pōt prorogari iurisdō delegati de tpe ad tps d.c.P.& G.Et ista ēt est responsio concludens & vera.¶ Non obstat,ꝙ ēt ista exceptio declinatoria debuerit opponi ante litem contestatam c.inter monasterium.de re iud.& hr̄ in l.quidam consulebat.ff. eo.ex quo iurisdō non fuit prorogata,nec ꝓrogari potuit,hæc exceptio potuit opponi quandocunque, quia reddit iudicium retro nullū,ſm d.Ant.Imo.& Abb.in c.exceptionem obijciēs, de excep.& ibi clarius per Feli.in uers.fallit octauo in dilatoria. & Saly.in d.l.1.C.de iurisd. om.iud.& in l.excep.in 1.col.C.de prob.& est tex.cum glos.in c.in nostra.de proc.ibi d.Abb.in 2. col.Et ex his manifeste concluditur, ꝙ processus quo ad iudicium possessorium reintegrandæ est nullus, & ꝙ ex aliquo capite nō pōt subsistere.Quo vero ad fructus retētos,& petitos, & sic quo ad aliam partem principalē supplicationis & libelli, adhuc audacter & intrepide dico,ꝙ processus non ualet.Et in primis est animaduertendū, ꝙ de fructibus retentis est facta & præcessit commissio, & petuntur fructus nedum percepti, sed ēt qui percipi potuerint,& quantum ad istos fructus,qui percipi potuerunt,nulla præcessit commissio, & hn̄t locum quo ad eos,quæ supra dicta sunt. Quantum autem ēt ad alios fructus non pōt iudicium sustineri,quia aut petuntur accessorie ad iudicium possessorium motum,hoc est,ꝙ dicti do.capellani reintegrentur & restituantur vna cum fructibus perceptis & qui ꝑcipi potuerunt,qui venerūt in dicto iudicio.l.1.§.ex die.& seq. de vi,& vi arm.l.si de possessione & l.si inuasor.& ibi no.C.vnde vi.adeo ꝙ delegatus in cā dicti possessorij poterit de fructib. prædictis cognoscere,quamuis de hoc non dicatur in commissione,ſm Inn.& alios,in d.c.cum olim.de offi.deleg.& isto casu iudicium non valet,quia sicut dicto remedio non potuit agi coram delegato pro possessione recuperanda: ita nec ēt dictum remedium pro dictis fructibus potuit intentari.l.cum principalis.de re.iu.& in regula,accessorium.eo.ti.lib.6.Si vero dicti fructus retenti petuntur principaliter, prout vr̄ uerius, & prout principaliter de eis fuit facta commissio,ut patet ex copula,&, quæ copulat ęque principaliter,non accessorie. l. si cui. de fun. inst.& no.Bar.in l.Titiæ textores.§.pe. de leg.1.& in l.1.de pe. leg.quo casu dnr peti condōne ex lege,aut rei vendicatione,qm

13 † fructus decimales retenti possunt vendicari,ſm gl.& Abb.in c.1.ex parte.el 2.de decim.& plenius in ca.tua. el 2.post glo.eo. ti.& ēt pro aliis fructibus principaliter agi pōt rei uendicatiōe ſm gl.& Bar.in l.ex diuerso.§.1.de rei vendi.& similiter libell⁹ fuit ineptus,quia vbi fructus petuntur principaliter,tunc quantitas & qualitas fructuum debet exprimi & specificari, nec libellus gn̄alis admittitur,ſm Ang.& Imo.in l.si homo.de re iud. & Imo.in l.si filius.§.1.in fi.& hoc est etiam de mēte Alex.ibi similiter in fi.de uer.obl. Et hoc casu nullus ꝯtradicit, quāuis sit aliter,qñ petuntur accessorie,puta quia petitur res cum fructi-

14 bus,† quia dictio,cum,coniungit accessorie.d.l.1.de pecu. lega.& per Doc.in dictis locis,& in l.in summa.de re iud.& in l.1. in prin.de eden.cum conc.de quib.late per mod.in dictis locis. & ꝑpea cum de nimia gn̄alitate fuerit exceptum & oppositum corruit libellus.l.fi.C. de anna. except. Et ꝓcessus oīs super eo factus non ualet, quia exceptio inepti libelli potest quandocūque opponi,ēt post sn̄iam,quia reddit iudicium retro nullum. c.cum dile.ubi est tex.no.de emp. uend.& probatur ex ibi not. per gl.insti.de obli.tit.generali.& no.Bal.in l.excep.C. de prob. & auth.si quis.C.de epis.audien.& in l.2.C.de formu.cum concor.multis,de q̄b.per Ale. in l.si patronus,de iureiur. post Bal. qui etiā dicit,ꝙ probationes factæ super libello inepto non va

15 lent,de quo ēt ꝑ d.Ant.& Abb.in c.cām.el j.de testib.Nec obstat,ꝙ ex forma rescripti procedatur summarie, quo casu libellus gn̄alis procedit,ſm Bar.in extrauaganti,ad reprimendum. vers.summarie.Ioan.de Lign.Pe.de Anch.& Im. in clem. sæpe. de verbo.sig.quia hoc procedit & est verum, si pars non opponat & excipiat de generalitate.Et ita debet intelligi dictum Bartol.qui ad hoc allegat.l.fi.C.de annali except. qui sic loquitur. Et ideo,secundum legem,quam allegat, debet dictum Docto. intelligi,vt idem Bar.dicit in l.non solum.§.si liberationis. de libe.leg.Et in terminis firmat hoc no.do.Alex.in consi.32.incip. In causa executionis.3.vol.Et ubi dictum Bar.aliter intelligeretur,ſm eum,non esset uerum, ut probatur ex no.per gl.& Do

16 cto.in d.clem.sæpe.in ver pronunc.ubi dr̄,ꝙ in his † causis sūmarijs petitio debet esse talis,ꝙ reus deliberare possit,quæ deliberatio impeditur propter generalitatem,quæ parit obscuritatem.l.ita fidei.de iure fisci.l.ꝑtor edixit.i prin.§. ꝙ aūt.de iniur. & in l.ita exigit.de dolo. Item in dictis casibus non debet auferri defensio.d.clem.sæpe. quæ videretur auferri, si impediretur deliberatio.Et prout refert, eo aduocante sic fuit Bononiæ iudicatum per doctissimum uirum.Nec secundum eum,obstat si dicatur,ꝙ sic intelligendo Bar. nihil erit speciale in causis summarijs,d.l. fin. quia erit speciale in illis casibus, in quib.libellus generalis non procedit,si agatur ordinarie, & nihil etiam opponatur.Nam dictis casibus qui sunt multi, quos ibi late enu-

17 merat, si procederetur † summarie,libellus generalis non poterit reijci parte non opponente,prout reijceretur, si ageretur ordinarie.Respondeo & secundo,ꝙ quamuis in summarijs indistincte procedat libellus generalis, hoc tn̄ est uerum, quādo summarie fuit processum,sed quando proceditur ordinarie,nō obstante rescripto, sicut procedi potest, & prout processum fuit in casu nostro, tacite uidetur renunciatum rescripto, inquantum potestatem procedendi concedit summarie. & res dicitur reuersa ad pristinam naturam,d.clemē. sæpe. in fi.cum gl.Et propterea tunc non sumus in causa summaria, & sic libellus generalis non procedit.Et propterea non sufficit,sola potētia procedendi summarie,nisi dicta potētia deducatur ad actū. Insuper dico,ꝙ quāuis commissio sit ēt de dictis fructibus, & super illis præcesserit petitio fructuum facta principaliter de illis non tangit possessoriū,sed petitorium, quia tunc vendicantur,ut dixi.Nam in replicationib.procurator partis aduersæ ꝑtestatus fuit,ꝙ super possessorio tm̄, & sic taxatiue nolebat ꝓcedere, per quam protestationem oīs alia petitio concernens petitorium intelligeretur suspensa.c.pastoralis.de causa pos. & propriet.& suspendi potuit,vt ibi. Et propterea per partem ad uersam fuit instatum,ꝙ capitula partis nostræ,quæ dicebantur petitorium tangere,non admitterentur.Et ita fuit interlocutū per reuerendissimum dominum delegatum,ut.s.solum admissa intelligerentur pro coadiuuando possessorio, & non aliter, nec alio modo,quod vtique fieri non potuisset, nec debuisset, si petitio fructuum suspensa non fuisset quia licuisset reis facere probationes super proprietate & iure decimandi ad effectū excludendi actores a uendicatione fructuum,& eo magis,quia pars aduersa in primis suis capitulis deduxerat ius & suū proprietatem decimandi, in quantum capitulauit,quod ad dictam frataleam spectabant, & pertinebant decimæ, & ius decimandi, &c. quæ verba proprietatem, & petitorium significant. leg. si duo. in fin. uti poss. Et propterea reo etiam licere debebat

bebat ius & proprietatem decimandi deducere & probare, maxime respectu petitionis fructuum. Vnde relinquitur, ꝙ super possessorio fuit processum, & fuit suspensa petitio fructuum, super quo possessorio intentato fuit nulliter processum ex defectu iurisdictionis, ut supra probatum fuit latius. Vñ concluditur, ꝙ totus processus est nullus ex iurisdictionis defectu, vel saltem ex dicta causa est nullus respectu possessorii intentati, & quo ad fructus petitos non ualet, etiam ex alia causa scilicet propter ineptitudinem libelli, prout euidentissime ex præmissis constat. Et ideo satis oñditur, ꝙ petitio nostra non sit ad finem auferendi per indirectum causam reuerendiss. do. delegato, de quo ex omni parte ad summum confidimus, sed ad effectum ut pars aduersa pœnam patiatur temere litigantium, & sic condemnetur in expensis, prout omnino debet condemnari, vt habetur in locis vulgaribus. Laus Deo.

¶ Ego Carolus Ruinus Regiensis. I. V. doctor.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes quando electionem reuocare possint.*
2 *Pollicitatio absenti facta nullam producet actionem.*
3 *Papa an iuri tertij possit derogare.*
4 *Possessorium recuperandæ nihil habet commune cum possessorio retinendæ.*

CONSILIVM CLXVI.

VISIS probabilibus dubijs reuerēdiss. do. epi & dñi mei obseruandissimi, ut morē geram potius suæ reuerendissimæ dominationi, quã expediat, paucis & cōpendiosè rñdere conabor, quia multiloquium prudentib. displicuisse certo scio. Quo igitur ad primum quæsitum dico, ꝙ reuocatio oblationis valuit, ex quo per partem non fuit acceptata, quia prius ei quæsitum ius ex illa nō fuit, ut per Bart. in l. absenti, de dona. in illa q̄one,
1 utrum † eligentes possint electionem reuocare, antequam electus acceptet, & concludit in fine ad propositum nostrum, ꝙ sic, qñ ex sola electione non quæritur ius, per illum textum, in quo simpliciter dicitur, ꝙ donatio facta absenti nō ualet, & ex quo ex ea non queritur ius, infert, ꝙ interim possit reuocari. Et idem eadem ratione, qua facta esset pñti, antequam consentiret: quia ante consensum donatarii nō valet. l. 1. ff. de pac. Et iste est casus noster, nec admissio iudicis, si & in quantum aliquid operatur ad propositum, ut scilicet ex ea ius queratur parti circa rē oblatam, ex quo non est stipulatus, & idem ubi esset, ex quo nō fuit sequuta ratihabitio ante reuocationem, prout sequi debuisset ad hoc, ut alteri per alterum sine mandato acquiri possit. vt per glo. & omnes in l. si ego. de neg. gest. Nec dicatur, ꝙ confessio non possit reuocari ex interuallo sine probatione erroris, iuxta no. in c. fi. de iure. in 6. quia ista oblatio non est confessio, quę nihil inducit, sed probat solum, iux. no. per Bar. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. igno. Est ergo dicta oblatio pactum nudum quod fit mediante tali oblatione. l. iurisgent. §. igitur nuda. ubi
2 gl. ff. de pac. † vel est pollicitatio, quæ fit absenti, & rēr non producit actionem. l. pactum. in princ. de pollicita. Nam pñtia procuratoris isto casu nihil operatur, quia mandatum ad acceptandum, quod offertur, non habebat, reuocatio autem operatur, quia quamuis de decima certæ quantitatis camporum sit facta mentio in inuestitura, tamen de omnibus illis non debetur decima inuestitis, quia tempore inuestituræ sola ista quantitas nō erat ad culturam redacta, nec decimabatur, sed post priuilegiū dominorum canonicorum redacta est ad culturam, & pro parte redacta debetur decima ipsis canonicis ex priuilegio apostolico, quamuis residuum non ascendat, nec ascendere possit ad quantitatem, de qua in inuestitura, quia dictæ inuestituræ, quãtum est pro eo, quod est reductum ad culturam, est derogatum per priuilegium apostolicū. Et hoc prodesse poterit dominis canonicis volentib. agere negatoria, & sic in iudicio petitorio. Et hoc est, quod protestatur & comminatur eorū procurator in 13. ca. de quo infra. Et ꝙ ita sit de iure, probatur ex ijs, quæ in hoc late & ample deduxi in quodam cōsilio facto sup. dictis dominis canonicis quod adhuc sua reuerendissima dominatio nō uidit, sed illud uidere poterit. Et ex hoc etiam infertur, quod oblatio non valuit, etiam si fuisset acceptata, quia habet in se donationem, quia, ut dixi, in tota quantitate, de qua in inuestitura, ius decimandi non pertinet ad inuestitos, procurator autem donare non pōt. l. cōtra iuris. §. fi. de pact. Quoad secundum respondetur, qđ priuilegiū expresse liberat canonicos a solutione noualium pro terris reductis post priuilegium ibi, seu reducent quomodolibet in futurum, perpetuo eximimus, &c. nam priuilegium duo continet, uidelicet renouationem antiquorū priuilegiorum, & ad hoc tendunt, quę allegantur in contrariū. Item continet nouum priuilegium, uidelicet exemptionem a noualibus & hoc respectu causa fuit laudabilis uita illorū, quæ etiam pro causa allegatur, & quæ respicit omnia capitula dicti priuilegij. ¶ Ad tertium, videlicet, ꝙ Papa non videatur tollere
3 ius tertij & regulam cancellariæ, &c. Respondeo † immo in casu nostro expresse derogatur iuri tertij, nec priuilegiū hoc potest esse sine præiudicio tertij, quia decima noualium spectat ad ecclesiam parochialem de iure, uel ad episcopum ex consuetudine. Cui Papa hoc casu de necessitate derogat. c. quãto de decimis. Qua ergo ratione derogat prædictis, eadem derogat etiã capellanis, immo est derogatum inuestituræ per clausulam amplam & derogatoriam priuilegij. Et quia est concessum motu proprio, vt late deduxi in dicto consilio, ad quod me refero. Et quia præiudicatur in iure quærendo, scilicet noualium futurorum, quo casu non loquitur regula cancellariæ, sed de iure in re & non ad rem, ut per Compostolanum & Doct. & maxime moder. in c. causam quæ. de rescrip. dum loquuntur de clausula anteferri. Ad quartum dicitur, ꝙ non sequitur, domini capellani fuerunt in quasi possessione decimandi duas petias cohærētes, ergo sunt in quasi possessione decimãdi mediam, ut est tex. in capitulo, cum in tua. de decimis, vbi habetur, ꝙ ex eo, quod quis decimauit in vna re, non potest alia decimare. Nec cum reuerentia est verum, qđ simul omnes petiæ essent in vnum, quia quamuis in primis capitulis hoc videatur procurator asserere, tamen postea in quadam sua declaratione dicit, ꝙ semper dictæ petiæ fuerunt diuisę mediantibus fossatis. Sed tamen dicta fossata fuerunt postea magis eleuata. Et ita declarat intellexisse, quod in prioribus dixerat, nec etiam eo, ꝙ dicat, illam esse reductam ab annis octo & citra, fatetur, ꝙ retro soluerit decimas ex dicta petia, ꝙ erat alia distincta ab alijs. Quoad illud de libello nihil dico, quia ad hoc aliàs fuit satis responsum. Sed credo, quod ad aliam partem nunc spectet & pertineat respon-
4 dere nec arbitror, qđ congruum possit dare responsum. † Hoc vnum duntaxat dico, quod possessorium recuperandæ intentatum est, & retinendæ super quo emanauit rescriptum nihil habent commune, nec dicuntur connexa, vel dependentia, nec incidentia, &c. Sed sunt potius contraria, per ea, quę plene habentur in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poss. Fortius dixi & probaui in dicto consilio, quod etiam si rescriptum esset sup possessorio moto, qđ non possent domini capellani obtinere ex defectu probationis Ad quod me remitto. Ex quib. breuiter arbitror congrue quæsitis responsum esse. Remitto tamen me & mea, correctioni & iudicio suæ reuerendissimæ dominationis, cui humiliter me commendo. Laus Deo.

Seruitor Carolus Ruinus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus aliquem in filium arrogare potest.*
2 *Arrogatio a clerico fieri debet coram summo Pontifice, & adoptio coram iudice ecclesiastico.*
3 *Arrogatio & adoptio solennizandæ sunt a iudice arrogantis & adoptantis, non adoptati.*
4 *Filia spuria clerici in sacris constituti legitimari per summum pontificem potest, immo etiam per Imperatorem quo ad bona temporalia successionemque paternam.*
5 *Filius legitimatus in feudis non succedit, maxime si feudum concedens in dignitate constitutus erat.*
6 *Fœminæ ex feudi natura in bonis feudalibus non succedunt.*
7 *In licentia concessa alienandi feudum in quascunque personas etiam fœminas, filiæ legitimatæ comprehenduntur.*

8 *Con-*

8 *Confessio feudi pro hæredibus quibuscunque continet et hæredes extraneos & legatarios, qui largo modo sunt hæredes.*
9 *Concessio feudi tanquam fauorabilis late interpretanda est.*

CONSILIVM CLXVII.

De pluribus per ordinem est uidendū. Et primo vtrum clericus in sacris constitutus possit aliquem
1 in filium arrogare. Et sine † disputatione est dicēdū ꝙ sic, prout uoluit Gulielmus de Cun. in l. & qui vxorem. de adop. quia licet matrimonium cōtrahere non possit, hoc contingit ex accidenti, ideo non impeditur adoptare, arg. §. illud, insti. de adop. etiam cū eo transit ibi Ang. & Alex. in l. Gal. §. quid si is. in fine. de libe. & posth. vbi dicit, ꝙ hoc non meminit alibi legisse. Sed tamen hanc quæstionē format etiam Ioan. And. in rub. de cogna. lega. Nam secundum eū, ille, qui adoptat. debet esse talis, qui generare possit aliū saltē de facto. Et ex hoc, dicit ipse, presbyter, quo ad patrimonialia potest adoptare aliquem in filium. subdit tn̄ argumentum pro & contra in §. illud. insti. de adop. sed ille text. secundum Host. ibi, nō facit cōtra, sed solum dicit, quod illi, qui non possunt naturaliter generare, prout sunt castrati, non possunt adoptare. Et sic Host. uelle uidetur, ꝙ adoptio valeat & arrogatio. Et idē tenet Abb. in c. j. eo. tit. istud etiam præsupponūt Bal. Imol. Pau. de Cas. Raph. & Al. in l. si quis posth. in pri. de libe. & posth. vbi dn̄t, ꝙ si cleric⁹ instituat filios suos posthumos, ꝙ intelligit de adoptiuis quos licite habere potest, arg. glo. ibi. Are. ibi reuocat in dubium, utrum possit clericus adoptare. Et arguit ad partes, ac demum concludit, ꝙ sic, quia ꝑ accidens impedit gn̄rare, sed naturaliter non. Et hoc attendi debet, vt ibi. Scd̄o q̄ritur, vtrum talis arrogatio vel adoptio facienda per clericum fieri debeat authoritate sūmi Pōtificis, vel iudicis ecclesiastici, vel an possit ēt fieri authoritate principis aut iudicis sæcularis. Et hoc dubium non reperio tactum neque decisum. Et multa hincinde allega
2 ri possent, sed † tn̄ uerius vr̄, ꝙ arrogatio fieri dēat coram summo Pōtifice, & adoptio coram iudice ecclesiastico, ꝑ no. ꝑ Rotā deci. 178. inci. Emācipatio facta, &c. & ꝑ Bellame. dec. 730. incip. Emancipatio cleri. vbi concludunt, ꝙ si pater emancipat filium clericum, ꝙ poterit fieri corā iudice laico, & ea rōne in proposito, quia emancipatio est actus patris, lege. j. C. de eman. libe. ergo solennizanda est a iudice patris laici. Et ita tenet Domi. vbi de Rota mentionem facit in c. si. §. j. de iudi. in 6. & Pet. de Anc. in regula, ea quæ. in 18. quæst. de reg. iur. Maria. in c. 2.
3 de fo. comp. Vn̄ † cum adoptio & arrogatio sit actus patris, lege secunda, de adop. ex ratione proxime allegata infertur, ꝙ debet solennizari a superiore clerici arrogantis uel adoptantis. Et quamuis etiam interuenire debeat uoluntas arrogati laici. d. legē. 2. & l. in adop. eo. tit. quia tamen interuenit per modū agētis, iō factum patris est magis in cōsiderōne tanq̄ potentius. l. q̄ritur Hermaphrod. de statu hom. secundum Bellame. in dec. palle. Et iō Rota in d. dec. 178. in addi. infert, ꝙ si clericus vellet laico donare, ꝙ pro insinuatione uel authoritate deberet adiri ecclesiasticus & non laicus, quia agenti actum, & non recipienti authoritas imponit sequitur Petr. de Anch. in d. regula. ea q̄. Domi. in fi. §. j. vr̄ intelligere quod Rota velit, vt possit adiri ēt iudex ecclesiasticus, & ꝙ ille possit authoritatē emācipationi interponere. Et hoc Rota sentire vr̄, dū allegat no. per Cyn. in l. si ꝑdium. C. de prædi. min. qđ contingere pōt rōne prorogatiōis, q̄ potuit laicus facere in iudicē ecclesiasticū in illo casu, in quo emancipatio fit a clerico. Sed vbi fit actus a clerico, sicut in casu nostro, non potest prorogare iurisdictionem iudicis sæcularis. c. si dili. de fo. cōp. in c. significasti. eo. ti. Circa tertium. s. vtrū huic filio adoptiuo poterunt bona feudalia relinqui, & q̄uis de iure filius adoptiuus in feudis non succedat. c. adoptiuus. si de feu. fue cont. inter dominum & agn. quia tamen in casu isto hēt dictus clericus licentiam a dn̄o feudi alienandi tam per ultimā voluntatem, quàm ex contractu bona donata, & ēt feudalia in quascunque personas, &c. poterit absque dubio in filium adoptiuum dicta bona transferre, quia & in illum etiam si legitimatus non esset, & in quemcunque extraneum transferre posset stante dicta licentia; & absque alia voluntate, vt est casus in c. 1. de feu. non hab. propriam nat. feu. Quartò quæritur, an filia spu
4 ria clerici cōstituti in sacris possit legitimari. Et respōdetur † ꝙ
4 sic, maxime per summum Pōtificem secundū Host. in summa, qui filij sint leg. §. fi. versi. nunquid ergo cum adulteri filio, &c. Quia tales in sacris cōstituti, nō lege diuina, sed canonica matrimonia cōtrahere ꝓhibentur. Et ꝑpea Papa pōt despensare, qđ constituti in sacris matrimonia cōtrahere possint ut plene not. in c. cum olim. de cleri. coniuga. Et ꝙ legitimatio talis ualeat ꝓbatur in c. per uenerabilem. q̄ filij sint legi. cum glos. in uerbo, adulterinis. sentit gl. in auth. quibus mod. nat. effi. sui. in uerbo, particip. Et hoc etiam uoluit Pau. de Cast. in cōsi. 225. inci. Videndum est, &c. Alex. in consi. 2. 1. vol. Quinimmo Io. Cald. in c. per uenerabilem. qui filij sint legi. uoluit, ꝙ etiā filius clerici constituti in sacris possit per Imperatorem legitimari quoad successionem paternam, & quoad bona temporalia, per plura. Cū quo etiam simpliciter transit Præpo. in §. quod autē. col. 78. cū seq. Et istud est ēt de mēte gl. in d. §. fi. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. Cōfirmatur ista opp' optima rōne, q̄a in legitimatiōe pater nihil agit, sed solum principi legitimanti cōsentit, ſm Bar. in d. l. Gal. §. forsitan. Et in hoc differt, ſm eum, ab emancipatione & ab adoptione, in qua dicitur pater agere, ut etiam dictū fuit supra. Igitur actus legitimationis celebratur inter principem legitimantem, qui est persona agens, & legitimatum, qui est persona patiens. Satis est, qđ legitimans sit superior legitimati, quāuis non sit superior patris. Et ideo legitimatio potest peti a solo filio patre absente & ignorante. Et sufficit, qđ pater postea ratū habeat, ſm Ang. in consi. 87. arg. in d. §. forsitan. Vnde debet filius eam petere a suo superiore, quia per assensum patris clerici non prorogatur iurisdictio iudicis laici, qui in clericū non exercet iurisdictionem, quia, ut dixi, ille nihil agit, nec contra eū agitur, sed solum uoluntatem suam declarat circa actum gestū in laicum per iudicem sæcularem, ꝙ facere potuit, per no. per Bal. in l. testā. C. de test. vbi cōcludit, qđ coram iudice laico poterit hæres clericus citari ad insinuationem legatorum, quia uidetur citatus ad voluntatem suam exquirendam. Et prædicta saltem sunt uera quantum ad feuda, quæ recognoscit clericus a legitimante, quia quoad illa habet iurisdictionem in clericum c. cæt. de iud. & cap. uerum, de fo. comp. & ibi per omnes. ¶ Quinto quæritur & ultimo, utrum dicta filia sic legitimata possit in feu
5 dis succedere. Et uidetur quod non, † c. 1. si de feudo fuerit contr. inter domi. & agna. cum ibi no. Et hoc præcipue procedit, ex quo feudum concedens erat in dignitate constitutus, qui non uidetur de talib. sensisse, argumento notatorum in l. ex facto §. si quis rogatus. cum ibi nota. ad Trebellia. Et ista est ratio dicti. c. naturales, secundum Angelum in disputatione incipiēte, nobilis quidam genere. dicens quod si grauatus sit quis, si decesserit sine filijs, & testator sit in dignitate constitutus, ꝙ non excluditur substitutus per filios legitimatos, quia non uidetur de his cogitasse. Et ista est ratio, secundum eum quare legitimati in feudis non succedant, scilicet propter dignitatem concedentis, & cum eo transit Antonius de Butrio in dicto cap. ꝑ venerabilem. ultra mediū. versi. alius est effectus, quia si patrui, &c. Vnde quamuis in casu nostro concedens feudum dederit licētiam
6 alienādi bona feudalia ēt in fœminas, quæ † ex natura feudi nō succedūt. c. j. §. hoc āt notādū. q. feud. da pos. c. j. §. filia. de success. feu. c. 1. queadmodū feud. ad filij pti. & c. j. in prin. de gradi. suc. ī feu. nō tn̄ vr̄ de fœminis spurijs legitimatis sensisse ex qualitate ꝑsonæ suæ existētis in dignitate. Præterea ubi sit legitimāda a sūmo Pōtifice, & ab illo solo legitimari possit, nō habet effectū legitimatio quoad bōa & feuda existētia ī bonis imperij, ēt si ad feuda sit legitimat⁹ expresse, & hoc ex defectu ptātis ſm gl. & Doc. cōiter ī dicto. c. ꝑ venerabilē. Sed tn̄ ꝑmisis nō obstā
7 tibus contrarium arbitror uerius, quia † feudatario est ꝑ dominum data licentia alienandi, etiam in fœminas. Quia ergo est data licentia alienandi, ēt in fœminas quascunque, sub illo verbo, quascunque, vniuersali & geminato includunt ēt fœminæ legitimatæ, vt in terminis vult Soc. in l. Gal. §. ēt si parente. de liber. & posthu. vbi cōcludit, ꝙ licet in feudo non ueniat hæres extraneus, etiam quando receptum est pro quibuscunq. hæredib. ut uidetur uoluisse Baldus in capi. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. pote. tamen, ſm eum, sub dictis uerbis includi poterit filius legitimatus, immo dicit, quod etiam comprehendetur filius naturalis, quod est plus, per nota. per Ioannem Andr. in ritu. de testamen. in addi. magna. Sic igitur & in casu nostro licentia alienandi in quascunque personas etiam fœminas, includere

dere debet filias legitimatas. Et comprobatur ex notatis per Baldum in c. Imperialem. in princip. de prohib. feud. alie. per Fe
8 deric. dum vult, quod concessio † feudi pro hæredibus quibuscunque, cõtinet etiam hæredes extraneos & legatarios, qui largo modo sunt hæredes. l. id tempus. in princ. de vsucap. Et idem voluit in l. j. de rerum diuisione. q. 34. & Alex. in l. si patroni. in prin. ad Trebel. & in d. §. etiam si parente, & in d. l. etiam. in principio, soluto matrimonio. & Soc. in l. quidam relegatus. de reb. dub. quia in materia fauorabili sicut est concessio feudi, ueniũt etiam maiora expressis. Allegat etiam ad hoc not. per Bar. quæ
9 optime faciunt, in l. generali. §. vxori. de usufru. Et ꝙ † concessio feudi, quamuis non probet tanquam fauorabilis sit late interpretanda, vult Bal. in prælu. feu. circa. 4. col. uersi. uiso ergo, &c. ibi etiam late per Iac. de Belui, & quantumcunq. debeatur seruitium, quia tamen magis participat de lucro & beneficio, ideo gratia appellatur. l. quæritur Hermaphroditũ. de statu homi. Et idem uoluit Alex. in d. l. Gallus. §. instituens. in fi. ubi per hoc dicit, ꝙ licet in contractib. appellatione filij non ueniat nepos, secundum Bartolum in l. liberorum. de uerborum signifi. tamen in feudi concessione facta pro filijs continẽtur etiam nepotes, ut probatur in c. 1. uer. & si clientulus. de alien. feu. & ibi per Bal. & per eum in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & hoc ratione præmissa secundum Alex. scilicet, quia feudum est gratia late interpretanda. Et per hoc respondet ad not. per Bartolum in d. l. liberorum. Et tanto magis hoc procedit, quia propter licentiam alienandi in quascunque personas feudum non retinet propriam naturam feudi. d. c. 1. de feud. non habente propriam natu. feu. Nõ mirum ergo si filia etiam legitimata potest admitti, quia feudum non est proprie. Et ideo si sit legitimata simpliciter, quamuis etiam nõ sit dictum, ad feuda dicta filia poterit uenire, quia sub verbis, ex quibus licentia alienandi est cõcessa a domino, continetur, ut ex præmissis colligitur. Et sic ad primum, quod allegatur in contrarium, remanet respõsum. Et propterea quamuis ex legitimatione Papæ non posset ad hæc feuda admitti filia, poterit tamẽ illa uenire ex legitimatione Imperatoris, & multo magis si legitimabitur etiam expresse ad feuda cum clausula, non obstante, ut no. per gl. & omnes in d. c. naturales. Et ita concludo. Laus Deo.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. A A.

Omnes sunt Quaterniones.

INDEX CONSILIORVM EXCELLENTISSIMI V. I. D. Caroli Ruini Regiensis.

IN QVINQVE VOLVMINA RESPONSORVM.

Numerus margini præfixus. 1. Primum 2. Secundum 3. Tertium 4. Quartum & 5. Quintum & ultimum Consiliorum volumen denotat.

5 ¶ Adu-

1 ¶ Al-

Index Conſiliorum

5 ¶ Au-

4 Cessio

3 Clau-

Con-

4 Con-

Cul-

2 De-

Dona-

E

[illegible]

Execu-

3 Fi-

Fi-

Filiæ

Hæ-

Hæ-

3 ¶ Indu-

5 Iu-

3 Li-

Maritus

5 Mili-

N

5 Ne-

2 Pœna

Index Consiliorum

Posses-

6 Prin-

Profe-

Pro-

Pro-

4 Pu-

Ratifi-

Repræ-

ram

Socius

Index Cōſiliorum

3 Sta-

5 Statu-

Sta-

Sub-

Sub-

Sui

2 Testa-

5 Te-

2 Ver-

Vsus-

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G. Omnes sunt Quaterniones.

i'1879550x

16

CAROLI
Ruini
Consilia.
Tom. 4.

112


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm